

AUGUSTAE
TAVRINORVM
Apud Haeredes Nicolai
Beunaeque,
M. D. LXXVIII.

IVLII CLARI
ALEXANDRINI
IVRECONSULTI CLARISS.

*Et Serenissimi Philippi Hispaniarum Regis Consiliarij,
Ac in Mediolanensi Statu Regentis dignissimi,*

Volumen, aliàs Liber Quintus:

Hac postrema editione infinitis erroribus purgatus.

IN QVO omnium criminum materia sub receptis sententijs copiosissime tra-
ctatur, ita ut nil ulterius desiderari possit, quod cum ad Reorum perfe-
ctionem, tum ad ipsorum defensionem, faciat.

*Adiecit eiusdem tractatibus ad materias Testamentorum, Donationum, Iuris
Emphyteutici, & Feudorum, spectantibus, antea excusis.*

Cum Summarijs, & Indice locupletissimo.



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Sumptibus Ioannis Baptistae Ratterij. 1579.

I V L I I C L A R I
A L E X A N D R I N I
I V R E C O N S V L T I C L A R I S S .

*Et Serenissimi Philippi Hispaniarum Regis Consiliarij,
Ac in Mediolanensi Statu Regentis dignissimi,*

Volumen, aliàs Liber Quintus:

Hac postrema editione infinitis erroribus purgatus.

I N Q U O omnium criminum materia sub receptis sententijs copiosissime tractatur, ita ut nil ulterius desiderari possit, quod cum ad Reorum perfectionem, tum ad ipsorum defensionem, faciat.

Adiectis eiusdem tractatibus ad materias Testamentorum, Donationum, Iuris Emphyteutici, & Feudorum, spectantibus, antea excusis.

Cum Summarijs, & Indice locupletissimo.



A V G V S T Æ T A V R I N O R V M .

Sumptibus Ioannis Baptistæ Ratterij. 1579.

ILLVSTRI, ET ORNATISS.
VIRO D. ANTONIO CERVAE
IVRISCONSULTISSIMO
TAVRINENSI,

Serenissimi Sabaudiae Ducis Consiliario,
& in Pedemontium Senatu summo
Fisci patrono meritissimo:

Io. Baptista Raterius. F. P. P.



Perfectissimum, præclarumq; à sapientibus id opus esse fertur traditum, quod ita arte expolitum esset, vt per seipsum posset iure laudari; quod in te, vir ornatissime, summa opifice natura operante, structum intuemur, quæ ita animum tuum exornauit, vt specie sua animos omnium cõmouens, eosdem ad sunitum admirationem, tum amorem statim impellat. Tanta enim est celebritatis tuæ, & nominis magnitudo, vt inter ciues
a 2 clarissi-

clarissimum lumen, apud externos conspicuum exemplar existimeris. perlucent namque in te illæ virtutes, quibus multitudinis amor commoueri solet, scilicet liberalitas, beneficentia, iustitia, fides, & aliæ, quæ ad diuinitatem mortales penètrahunt. A ciuibus igitur honore, & gloria, & beneuolentia honestatus, merito à Serenissimo Principe nostro summo Fisci patrocínio etiam decoratus es, tanquam iustitiæ (ex qua vna virtute viri boni appellantur) fidei, & probitatis splendore præfulgens, & iuris prudentiæ præstans, in quo genere perfectus mirificè præcellis. Sapientis præterea officio fungens, & civilis officij memoraturæ præcepta semper exequutus es, omnium plus quam tuæ utilitati consulens. Summa itaque, & perfecta illa tua gloria commotus, & communis iudicij, propensiq; amoris particeps, multorum etiam humanitatis, & beneuolentiæ tuæ officiorum in me collatorum non immemor, Iulij Clari præximæ, cæterasq; illius lucubrationes in commodiorem iuris prudentiæ

dentia professorum, & in foro versantium usum hac noua forma, & extrema lima politas, in Taurinensi hac nostra vrbe typis mandare cupiens, hanc nouam editionem nominis tui amplitudini dicendam curavi: ne sine comite, & patrono emitteretur, & quòd me in te obseruantia, ac gratitudinis testimonium præberem. Suscipe igitur serena fronte huius mei grati ergate animi munus, nostriq; memoriam ea qua soles humanitate conferua. Vale. Idibus Octobris 1578.

a iij

SERENISSIMO,

POTENTISSIMOQVE

PHILIPPO AVSTRIO REGI HISP.

NEAP. SICIL. SARDIN. BALAE. NOVI ORBIS, &c.
DVCI MEDIOLANI, &c. COMITI FLANDRIAE,
BVRGVNDIAE, &c. DOMINO SVO.

Julius Clarus S. D.



OLENT, qui veterimore, atque
instituto libros quos edunt, alijs
nuncupant, duobus praecipue nitiz
quorum alterum in operis ipsius ra
tione versatur; alterum ad laudes
eius pertinet, cui liber est inscrip
tus. Ego verò de opere ipso pauca
prefatus, eam partem, que ad lau
dationem tuam spectat, tacitus pre
terire constitui; ne, quod homini

eloquentissimo longa oratione, immò verò iusto volumine exequi
difficile esset, id ego breui hac epistola concludere voluisse vi
dear. Quis enim est, PHILIPPE Rex Regum maxime, qui
de te verba facturus, commemorare vniuersa, nedum singula
persequi oratione facile possit? Primum, si generis claritatem
nobilitatemque maiorum tuorum is sibi laudandam propo
nat: tot mehercule illi occurrent Reges, tot Imperatores; na nu
da eorū nomina, nedum egregia facta, recensere vix longa queat
temporis intervallo, vnus pater tuus, CAROLVS MAXI
MVS, qui (vt ceteros omnes praeteream) & rerum gesta
rum magnitudine, & virtutum gloria non modo eorum, qui hoc
seculo florunt, Imperatorum, sed etiam omnem antiquitatis
memoriam superauit; doctissimum quēque, ac facundissimum

A 4.

à dicendo

à dicendo deterrebit. Deinde si amplitudinem imperij tui describere aggressus fuerit; non minor erit labor, tot regna, tot vrbes, vel potius tot orbes, qui nutu, ac ditione tua gubernantur, dinumerare. Hispaniam, parentem virorum fortium, altricem equorum generosorum, eandem magnitudine patiens, & excellentia rerum, quæ exportantur, nulli secundum: Neapolitanum regnum optimum, ac fertile, bonis omnibus affluens: Siciliam, vbertate agrorum, ac varietate fructuum fecundam: Mediolanensem prouinciam, florem Italiae, orbis delicias: Flandriam, adiacentesque regiones; insignium oppidorum multitudine, artificio, & mercatura nobiles: Indiam illam, quæ trans Oceanum est, auri, & argenti feracissimam; in qua tot planè Reges tuo parent imperio, quot hactenus victricia tua signa conspexerunt. prætereo, quas in Africa vrbes, quæ oppida possides; mitto portus, insulas, littora, maria. Ad hæc, si idem ad enarranda corporis bona, quibus alijs omnibus excellis: orationem suam conuerterit; quanto, quæso, tempore explicabit, quæ sit formæ dignitas, quæ oris pulchritudo, quæ compositio membrorum, quæ coloris suauitas? Præterea, si ad animi virtutes recensendas accesserit; an non pondere rerum pressus, neque initium, neque finem dicendi inueniet? Quis enim antiquorum regum te liberalitate superauit? quis fortitudine æquauit? quis res magnas, & excelsas maiore animi amplitudine, aut splendore administrauit? quis iustius rempub. rexit? quis religionem, quis pietatem sanctius coluit? quis hostibus clementius pepercit? ad quem vnquam non modo regem, sed magistratū, quam ad te, faciliores aditus priuatorum fuerunt? cuius vnquam tanta fuit in dicendo grauitas? tanta in oratione maiestas? Postremo, si res bello, paceque fortiter, ac feliciter gestas, exornandas suscepit; quem sibi terminum laudandi constituet? dicturus quas leges condideris, quos magistratus constitueris, quot bella confeceris, quas hostium copias pugnando deleueris, quot oppida expugnaueris, quas victis leges dederis, quot socios & amicos præsentis ope, classibus

classibus & exercitibus ex hostium facibus eripueris, quot vi atque armis in paternam ditionem restitueris, quot populos isdem armis ab hæreticorum impia labe ad veram religionem reuocaueris. Sed aliter, atque initio insitui facio; qui in tuarum laudum potentissimum campum, à me summa ratione præteritum planè imprudens, atque consilij mei immemor, ingredior. adeo me virtutum tuarum amor, atque admiratio tenet; vt nihil mihi vnquam dulcius sit, aut suauius, quam de te loqui, aut scribere. Contra verò id, de quo dicere institueram, mihi hoc loco omittendum esse video, nempe vt de toto opere Sententiarum receptarum, de quæ hac ipsa operis parte, quæ nunc tuis auspicijs prodit in lucem, consilij mei rationem tibi exponerem. Vereor enim, ne longiore, quam par sit, epistola tibi sim molestus inter maximas istas tuas occupationes: quibus implicatus, vt Atlas humeris celum, ita orbem ipse Christianum religione ac virtute tua sustines. Quare multis satius fuerit ea, quæ hac de re tibi dicenda erant, octoso lectori enarrare. interea tamen Deum precabor, vt te, Rex omnium Regum maximè, victorij ac triumphis ornent, nobisque & vniuersæ reip. diu seruet incolumem. Vale.

IULIUS CLARVS

LECTORI S. D.



RXISTIMAVI aliquando, amice lector, posse me, & promisso meo, & expectationi tuae satisfacere, hoc est, totos, atque integros septem hosce Sententiarum libros edere, in lucemque proferre: quod quidem ego, dum eorum fragmenta quadam publicarem, pollicitus eram me brevi prestaturum: sed, quoniam plerumque fit, ut, quæ magis optamus, ea difficilius consequamur, quotidie aliud. ex alio impedimentum non modo moram attulit properanti, sed penes spem etiam omnem eripuit mihi rei conficiendæ. Primum quidem, opere toto iam ita disposito, ut nihil ei deesse videretur, nisi ut locorum numeros percurrens, extremam illi manum adderem; in Mediolanensem Senatam PHILIPPI Regis iussu cooptatus, in maximis illis, molestissimisque negotiis hæc studia intermittere sum coactus, totumque me ad rempub. transferre. Tertio tandem anno postquam Senator fueram creatus, cum opus ipsum senescere, novosque quotidie eiusdem argumenti libros, à doctissimis viris conscriptos, in lucem prodire viderem; mihi amplius cunctandum non esse ratus, statui aliquid mihi de somno detrahere: & quod interdum per assiduas occupationes non licbat, nocturnis horis consequi. Ita factum est, ut intra paucos menses particulam quandam absoluerim, quæ ad feudalem materiam pertinet. hæc cum in manus studiosorum pervenisset, non omnino displicuisse visa est. Hortantibus igitur amicis, præcipue verò Atrebatensi Episcopo, viro amplissimo: quem ob egregias virtutes, singularemque in rebus agendis prudentiam

dentiam Pius eius nominis IIII. Pont. Max. summa cum totius
Christiana reipub. Letitia in amplissimum Cardinalium collegium
cooptauit: eo, in qua non modo auctore, sed propè impulsore, paulò
post alias quasdam particulas, de Testamentis, de Donationibus,
de iure Emphyteutico publicandas curauit. Sumpsit deinde
in manus quintam totius operis partem: in qua de varijs, ac di-
uersis criminibus, eorumque pœnis agitur; prætereaque explica-
tur, quemadmodum puniendorum malefactorum iudicia exercen-
da sint, quam ut emendare cepisidem PHILIPPVS Rex me
ex Senatore Præsidentem Quæstorum extraordinarium, Præsfectum
annonæ, ac Curatorem aquarum publ. constituit: quarum rerum
procuratio adeo me implicatum, constrictumque tenebat, ut vix
quidquam ocij superesset ad aliquid aliud agendum. Quidquid ta-
men dabatur temporis, id omne in his studijs consumebã. Erat au-
tem iam in eo statu quintus liber hic, ut propediem edi posse vide-
retur: cum ecce, dum quasdã neotericorum criminales tractatus,
quas practicas appellant, legendos mihi propono, repente affertur
nuncius, me iussu PHILIPPI Regis in Hispaniam acciri,
atque in suppressum Italicarũ rerum consilium cooptari. Tum ve-
rò abiecti propè spem omnem operis absoluendi. videbam enim non
modo multos annos me patria abesse oportere; sed etiam eam esse
huius magistratus conditionem, ut à Regis curia nunquam disce-
dere liceat; sed quocunque ipse eat, illò eundem sit. In hoc autẽ vi-
tæ genere, quod à perpetua quadam peregrinatione non ita multũ
differre mihi videtur, quis est, qui credat aliquem studijs vacare
posse: & præsertim iuris ciuilis; quæ non nisi summa animi, cor-
porisue quiete, nec sine magna librorum copia tractari posse igno-
rat nemo: quorum librorum ut mihi erat satis lauta suppellex,
ita ad eam circumferendam neque paruo labore, neque exiguo
sumptu opus fuisset. Hunc tamen quintum librum, iam penè, ut
dixi, absolutum, ut se ponerem, nulla me potuit difficultas addu-
cere: sed mecum in Hispaniam delatum, non ita quidem, ut cæpe-
ram, diligenter, sed utcunque potui, emendauit; permisique ut
in manus studioforum exiret. Reliquos sex libros, cum me ali-
quando

quando corrigere posse planè desperem, in arcam coniectos perpe-
tuo carceri mancipari. nihil iam est, quod eos à me quisquam es-
flagitet, aut (quod nonnulli aiunt) tanquam ex pollicitatione
coram iudice mecum agat, ut in lucem proferam. Mibi plus, quam
alijs, dolendum est; cui sine fructu perit tot uigilijs, ac laboribus
institutum, ac congestum opus. alij in tanta voluminum multitu-
dine, ac copia paruam iacturam faciunt paucorum librorum, ne-
que adeo præclarorum; ut qui illos non legat, damni aliquid fa-
cere videatur; præsertim cum paucis abhinc annis eodem argu-
mento communes doctorum sententias in vnum volumen redege-
rint viri doctissimi, quos ego semper honoris causa nomino, Villalo-
bos, Turzanius, Vinus, Ioan. Baptista Hispanus: & fortasse
aliquot etiam alij, quorum commentarij hæcenus in manus meas
non peruenierunt. horum lætione desiderium suum explere facile
poterunt studiosi, & quos ex meis scriptis fructus sperabant, ex
illis uberiores, & præstantiores percipere. Ego verò, humanissi-
me lætor, tamen si culpa omnino carere non videtur, qui id polli-
cetur, quod præstare non potest; non tamen mihi opus esse arbi-
tror à te ueniam petere, aut, mihi ut ignoscas, postulare. non enim
mea ignauia cessatum est. qui autem, quantum in se erat, fecit;
omni se prorsus crimine liberauit. Regis voluntati parendum fuit:
relinquenda non modo studia, sed etiam carendum Italia, patria,
domo, uxore, atque liberis: peragrandã Hispania, Gallia, Flan-
dria: quid facerem? Huius ego rei, in qua nullum erratum meum
agnosco, si à te impunitatem mihi dari postulem, utique videbor
alienam culpam deprecari. Tu verò hanc, quantum acunque est,
operis partem grata fronte accipe, bonique consule. inhumaniter
certè facit, quod minus accipit, quam vellet amico id, quod po-
test, danti, gratiam non habet. ego quidem eo animo ad scriben-
dum accessi, ut studiosis prodessem, potius, quam ut scribendo
laudem illustrarem meam. si susceptus labor reipub. non inutilis est
futurus, satis prælarè mecum actum futo. Habes igitur, amice læ-
tor, hoc in libro criminalium rerum materiam hoc ordine disposi-
tam

tam. Primo libri paragrapho præmittuntur nonnulla, quæ ad terminorum (ita nostro vocabulo appellamus) intelligentiam pertinent. Subsequuntur breues de insignioribus aliquot delictis tractatus, singulis paragraphis alphabetico ordine collocati. Postremo loco posita est Practica criminalis, in qua de criminalium iudiciorum forma differuimus. Vale. neque quidquam amplius de hisce libris expecta; sed, si quid forte aliquando prodierit, id lucro deputa. iterum vale.

Totum



IOTVM opus Sententiarum Receptarum in septem libros à nobis diuisum est.

Eorum primus est de legibus, ac constitutionibus: in quo tum præmissis ijs, quæ generaliter ad leges ac statuta condenda, siue interpretanda pertinet, singulis statutis diuersas quæstiones applicauimus; tum nonnulla non spernenda de consuetudine subiicimus.

Secundus liber est de iurè personarum; in quo non solum de ipso statu hominum, sed etiam de singulorum officijs ac dignitatibus, tractatur.

Tertius successionum, & ultimarum voluntatum materiam complectitur; cuius particula est §. Testamentum, iam pridem in lucem editus.

Quartus verò contractus omnes explicat: ex quo excepti sunt tractatus de Feudis, de Donationibus, de iure Emphyteutico; quos iam ante aliquot annos publicauimus.

Quintus maleficia continet; in quorum calce de criminum ipsorum processibus conficiendis, ac delinquentium poenis satis accuratè differuimus. quem librum integrum, atque absolutum typis excudendum nunc primum curauimus.

Sextus liber is, quo tota ciuiliu iudiciorum tela continetur.

Septimus verò ac postremus non libri tantum, sed iudicis etiam loco esse potest; in quæ congestimus quidquid superiorum librorum materiae haud satis conuenire videbatur: suis quoque locis inseruimus alphabetico ordine capita rerum, quæ præcedentibus libris tractatae sunt; ita, ut quiuis, vel imperitus statim quæ res, quo operis loco, quo scilicet libro, paragrapho, quæstione, versiculo posita sit, facillime reperire possit.

I N D E X

I
I V L I I C L A R I
A L E X A N D R I N I

I V R E C O N S V L T I , C L A R I S S I M I ,
A C R E G I I S E N A T O R I S .

Ex libro Tertio Sententiarum
Receptarum.

§. T E S T A M E N T V M .



VANTVM. hæc Testa-
mentorum materia præ ce-
teris omnib. vtilitate subti-
litate, excellat, nemo est
qui nesciat. quotidie enim
& in scholis, & in foro ver-
santur super vltimis defun-
ctorum uoluntatib. uariè questiones. Harum
autem, cum iã nos superioribus paragraphis
bonam partem absoluerimus, eamque præfer-
tim, que ad substitutiones, & legata pertinet,
restat vt de ipsiſtestamentis, eorumque solem-
nitatibus breuiter differamus.

SVMMARIVM.

Quid sit testamentum.



RO intelligencia in primis querro, Quid sit testamentum? Respon. Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit, ita diffinit iuriconsult. in l. 1. §. de test.

QVAEST. II.

SVMMARIVM.

Quo iure introducta fuerit testamenti factio,



QVAERO, quo iure introducta sit testamenti factio? Res. Aliqui simpliciter dicit, quod testamentum est de iure civili, & est Guli. de benedi. in 1. parte resp. c. Raynutius fol. 156. num. 2. de test. quod ita communiter tenetur, ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Porc. inst. de test. in prin. nu. 11. Tu dicit, quod testamentum ipsum inuentione est de iure gentium, sed solemnitates in eo requisitae, sunt inuentione a iure civili, & pretorio, & hanc opinionem testamentum sit de iure gentium, tenuit Bar. in l. interdum, nu. 7. ff. de cond. inde. quam etiam dicit esse magis communem Corn. in l. si testamentum, nu. 2. & 3. C. de test. lal. in rep. l. admouendi, post nu. 184. vers. subdit tamen. ff. de iurei. & in d. l. interdum, nu. 4. quem refert. Did. lib. 3. resolutionum. c. 6. nu. 7. & dicit Jo. Annib. in rep. l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 189. quod ta concludunt ceteri. Doc. Videmus. n. p. antequam esset introductum ius civile

apud antiquissimas gentes erat in usu, ut patres familias de reb. suis in eam mortis ad eorum libitum disponderet, & licet postea ius civile introduxerit solemnitates, quae ad testamenta conficienda requiruntur, tamen inuentione (ut dixi) ipsius testamenti fuit introducta a iure gentium. Neque putes, quod haec quod sit proflus inutilis, quia imo est maxime effectus. Nam si testis est de iure gentium, non poterit princeps auferre dominium alicui quae sit ex testis, quod tamen facere posset, si esset de iure civili, ut declarauit sup. lib. 2. §. princeps.

QVAEST. III.

SVMMARIVM.

Quot sint genera testamentorum.



QVAERO, Quot sint genera testamentorum? Respon. quod multae possunt enumerari diuisiones testamentorum, tam respectu forme, & solemnitatis in eis requisitae quam privilegiorum, quae siue propter personam eius, qui condidit testamentum, siue eius, qui in testamento haeres instituitur, siue propter causam in quam aliquid relinquitur, ipsi testamentis a iure communi concessa sunt. Respectu forme dicimus, quod aliud est testamentum in scriptis, aliud est testamentum nuncupatiuum, de quibus infra, q. 4. Respectu privilegiorum habes, quod Aliud est testamentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad causas profanas, de quibus infra, quest. 6. & 7. Aliud est testamentum conditum inter liberos, aliud conditum inter extraneos, de quibus infra, q. 8. & seq. Aliud est testamentum militis, aliud

testa-

testamentum, pagani. de quibus infr. q. 15. Aliud est testamentum caeci, Aliud non caeci, de quo dixi infr. q. 17. Solemus etiam dicere, quod aliud est testamentum ualidum, siue solemnne, aliud inualidum, siue minus solemnne, de quibus multa dicemus in discurfu materiae, & maxime, q. 89. & sequ.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

Quid differat testamentum nuncupatiuum a testamento in scriptis.

Et an testamentum conditum ab eo qui uolebat testari in scriptis non formatis solemnitatibus requisitis, ualeat ut nuncupatiuum, uers. Sed querro.

Et an testamentum factum per relationem ad aliquam cedulam testibus non testis ualeat, uers. Sed pone.

Et quid si notarius per errorem apposuerit clausulam, quod non ualeat nisi iure codicilli, an sustinetur in uim testamenti, uers. Non omitam.



DIXI, quod aliud est testamentum conditum in scriptis, aliud nuncupatiuum. Scire debes, quod testamentum in scriptis est, quod interueniunt solemnitates requisitae in l. hac consultissima in prin. C. de testa. Nuncupatiuum autem est illud, quod conficitur per nuncupationem sine scriptis, iuxta formam, de qua in d. l. hac consultissima §. per nuncupationem & intellige, quod omne testamentum, in quo non sunt seruatae solemnitates positae in d. l. hac consultissima in prin. dicitur nuncupatiuum, etiam si sit in scripturam redactum, prout quotidia fieri uidentur per notarios, & testameta, de quibus sunt rogati, in publica instrumenti forma conficiunt. Nam nihilominus dicuntur nuncupatiua & sine scriptis, ex quo eo casu scriptura non interuenit pro forma, sed solummodo ad faciliorem probationem, Possent enim etiam sine scriptura confici, & per testes solos probari, ut dixi infra, lib. 6.

Sed querro, Pone, quod aliquis uelit testari, in scriptis, & testis, sed non sint in confectione ipsius testamenti seruatae aliquae ex solemnitatibus requisitis ad testatum in scriptis iuxta dispositionem d. l. hac consultissima in prin. puta, quia omnes testes non subscripserunt, uel eorum sigilla non apposuerunt, Nunquid tale testamentum ualebit saltem iure testamenti nuncupatiui? Respon. quod sic ita tenet Bar. in l. si. in fin. ff. de iure codicillo. put illum refert Gozad. conf. 3. num. 11. qui dicit, quod ita est communis opinio. scribentium. Sed certe in dicio meo Gozad. fallitur in allegato codicillo, neque Bar. aut doct. per eum allegati hoc dicunt, propterea est tenenda opinio. Bar. in d. l. si. in fin. distinguens post Dy. ibi, quod si illic aut constar, quod testator uoluit testari in scriptis, & si deficiant solemnitates requisitae, non sustinetur testamentum, neque etiam iure testamenti nuncupatiui. Aut non constar, & tunc licet caperit testari, ut in scriptis, ualeat nihilominus ut nuncupatiuum. Summa est enim semper illa interpretatio, per quam a ius sustinet, nisi uoluntas testatoris deficiat, & ita scribitur ferre oes Doctores in hac materia loquentes.

Sed pone, Aliquis scripsit manu sua, uel sit scribi fecit ab alio, suam ultimam uoluntatem. deinde coram septem testibus, dixit illud esse suum testamentum, & quod ita disponebat de bonis suis, ut legebatur in ipsa scriptura, quae tamen testibus lecta non fuit. Querro, nunquid tale testis ualeat? Respon. si ageretur delegato, aut alio relicto particulari, res non haberet magnam difficultatem, quia satis esset, quod apparet de uoluntate disponetis relata ad illam scripturam, iuxta uulgatam doctrinam Bar. in l. si ita rescripsero, nu. 1. ff. de conditionibus & dem. de qua dixi supra. §. legatus. Sed maior est difficultas in institutione haereditis uniuersalis. Quia non uidetur posse ualere ut testamentum in scriptis, ex quo non sunt seruatae solemnitates subscriptionum, & sigillorum, No uidet esse possibile, ut ut nuncupatiuum, ex quo testator uoluntatem suam testibus non manifestauit, prout requiritur in d. §. nuncupationem. Contraria tamen opinio tenenda est: quod si alicuius uim testamenti nuncupatiui. Satis enim

A 2 uidetur

idetur testator suam uoluntatem testibus manifestasse, saltem implicite, per relationem ad illam cedulam, siue scripturam. ita tenet Ale. conf. 177. num. 6. libr. 2. & hanc esse magis in commune opin. attestatur Bello. conf. 85. nume. 11. & dixi infra q. 36. vers. sed quid si testator. Confusio tamen, q̄ testator faciat, per notarium a tergo ipsius cedule, uel scripturæ clause apponi tempus, & nomina testium, & rogatum, ne postea contingat dubitari circa identitate scripturæ, & ita obseruauit Ill. d. Vicecomes tenator, cuius testamentum in hac forma confectum, fuit superioribus mensibus apertum in senatu.

Non omissam hoc loco vnam quæstionem, qua proximis annis contigit in quodam opido huius domini. Quidam testator uocato notario, & septem testibus in modum condendi testamenti solenis, fecit legata, instituit heredem uniuersalẽ, eum ore proprio nominando, &c. deinde notarius imperitus forte uolens apponere clausulam codicillarem, scripsit in hæc uerba. Quod quidem testamentum, & ultimam uoluntatem præfactus testator uoluit, & uult ualere iure codicillorum, uel donationis causa mortis, & nõ aliter, nec alio modo. Fuit diu disputatum, an tale testamentum posset sustineri in uim testamenti, & hinc inde fuerunt producta multa cõsilia illustrium uirorum, quia ille testator licet esset rusticus, erat tamẽ diues, & pecuniosus. Io. I. And. in add. ad 1. Spe. de instr. edi. §. Cõpendiosẽ sub nu. 17. in uerbo codicillum, refert Pyl. disputaſſet similem quæstionem, ut ibi per eum, & tenet, q̄ ualeat iure codicillorum tantum, non autem iure testamenti, idem tenuit Paul. de Cast. in l. nemo potest, num. 4. ff. de leg. 1. & dicit Claud. in ead. l. nemo potest, nu. 10. quod ita cõiter concluditur, Ego in dicta causa consulti contra cõem opi. q̄ inõ deberet ualere iure testamenti, at tento q̄ apparebat illa uerba fuisse appõta ex errore, & imperitia notarij, & in terminis allegabam multas decisiones doctorum, Sed omnia parum profuerunt, nam deinde intellaxi, q̄ hæres ab intestato obtinerat declarari, q̄ nõ ualeret nisi iure codicillorum, & male iudicio meo.

QVÆSTIO V.

SVM MARIVM.

Ad pias causas unusquisque testari potest.
Et quid si alias sit inhabilis ad testandum.
vers. Sed quia:
Et quid in pupillo. vers. Hinc inferitur.
Et quid in prodigo. vers. Secundo inferitur.
Et quid in furioso. vers. Sed an furiosus.
Et quid in damnato ad mortem. vers. Quæro quid.
Et quid in filiosum. vers. Sed nunquid.
Et quid si uelit testari de bonis aduentitijs in quibus acquiritur patri usus fructus.
vers. Quæ quidem.
Et quid si relinquas aliqua legata alijs per semis. vers. Vnum tamen.



ICEBAM etiã aliud esse testamentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad causas profanas, Sci re debes, q̄ ante, l. 1. C. de sacrosan. eccles. non licebat priuatis aliqd relinquere collegiis, aut locis pijs. Fuit postea condita illa lex, per quam concessa fuit unicuique facultas relinquendi huiusmodi locis pijs ad sui libitum, & ita cõmuniter intelligitur dispositio illius legis. Sed quia illa lex loquitur per uerbum VNVSQVÏSQVË, fuit dubitatum, nunquid etiam illi, qui alias erant inhabiles ad testandum, conferrentur habilitati, ut possent testari ad pias causas, & aliquid dicebat. q̄ sic, ut illa lex aliquid operaretur, Sed retento, quod ante illam legem non liceret relinquere locis pijs, satis uidetur operari dispositio illius legis, etiam in his, qui erant inhabiles, & ideo tenendum est, quod inhabiles ad testandum non censentur per illam legem habilitati ad testandum ad pias causas, sed tolum modo concessa facultas habilibus, ut possent relinquere collegiis, & locis pijs, & ita tenuit gl. in d. l. 1. in uerbo, Habeat, & est communis opin. ut dicit lat. ibi nume. 12. & seq. in l. 2. Papien.

Hinc

Hinc inferitur, q̄ pupillus qui de iure communi testari non potest, etiam si pubertati proximus sit, neque etiã ad pias causas testari poterit, ita tenet Bar. in d. l. j. nu. 18. C. de sacrosan. eccle. & ita tenent communiter Doctores omnes, ut dicit Bessẽ. in repe. d. l. primæ. num. 92. & seq. ita etiam communiter teneri attestatur Abbas in rubr. de testam. nu. 9. in fi. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. conf. 182. post nume. 2. lib. 5. Barb. conf. 58. lib. 1. Gul. Bened. in prima parte repet. cap. Rayn. fol. 221. post num. 68. vers. Sed aduertatis, Bauerius in §. præterea, num. 1. & seq. instit. qui testa. fac. pos. Deficit enim in pupillo uoluntas, & intellectus, cuius defectus fauore piæ causæ nunquam suppletur.

Secundo inferitur, q̄ neque etiam prodigus, qui pariter de iure cõi est inhabilis ad testandum, ut dixi infra q. 33. non poteris ad pias causas testari, ita tenet Bal. in d. l. 1. nu. 17. C. de sacrosan. eccle. & hanc opi. firmant communiter Doctores, ut dicit Alex. in d. conf. 182. post nu. 6. versicul. Sexto probatur. Hanc etiam conclusionem, q̄ prodigo bonis interdicto, etiam ad pias causas non concedat testamenti factio, dicit esse communẽ legistarum Bessẽ. in repet. d. l. primæ. nu. 100. Regulariter enim prodigus cui est interdicta bonorum administratio, æquiparatur pupillo.

Sed an furiosus poterit testari ad pias causas? Respond. q̄ non, ita tenet Barto. in d. l. 1. num. 16. C. de sacrosan. eccles. & est communis opi. ut dicit Gratus conf. 30. num. 33. lib. 2. Subest enim in furioso idem defectus intellectus, ac uoluntatis, qui in pupillo, quem defectum (ut dixi) lex fauore piæ causæ non supplet.

Quæro, quid in damnato ad mortem, an possit testari ad pias causas? Respon. quod non, ita tenet Bar. in repe. d. l. primæ. num. 26. C. de sacrosan. eccle. & ita communiter tenet, ut dicit Abbas in d. rub. de testam. post. nu. 11. vers. De damnato, Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. in allegato conf. 182. post nu. 5. Est enim per sententiam condemnationis effectus seruus pœnæ, & sic amisit

libertatem, & bona. Quod tamen intellige, ut dixi infra q. 21.

Sed nõquid filiusfamilias, qui & ipse alias est inhabilis ad testandum, ut dixi in q. 18. poterit testamentum condere ad pias causas? Respon. in hoc articulo uaria fuerunt opin. Doctorum, de quibus per scribentes in l. senium. C. de testam. Ceterũ omnis disputacionibus, magis cõis opi. est, q̄ possit testari ad pias causas, ut dicit Alex. in l. 1. §. hoc autem nu. 4. ff. ad Treb. Intellige modo interueniat consensus patris, & ita loquitur tex. qui est fundamentum huius conclusionis. in c. licet. §. cum gl. in ver. iudicare de sepult. in 6. & hanc esse magis communem opi. attestatur Rom. in repe. au. §. similiter. C. ad l. Falcid. Ang. in §. 1. nu. 7. instit. quibus non sit permitt. fac. testam. quem refert Gul. de Benedict. in prima parte repet. cap. Raynuc. fol. 39. nu. 29. A postill. ad Bart. in l. qui in potestate sub num. 2. ff. de testa. Fran. in cap. 1. nume. 36. de testam. in 6. lat. in d. l. 1. in lect. pad. nume. 23. C. de sacrosan. eccle. & in d. l. senium num. 5. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto post num. 10. vers. Secundo profita. C. de testa. Dec. in d. l. senium num. 21. & seq. Ruin. consil. 62. num. 11. in fin. libro. 2. Curt. iun. in d. §. ex imperfecto, numer. 20. C. de testam. Paris. in cap. in præsentia nume. 20. de probat. Io. Dilec. de Arte testandi rit. 1. ca. 1. nu. 4. in fi. & licet in pñcto iuris multa dici possent tamen in prætica non est ab hac opinio recedendum.

Quæ quidem opin. indistincte procedit, huc huiusmodi filiusfamilias, uelit ad pias causas testari de bonis aduentitijs, in quibus patri non quaritur usus fructus, siue etiam de illis, in quibus patri usus fructus acquiritur, & ita hanc esse magis cõem sententiam attestatur, Jan. instit. qui testa. fac. post. nu. 3. in §. sciendum nu. 6. instit. de testa. milit.

Vnum tamẽ nota in hoc proposito, q̄ si filiusfamilias in huiusmodi testamento condito ad pias causas faciat aliqua legata alijs psonis, talia legata nihil ualent, nõ tñ accretiscent ipsi piæ causæ, sed uadunt ad uenientes ab intestato. ita dixit Bal. in Traç. Iul. Clar. A 3 d. l.

d. l. senium in fi. & in hoc nemo discor-
dat, vt dicit Iaf. in d. §. ex imperfecto, post
nu. 10. ver. Secundo pro ista. Gul. de Be-
ned. in j. parte repe. c. Rayn. fol. 154. post
nu. 69. quod pondera contra ea, quæ di-
xi infra q. seq. ver. Sed quarto.

QVAEST. VI. SVMMARIVM.

*Solemnitates iuris civilis an sint sublata in
testamentis ad pias causas.*

*& an sufficienti duo testes, versio. Hinc
infertur.*

*& an requiratur, quod testes sint rogati
uer.* Secundo, infertur.

*& an mulier possit esse testis in testamento
uerfi.* Tertio, infertur.

*& an valeat dispositio captatoria ad pias
causas, uerfi.* Quarto, infertur.

*& quid si testator simpliciter dicat, com-
mitto dispositio Titij omnia bona mea
uer.* Quintimo, & fortius.

*& an testamentum nutu coactum ad pias
causas valeat, uer.* Quinto, infertur.

*& an in testamento ad pias causas requi-
ratur quod, filijs aliquid relinquatur
titulo institutiois, uerfi.* Sexto in-
fertur.

*& an huiusmodi testamentum sustineatur
etiam quoad leg. a laicis facta, versio.
Sed quarto.*



LIT etiam dubitarum, ex quo tex. i. d. l. r. C. de sacros. Ecclie. cōcedit, q̄ libere possit relinq̄ col legijs, & locis pijs. Nū quid p̄ dispositionē il-
lius legis censetur in testis ad pias causas sublata omnes solēnita-
tes iuris civilis? hōd. p̄ non ita tenet gl. in d. l. r. in verbo. causa. & est cōis opi. ut dicit Iaf. in ea. l. j. l. ec. padua. nu. 22. & refert. in repe. d. l. j. nu. 33. Hic et opi. gl. dicit cōiter teneri Bar. l. ec. d. l. j. vltimis verbis. licet ipse postea in repe. t. neat cō-
rarium. Non enim est uerifimile, q̄ im-
perator unico verbo incidit dīctō vo-

luerit tollere omnes solēnitates à iure
introducitas. F. s̄ tñ in se vera illa conu-
sio, q̄ in testamentis ad pias cōis non re-
gunt solēnitates iuris positivæ, sed suffi-
cit solēnitas iuris gentiū, & ita dicunt
communiter Doc. vt ait Corn. conf. 307.
in litera B. lib. 3. ita enim statutum est p̄
sacros canones in c. cum estis. & in c. re-
latum, el. r. de testa. quorū dispositio ser-
uanda est non solum in terris Ecclie, sed
etiam in foro Cæsaris, vt dixi infra,
q. 57. ver. quæ quidem.

Hinc infert, q̄ licet regulariter de iu-
re cōi requiratur in testō numerus septem
testium, vt dixi j. q. 56. tñ in relictis ad
pias causas sufficit duo testes. ita dicit
Bar. in d. j. nu. 75. C. de sacrosan. Ecclie. &
est communis opinio, vt attestatur Ale.
in l. si certis annis. post nu. 5. vers. & tale
relictum. C. de pactis. & consil. 131. nu. 2.
lib. 7. quæ quidem est seruanda tam in fo-
ro seculari, q̄ in foro ecclesiastico, p̄
etiam communiter obseruatur, teste Io.
And. in d. c. cum omnes. quæ refert Imo-
la ibi, nu. 12. in fi.

Secundo infert, q̄ licet regulariter te-
stes in testō adhiberi deant esse rogati, ut
dixi j. q. 58. tñ in testamentis ad pias cas
non requirit, q̄ testes sint rogati. ita di-
cit Bart. in d. l. j. nu. 75. & est cōis opi. vt
dicit Rom. in repe. aut. similiter. C. ad
legē falcid. Alex. in d. conf. 131. nu. 2. lib.
7. Corn. conf. 149. in litera B. li. 2. & con-
sil. 215. in litera R. eo. vol. vbi dicit, q̄ plu-
res doctores, & maioris auctoritatis tenent
hanc partem, & consil. 307. in litera
V. lib. 3. & consil. 259. in litera B. li. 4. & in
aut. q̄ sine, nu. 8. C. de testa. Soc. in regu.
420. in verbo. Testes, quem refert Boer.
decif. 34. nu. 5. licet re vera ille liber
regularum falso tribuatur Soc. vt ex ipsius
ore habuisse testatur. Soc. iun. eius ne-
pos conf. 24. post nu. 4. lib. 3. Gul. de Be-
ned. i. prima parte repe. c. Raynucius, fol.
154. nu. 18. Bar. in §. sed hæc quidem,
nu. 32. in d. de testa. & dicit Bessler. in re-
pet. d. l. r. q̄ hæc est communis sententia
legistarum, & Canon. licet hæc opi. stric-
tō iure non transeat sine difficultate, tñ
ex quo communiter ita obseruatur, te-
ste Abb. in d. cap. relatum, el. primo. post
num.

num. 3. de testa. non esset ab ea consulen-
do, aut iudicando recedendum.

Tertio infertur, q̄ licet regulariter
mulier non possit esse testis in testamen-
to, vt dixi infra q. 55. versio. Scias tamen,
Mihilominus in testamento ad pias cau-
sas mulier potest adhiberi, in testem, ita
dicit Bal. in lesura. l. prime, nu. 9. C. de
sacrosan. ecclie. & h. c. opi. communiter
teneatur, vt ait Gul. de Bened. in d. c. Ray.
in 1. parte, fol. 154. nume. 65. Quam etiam
dicit esse communem, Rom. in repetit. d.
aut. similiter, in 16. speciali pia causa,
circa ultimas uoluntates, quem refert A-
lexand. consil. 102. num. 6. lib. 7. Crocius
in tract. de testib. nu. 8. Bauer. in §. testes,
nu. 11. & seq. inst. de test. Bello. consil. 13.
post num. 8.

Quarto infertur, q̄ licet vltima volū-
tas captatoria, scilicet quæ pendet ex
alieno arbitrio, vel in alterius arbitrium
conferatur, regulariter non ualeat, vt dixi
supra §. legatum, nihilominus in relictis
ad pias causas ualeat dispositio testatoris
captatoria, ita dicit Bar. in rep. d. l. de pri-
ma, num. 64. & est communis opi. ut di-
cit Abbas consil. 32. num. 3. lib. 2. Alexan.
consil. 14. num. 7. lib. 1. quod conf. est fore
per eadem uerba editum sub nomine So-
cini inter consilia ipsius Socini in 1. vol.
consilio 53. Hanc etiam dicunt esse com-
munem opinionem scribentes in l. capta-
torias. C. de test. milit. & in specie Dec.
num. 19. & 20. & Iaf. nu. 12. quem refert
Paris. consil. 83. nume. 29. lib. 2. & consilio
45. num. 13. libro 3. & consil. 89. nume. 44.
eodem uolū. idem dicit Iaf. consilio 110.
num. 3. lib. 1. Guliel. de Benedict. in pri-
ma parte repe. d. ca. Raynucius, fol. 139.
post num. 8. versio. tertio fallit. Cum enim
hæc sit simplex prohibitio iuris civilis,
ne scilicet vltimæ uoluntates in alienum
arbitrium conferantur, non impedit, quo-
minus ea nō obstantē, ualeant relictā ad
pias causas. Et hæc est magis communis
opinio Cano. vt dicit Soci. consil. 49. nu.
10. lib. 4.

Quintimo, & fortius etiam si non appa-
reat expresse, testatorem uoluisse testari,
ad pias causas, sed simpliciter testator di-
cat, committo dispositioni Titij omnia

bona mea, licet videatur dictū, quod
tale testamentum tanquam captatorium
non deberet sustineri, tamen fauore pie
causæ ualeat, perinde ac si testatus iuister
expresse ad pias causas, Est casus mirabi-
lis in c. cum tibi, de test. secundū lecturā.
Anno. quæ communiter teneatur per legi-
stas, & Cano. ut dicit Abbas ibi, nume. 4
quem refert Corn. conf. 156. in litera D
lib. 2. & consil. 302. in litera C. lib. 4. Hæc per
huiusmodi uerba censetur institutus hæ-
res ille, in cuius dispositione ipsa ultima
uoluntas committitur, & intelligit gra-
uatus, vt ipsa bona distribuat ad pias
causas, secundum Inn. in eo. ca. cum tibi,
qui in hoc communiter teneatur, vt pari-
ter dicit Im. ibi. post nu. 16. uersio. sed alij.

Quinto infertur, q̄ licet testamentum
nutu conditum regulariter nō ualeat, ni-
hilominus fauore pie causæ ualeat testa-
mentum nutu conditum, ita dicit gl. in
d. c. cum tibi in gl. magna, & ita cōmuni-
ter teneatur, vt dicit Corn. in l. iubemus,
nu. 26. C. de testam. Hanc etiam esse com-
munem opi. attestatur Alex. in d. l. iube-
mus, num. 3. Aretin. in l. in eo qui. in fi. ff.
de testam. Bauer. in inst. de testa. in princ.
nu. 76. & sequen. Riminal. iu. d. l. iubemus
col. 1. uersio. Item an habeat.

Sexto infertur, quod licet de iure com-
muni requiratur, quod legitima relinqua-
tur filijs, iure, & titulo institutionis, ali-
as testamentum est nullum, ut dixi infra
qu. 38. Tamen in testamento condito ad
pias causas, nō requiritur, quod aliquid
relinquatur titulo institutionis, ita di-
cit Bartol. in d. l. r. numero 62. C. de sa-
crosanct. ecclie. cuius opin. est per docto-
res communiter approbata, vt dicit
Alex. in l. inter cetera in princip. nume-
ro 4. ff. de liber. & postum. quem refert
Iaf. consilio 164. col. fi. lib. 2. ita etiam
communiter tenetur attestatur Matthei.
quem refert Natta in dicto q̄ ex imperfe-
cto. post numerū 114. uersio. Secundo
adducit. Hoc enim, quod aliquid relin-
quatur filio titulo institutionis, est mera
solēnitas a iure civili introducta, quæ
secundum conclusionem superius factā,
in testamentis ad pias causas non at-
tenditur.

Sed quero. Tu vides, q̄ testamentum minus solene, in quo sit instituta pia causa, valet favore piæ causæ, nunquid sustinet huiusmodi testamentum, non solum quo ad institutionem faciam de ipsa pia causa, sed etiam quo ad legata ad nō piæ causas laicis in eodem testamēto relicta? Rñ. q̄ sic, ita dixit Salyc. in aut. cass. nu. 7. C. de sacros. ecclies. & hanc conclusionē dicit esse communiter approbatā Crot. in rep. l. re coniuncti, nu. 160. ff. de leg. 3. Hanc etiam esse communem opin. dicit Gul. de Bened. in 1. parte rep. d. cap. Ray. fol. 154. num. 69. & dicit Ias. in l. hac con. sultissima. §. ex imperfecto, nu. 10. C. de testa. q̄ ab ista sententia non inuenit aliquem discrepare, quem refert Curt. Itun. in eo. §. ex imperfecto, num. 18. & seq. Ex quo enim conualidatur institutio, q̄ est caput ipsius testamenti, consequenter & ceteræ partes testamenti sustinent, postquam non reperitur contrarium à iure decium. Contra hoc tamen facere videtur ea que dixi supra q. 5. vers. Vnum tamen, sed ibi defectus erat in potestate testantis, cui lex non permittit testari, nisi ad piæ causas, hic vero est defectus solennitatis. Quidquid sit, hæc conclusio mihi nunquam placuit, quia de facili esset parata via fraudi, & falsitati, vt considerat Cur. in loco præallegato.

QVAESTIO. VII. SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum ad piæ causas an semper sustineatur.

Et quid si reperitur cedula scripta, vel subscripta manu ipsius testatoris, versic. Aliquando enim. & ver. Aliquando vero.

Et quid si scripta cedula notarij; vacato testator decesserit priusquam notarius scriberet, versiculo. Aliquando & tertio.

Et quid si testator capto testamento, sed nondum completo decesserit, versiculo. Aliquando & quarto.



DIXI in precedenti quaestio. q̄ testamentum imperfectum favore piæ causæ sustinetur. Quæro, an hæc conclusio generaliter procedat, ex quaunque cā testamentum dici possit imperfectum? Respō. quod non, sed distinguendi sunt aliqui casus.

Aliquando enim reperit cedula scripta, vel subscripta manu propria ipsius testatoris, continens eius ultimam voluntatem, disponendo de bonis suis in favore piæ causæ, & hoc casu tenendum est, q̄ talis cedula non sustinetur in vim testamenti, neque alterius vltimæ voluntatis propter favore ipsius piæ causæ, ex quo nullam habet formam, propter q̄ illi debeat fides adhiberi. Nec quidquam facit q̄ si inter liberos reperitur talis cedula à testatore confecta, seruanda est, tanquā testamentum, vt cauetur ex dispositione aut. quod sine. C. de testa. de qua dixi infra q. 14. quia dispositio illius aut. non habet locum, nisi in casu suo, s. inter liberos, non autem ad piæ causas, & licet in hoc variæ fuerint opi. Doctorum, tamen ista est magis communis, q̄ scilicet non extendatur ad favore piæ causæ. & illam dicit magis communiter approbari Soci. lun. cons. 189. nu. 73. lib. 2. vbi enumerat auctoritates. Major enim proculdubio subest ratio in favore liberorum qui omnino sunt ab intestato successuri, quam piæ causæ. Bene verum est, q̄ quid quid sit in foro fori, tamen in foro poli longe tutior esset contraria opinio, quando huiusmodi cedula esset taliter confecta, q̄ appareret illam potius esse declarationem voluntatis, & dispositionem, quā preparationem ad disponendum. Et licet forte iudicando non auderem recedere à cōi opinione, tamen si casus contingeret, non consulerem amico, neque illi ipsi, posse salua conscientia res in tali cedula ecclies. relictas, ab herede retineri.

Aliquando vero testator scripsit in cedula integre voluntatem suam, quo scilicet modo de bonis suis disponebat, vel illam scribi fecit per notarium, vel aliam personam, sed illa cedula, seu scriptura non

non fuit coram testibus lecta, nec ab aliquo notario publicata, et hoc casu Doctores tenent, quod tale testamentum valeat ad piæ causas, & inter liberos, quia cum non deficiat nisi publicatio, quæ est solennitas introducta à iure postiuo, non obstante huiusmodi defectu debet favore piæ causæ testamentum sustineri, & fuit originalis opinio Dyni, in l. Lucius, ff. de testa. mili. & dicit Dec. cons. 159. post nu. 3. q̄ ita tenent omnes, Hanc etiam opin. dicit esse communem Aret. in l. si is qui col. fi. vers. In primo casu. ff. de testamen. quem refert Boer. decif. 93. post num. 10. & decif. 240. num. 5. Cum qua etiam ego transeo, dummodo duo concurrant, Primum, q̄ testator hanc suam voluntatem duobus saltem testibus applicauerit, saltem per relationem ad ipsam cedula, puta, dicendo, ego dispono de bonis meis, vt in hac cedula, alias si reperiretur sola cedula, estimus in casu precedenti, in quo tenui ipsam cedula non valere in vim testamenti. Secundum autem regitum est, q̄ testator non exprimat, velle de contentis in cedula conscribi scripturam per notarium, tunc enim potius esset preparatio dispositionis, quam dispositio, vt dixi in casu statim sequenti, & ideo non valerent in vim testamenti.

Aliquando & tertio testator fecit uocari duos testes, & ibidem fecit scribi per alium clericum, q̄ instituebat piæ causam herede in bonis suis, & postea dixit testibus, q̄ volebat dictam ordinationem scribi facere per notarium, & iussit etiam notarium vocari, sed priusquam illa facere scribi per notarium testator decessit. & hoc casu Oldra. cons. 119. consiluit, q̄ talis cedula una cum depositione illorum duorum testium non valet favore piæ causæ in vim testamenti, & hanc opinionem dicit esse communem Ias. cons. 155. col. 2. vers. Sed per aduocatos, lib. 4. quem refert Episcopus Loazes in suis allegationibus pro Marchione Velez fol. 431. post num. 15. vers. Nec præfata, Non n. videet testator de bonis suis disposuisse, sed tantummodo preparasse id, quod disponere volebat, cum ergo deficiat non solennitas, sed dispositio, non potest sustineri

in vim vltimæ voluntatis.

Aliquando, & quarto testator incepit facere testamentum, & instituit piæ causam herede, vel aliquid reliquit ad piæ causas, deinde fecit transire ad alia legata, & priusquam posset ipsam testamētum complere, decessit, & hoc casu Barr. in l. in testamento. ff. de fideico. lib. videet tenere, q̄ satis dicatur perfecta voluntas respectu illius institutionis, vel relicti, licet totum testamētum perfici non potuerit, & ideo q̄ favore piæ causæ sustineatur, & hoc opin. dicit esse communem Dec. in allegato consil. 159. post nu. 3. vers. Quarto, & ultimo. Sed tamen credo, q̄ Barr. in hoc male dixerit, & q̄ Dec. fallatur, quia imo communis opinio est, q̄ quando cumq̄ testator decessit, priusquam integre voluntatem suam explicauerit, tale testamentum non dicitur deficere ratione solennitatis, sed ratione voluntatis, & ideo non valet, neque etiam favore piæ causæ, & ita hanc esse communem opin. attestatur Aret. in d. l. si is qui col. fi. vers. Secundo casu, quæ refert Boer. in d. dec. 93. post num. 10. & decif. 240. nume 5. Et dicit Sigismund. consil. feudali. 14. nu. 65. q̄ omnes concludunt hæc esse communem opinionem, quod tale testamentum etiam quoad disposita non valeat etiam inter liberos, vel ad piæ causas. Nam (vt quotidie experientia docet) Videmus q̄ testatores in ipso actu conficiendi testamenti mutant, addunt reuocant, multa per eos iam disposita. Merito non potest dixi perfecta voluntas, donec testator integre omnia explicauerit. & nota in prædica distinctione inter hos casus, quia multi cōfundunt proprios terminos questionum & omnia inuolunt. Vide etiam in hoc proposito, ea que dixi infra q. 9.

QVAESTIO VIII. SUMMARIUM.

Testamentum inter liberos valet etiam si in eo non adsint solennitates à iure cisili. requisitæ.

Et an in eo sufficiant duo testes, versiculo. Hinc inferitur.

Et quid

Et quid si testator sit cæcus. Remissus.
Et an mulier possit esse testis, ver. Secundo inferitur.

Et an requiratur, quod notarius, & testes sint rogati, verfi. Tertio inferitur.
Et an tale testamentum si vnus ex filiis in eo sit præteritus suscipiatur, verfi. Sed quarto.

Et quid si non sit ei relictum titulo institutionis, verfi. Sed pone.

Et an in testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris, versiculo.

Et an valeat testamentum inter liberos nuptum conditum, verfi. Vltimus quarto.

NTER alias diuisiones testamentorum dicebã, aliã esse testis conditum inter liberos, aliã conditum inter extraneos. Habet enim testamentum conditum inter liberos hoc priuilegium, quod etiam si sit imperfectum, i. minus solemnè, nihilominus valet, tanquam si esset ex omni parte perfectum, & solemnè. Hæc ergo conclusionem, quod testamentum inter liberos valet, etiam si in eo non interueniant solemnitates à iure civili requiritæ, & de hoc est textus expressus in l. hac consultiſſima §. ex imperfecto, C. de testa. qui est clausis in hac materia, sed solummodo attenditur dispositio iuris gentium, ita dicit Bar. in d. §. ex imperfecto in fr. verbis, & ita tenent omnes, ut dicit Iaf. in d. auct. nouissima, nu. 16. C. de inoff. res. & ratio est secundã communiter scribentes teste Curt. l. un. in d. §. ex imperfecto, post num. 3. & Natta, num. 107. quia cum causa testati conuincat causam intestati, cessat timor falsitatis, propter quã lex requirit maiorem numerum testium; Sed hæc ratio mihi non satisfacit, quia ex ardentia, idem dicendum esset quandoque, hæc res ab intestato essent instituti, qui tamen non est in iure verum. Ideo iudicio meo tutius est dicere hoc fuisse introductum fauore ipsorum liberorum; quibus etiam iure naturali debetur parentum hæreditas, & dicit Natta in rep. d. §. ex

imperfecto, nu. 30. quod ita dicit cõiter Doct. Hinc inferitur in primis, quod licet regulariter in testamẽti confectioe debeant interuenire septem testes, ut dixi in qu. 56. tamen in testamento condito inter liberos sufficit duo testes, ita dicit gl. vnica in auct. quod sine. C. de test. & est cõis opti. vt dicit Grat. consil. 90. nu. 3. lib. 2.

Sed quid in testamento cæci condito inter liberos, nunquid sufficit duo testes, an autem requirunt octo in xta formam traditam per l. hac consultiſſima, C. qui testam. face. post. dixi infra qu. 17. verfi. Sed quarto.

Secundo inferitur, quod licet regulariter mulier non possit esse testis in testamento, ut dixi infra quæst. 46. versic. Scias tamen, nihilominus in testamento confecto inter liberos femina potest esse testis ita dicit gl. vnica d. auct. quod sine. C. testam. & ita tenent omnes, Doctores, ut dicit Dec. in l. 2. nume. 31. in ff. de regul. iuris. Hanc etiam esse communem opinionem dicit Grat. in d. consil. 90. nu. 3. Ripa de peste in priuilegiarum voluntatum, numero 24. Natta in d. §. ex imperfecto, num. 166.

Tertio inferitur, quod quamuis de iure communi notarius, & testes qui in testamento interueniunt, debeant esse rogati, vt dixi infra qu. 58. in princ. & versic. Quod vero, Tamen in testamento condito inter liberos, non requiritur quod notarius, vel testes sint de ipso testamento rogati, ita dicit gl. in l. si. in uerbo, Excepto testamento, C. de codicill. quam dicit esse communiter approbatã Dec. consil. 60. num. 2. Sigismund. consil. feudal. 8. nume. 16. Et ita communiter teneri attestatur Corn. in d. auct. quod sine, nume. 6. Hanc etiam opi. dicit esse communem Iaf. consil. 38. circa prin. c. lib. 2. Rubens consil. 6. nume. 59. Natta in dicto §. ex imperfecto, num. 159.

Sed quod tu scis, quod ad hoc vt testamentum valeat, requiritur, quod filius in potestate sit institutus, vel exheredatus, alias autem si sit præteritus, testamentum est nullum, vt dixi infra quæstio. 42. nunquid hæc conclusio habeat locum etiam in testamento condito inter liberos, ita ut si forte

forte vnus ex ipsis filiis in eo sit præteritus, testamentum corrumpat, neque sustineat ex dispositione. d. §. ex imperfecto? Respond. quod in tali testamento in quo vnus ex liberis sit præteritus, non habet locum dispositio d. §. ex imperfecto, ita tenet glo. in l. si filius quod in potestate in gl. si. ff. de libe. & posth. quam sequitur communiter Doctores, vt dicit Dec. consil. 105. num. 5. in fi. eandem gl. attestatur esse communiter approbatam Claud. in l. inter cetera num. 8. ff. de liber. & posth. Et hæc esse communem opin. dicit Alex. consil. 126. post nu. 3. verfi. nec obstat id quod habet lib. 2. Natta in d. §. ex imperfecto, nume. 17. Berous. in c. Rayn. numero, 43. & seq. Hic enim defectus præteritionis est potius circa substantiam quam circa solemnitate ipsius testamenti merito non tollitur ex dispositione d. §. ex imperfecto, Præterea est valde inconueniens, vt dispositio d. §. ex imperfecto, quæ sunt induta in fauore liberorum, reuocaretur in eorum odium, contra communes regulas. Vide quæ dixi infra versic. Sed pone.

Sed pone, testator in testamento inter liberos aliquid reliquit vni ex filiis suis non tamen titulo institutionis, prout de iure requiritur, ut dixi infra qu. 38. Nunquid tale testamentum non obstat huicmodi defectui sustinebitur? Respond. quod non, sed omnino etiam in testamento inter liberos debet omnibus filiis aliquid relinqui iure institutionis, ita volunt communiter Doctores, ut dicit Ruin. consil. 1. num. 3. lib. 2. Per hanc opi. communiter teneri attestatur Salve. in auct. nouissima, num. 1. C. de inofficio. testa. quem refert Alex. consil. 75. num. 17. lib. 3. Eandem opin. dicit esse communem Alber. in d. auct. nouissima circa prin. Marthesil. sing. 105. quem refert Io. Cirier. de primogenit. in tertia quod secundum libri, nu. 14. Bertrand. consil. 19. col. 1. lib. 3. in 2. parte, & consil. 130. nu. 5. eod. vol. Claud. in l. inter cetera, nu. 4. & seq. ff. de liber. & posth. Curtius hinc in d. §. ex imperfecto, nu. 13. Natta in eodem §. ex imperfecto, nume. 172. & seq. Aposil. ad Alex. consil. 168. sub num. 6. lib. 5. Io. Dilec. de arte testat. tertio capit. prima, nu. 8. Emil. Ferrer.

in l. filium quem habentem, nume. 25. & seq. C. fam. hercif. Dicit etiam Guliel. de Benedic. in prima parte repet. c. Raynautius, fol. 194. num. 135. quod hanc opinionem veluti communem tenet vtræque schola legistarum, & cano. Idem dicit Probus in apostil. ad Jo. Monac. in c. si pater, nu. 17. de testa. in sexto, Hæc etiam esse communem opin. Legistarum, & Cano. attestatur Iaf. in d. auct. nouissima, nu. 16. & seq. licet ipse teneat contrariũ, & dicat quod si casus contingeret, ita consuleret & iudicaret. Tu vero in consulendo, aut iudicando, non recedas à communis opinionem quia lex quæ disposuit testamentum inter liberos imperfectum valere, cõdita sunt in fauorem filiorum, ut superius dixi, ideo ubicunque conditio filiorum efficitur deterior, non debet habere locum dispositio illius legis. Quod autem deterior sit eorum conditio, ubi non sunt iocata titulo institutionis, patet ex his quæ dixi in d. qu. 38. versic. neque credas. Faciunt, quæ dixi supra, ver. Sed quarto.

Vnum tamen scias in hoc proposito, quod in testamento inter liberos semper subintelligit clausula codicillaris, ita dixi gl. notan. in l. coheredi. C. cum filie, in uerbo, non ualuit. ff. de uulga. quæ est ab omni approbata, ut dicit Boer. decil. 240. post num. 6. versic. si non ualeat, & hanc conclusionem dicit esse communem Iaf. in d. §. cum filie. circa si. quem refert Bellon. consil. 85. num. 4. Quod nota, quia est maxime effectus, ut uidebis infra in dicta materia.

Vltimus quæro, nunquid valeat testamentum inter liberos nuptum conditum? Respond. quod non, ita tenet Ang. in l. discretis. C. qui testam. facere poss. ubi refert hæc quod fuisse de facto in cardinali Perrusino, & hanc opi. dicit esse magis communem Natta in d. §. ex imperfecto, nu. 194. B. auer. insti. de testa. in prin. nu. 93. Et sic uides, quod non ualeat absolutum argumentum de testamento ad pias causas, ad testamentum inter liberos. Nam testamentum ad pias causas nuptum conditum ualeat, ut dixi supra quæst. 6. ver. 5. inferitur, secus autem in testamento condito inter liberos, ut hic.

QVAEST. IX.

SUMMARIUM.

Testamentum inter liberos imperfectum ratione voluntatis an sustineatur.

Et quid si testator illud iam ceptum plene perficere non potuit, vers. Hinc inferitur.



I ABES ergo, ex precedenti conclusione, quod testator inter liberos licet imperfectus valet. Quæro nunc in ista conclusio generaliter procedat ex quoque defectu tale testamentum imperfectum remanserit? Respond.

quod non, sed solummodo quando est imperfectum ratione solemnitatis, ceterum si sit imperfectum ratione voluntatis, non sustinetur. ita sentit glo. in l. si is qui, in gl. unica. ff. de testa. quæ gl. omnes sequuntur, ut dicit Rinain. in d. d. hac cõsulissima §. ex imperfecto, col. 1. et illa dicit esse communiter approbatã Ruin. conf. 15. nu. 2. libr. 2. Dicit etiam Paul. de Cast. in d. §. ex imperfecto, nu. 3. quod ita tenent omnes. Et ita communiter teneri attestatur Corn. in co. §. ex imperfecto, num. 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alex. conf. 76. nu. 13. lib. 3. Jafon. conf. 155. col. 2. li. 2. quem refert Io. Dil. de Arte testandi tit. 2. cautela vit. nu. 6. Rubcus. conf. 94. post num. 3. Socin. Iun. conf. 147. nu. 30. & seq. libr. 2. subdõs non esse ab ea constituendo, aut iudicãdo recedendam, Et hanc dicit esse communem theoreticam Besset. in repe. l. j. nume. 176. C. de sacrotan. eccl. l. Tu vide ea, quæ latius in hoc proposito, loquendo de testamento ad pias causas, dixi supra q. 7.

Hinc inferitur, quod si testator cepit inter liberos testari, & facta institutione, & alijs legatis, priusquam faceret vnum legatum, quod adhuc restabat faciendum, morte præveniens illud facere non potuit, tale testamentum non valet, neque sustinetur etiam, quod ad iam perfecte disposita, & hanc dicit esse communem opi. Cur.

Iun. in d. §. ex imperfecto, nu. 1. Natta in d. §. ex imperfecto, nume. 139. & seq. Soc. Iun. in d. conf. 147. nu. 22. Vide quæ dixi in d. q. 7. ver. Aliquando, & quarto,

QVAEST. X.

SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur etiam in favore extraneorum.

Et quid si substituat testator vni ex filijs suis pupillis aliquem extraneum, vers. Hinc inferitur.

Et quid si dederit tutorem extraneum, ver. Secundo inferitur.

Et an talis tutor debeat à iudice confirmari, vers. Scias tamen.



D ISPOSITIO d. §. ex imperfecto, sustinet testamentum minus solemniter conditum à patre inter liberos, quatenus concernit interesse ipsorum liberorum, sed si in ipso testamento sit aliquid insertum, quod concernat favorem, aut commodum alieni extranei, illud non sustinetur, sed habet pro non appposito, & testator ipsum quo ad reliqua concernentia filios, firmum remanet, ita expresse dicit text. in d. §. ex imperfecto, & intelligit extraneum in hoc proposito eum, qui non est de liberis.

Hinc inferitur, quod si testator in testamento inter liberos, substituat vni ex filijs suis, pupillariter alium ex filijs suis, talis substitutio tanquam facta in favorem filiorum sustinetur, sed si illi substituat aliquem extraneum, & qui non sit de liberis, non sustinetur. ita dixit Bar. in l. 2. nu. 18. ff. de vulgari. & est communis opin. vt dicit Cur. Iun. in d. §. ex imperfecto, nu. 6.

Secundo inferitur, quod licet possit pater in testamento inter liberos dare vnum ex filijs suis alteri filio in tutorem, saltem quado erat ab intestato legitimus tutor, put communiter Doctores distinguere videntur, teste Cur. Iun. in d. §. ex imperfecto, numer. 26. in fi. (licet mihi semper magis

magis placuerit, quod indistincte id facere possit) non tamen poterit pater in tali testamento dare filijs tutorem extraneum, ita dicunt communiter Doctores, ut ait Saly. in d. §. ex imperfecto, col. 1. versicul. Oppo. cum gloss. & ita communiter tenetur, ut dicit Corn. in d. §. ex imperfecto, numero 15. hanc etiam esse communem opinio. attestatur Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto, numero 26. Licet enim datio tutoris concernat favorem filiorum, cum tamen redundet in præiudicium, & omnis alterius, non videtur æquum, ut privilegium concessum filijs sit alteri onerosum.

Scias autem in hoc proposito, quod licet datio huiusmodi tutoris extranei in testamento inter liberos non sustineatur tanquam per se valida, sustinetur tamen ad hunc effectum, ut talis tutor datus à patre, debeat postea per iudicem in tutorem confirmari. & hanc dicit esse magis communem opin. Alex. conf. 140. num. 2. libr. 1. Quod nota, quia est maximi effectus. nam tutor datus in testamento minus solemniter tamen confirmatus à iudice præferatur tutori dativo, sicut præfertur testamentarius. ut declarat Alex. ibi & dixi supra lib. 2. §. tutor. Neque credas, quod nihil interit, an quis sit datus in tutorem, & quod datio valeat, autem, quod datio non valeat, sed omnino debeat à iudice confirmari, quia imo multum interest, nam quando valet datio, tenetur tutor statim tutelam gerere, alias tenetur de neglectis, sed si non valet datio, non tenetur petere se confirmari, & ideo interea donec sit confirmatus, non tenetur de neglectis, ut declarat Natta in dicto §. ex imperfecto, numero 123. & dixi in dicto §. tutor.

QVAEST. XI.

SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur, etiam si non sit in scriptis consecretum.



QVAERO, an dispositio, d. §. ex imperfecto, generaliter procedat in quocunque testamento, scilicet tam nuncupatio, quam in scriptis confectio? Hæc difficultas orta est ex dispositione auct. quod sine, postquam post ipsum §. Licet enim verba §. ex imperfecto, sint generalia, & conveniant cuicunque testamento, cum tamen, d. auct. subsequens, quæ videtur limitare dispositionem d. §. loquatur in testamento per scripturam confectio, multi tamen tenent, quod pariter etiam ipse §. ex imperfecto, non procederet nisi in testamento condito in scriptis, Sed tamen in practica tenenda est contraria opinio, quod scilicet dispositio, d. §. ex imperfecto, non limitetur per dispositionem, d. auct. quod sine, quantum ad testamentum nuncupativum, sed solum quantum ad testamentum in scriptis. & hanc dicit esse magis communem Corn. conf. 118. in fin. libr. 3. ubi etiam subdit, quod ita servatur in practica. Hanc etiam opin. quod dispositio d. §. ex imperfecto, habeat locum in testamento nuncupativo, tenuit gl. in d. §. ex imperfecto in gl. 1. in fin. quæ ab omnibus approbatur, ut dicit Corn. ibi, num. 11. Et illam dicit communiter teneri Corn. in d. auct. quod sine, num. 1. Illam etiam dicit esse communem Alex. in d. auct. quod sine, nu. 3. & conf. 146. nu. 5. lib. 2. & conf. 176. post nu. 9. lib. 5. & conf. 105. nu. 4. libr. 7. Boer. dec. 240. post num. 1. Natta in d. §. ex imperfecto, num. 191. Riminal. in d. §. ex imperfecto, num. 1. in fin. & ab hac sententia non recedat consuleudo, aut iudicando.

QVAEST. XII.

SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum an sustineatur etiam inter liberos naturales tantum.

Et quid in matre, ver. Et hæc quidem.

Et an inter filios legitimatos, vers. Sed quid in legitimatis.

Et an inter liberos à successione per statum exclusos, vers. Item quæro.

Et an

Et an inter liberos non primo, sed ulterio-
ris gradus, uer. Quero etiam.
Et an si filius testatur inter parentes, uer.
Vterius quero.

S

D q̄a imperator in d. §. ex imperfecto, disponit huiusmodi test in imperfectu ualere inter solos liberos. Quero num qd dispositio, d. §. heat locum solummodo inter liberos legitimos, & naturales, an autem pcedat, etiā si tale testamentum conditum sit inter liberos naturales tantum? Respond. quod non habet locum inter liberos naturales tantum, uel spurios. & hec est communis opinio, ut ait Dec. consil. 610. num. 2. in fi. & numer. 3. quem refert Boer. in d. decis. 240. num. 1. 3. Riminal. in d. §. ex imperfecto, num. 3. Picus in repe. §. titia, nu. meo 43. circa fin. Rubens consil. 7. post nu. 7. Vbiunque enim lex facit mentionem de liberis, aut filiis, temp intelligendum est de legitimis, & naturalibus, non autem de naturalibus, aut spuris, q̄ sunt a lege reprobati.

Et hec quidem conclusio de plano pro cedit in patre testante inter liberos naturales, sed quid in matre testante, quod in ipsa aliud est dicendum, nam respectu matris, & quod ad ipsa filij naturales reputantur legitimi, & ideo tenendum est, q̄ in matre testante inter liberos naturales uel spurios, locum habeat dispositio, d. §. in imperfecto, & ita concludunt communiter Doctores, ut dicit Natta in d. §. ex imperfecto, num. 74. 78. hanc etiam opin. dicit esse communem Alex. in Lex fa. 20. §. si quis rogatus, el primo, post num. 45. ver. Vnde quia. ff. ad trebe. & dicit Boer. in d. decis. 240. num. 13. quod omnes in ea conueniunt, nisi mater sit illustris. Dicit etiam Guliel. de Bened. in r. parte repet. c. Raynuius, fol. 156. num. 84. quod omnes in hoc concordant, quod quando mater non est illustris, & filij non sunt nati ex damnato coitu, proculdubio locum habet dispositio, d. §. ex imperfecto. Quando enim mater est illustris, filij spurij, aut naturales non reputantur legitimi.

Sed quid in legitimis, nūquid habeat locū dispositio, d. §. ex imperfecto? Respond. quod sic, & est communis opin. ut attestatur Boer. decis. 251. post nu. 14. Sūt enim tales filij redacti ad instar legitimorum, & naturalium. Et hoc maxime, si essent legitimari per subsequens matrimonium, qui in omnibus, & per omnia equiparantur legitimis, ut dixi supra li. 2. §. Legitimus.

Item quero, nūquid dispositio, d. §. ex imperfecto, locum habeat, quando pater testatur inter liberos, qui per statutu essent exclusi a successione intestati, puta quia sint filie dotatę, &c. Respond. quod sic & hec opin. communiter tenetur, ut ait Guliel. de Bened. in prima parte repet. cap. Raynuius, fol. 155. nu. 81. Hanc etiam dicit esse communē Boer. in d. decis. 241. num. 9. Et ex hoc potes colligere, quod ratio, d. §. ex imperfecto, non est, quia causa testati eo casu foueat causam intestati, sed metus fauor liberorum, ut supra dixi.

Quero etiam, nūquid dispositio, d. §. ex imperfecto, habeat locū quando pater testatur inter filios non primi, sed ulterio- ris gradus, puta, instituendo nepotē, uel illi substituendo? Respond. quod sic, ita tenet Alber. de Ros. in d. §. ex imperfecto, uer. Item quia hic dicit, & est communis opin. ut dicit Boer. in d. deci. 241. post nu. 3. Semper enim in uerbis legis, appellatione filiorum ueniunt nepotes, ut dixi supra li. 2. §. filius, Maxime cum agatur de re ipsis filiis fauorabili.

Vterius quero, quid eouertio, si filius fam. in casibus in quibus potest condere testamentum, testetur inter parentes, nisi quid eo casu habeat locum dispositio, d. §. ex imperfecto? Resp. quod non, ita tenet Spec. de instr. editio. §. compendiose, post num. 32. ver. quid si filius, & ita communiter cōcluditur, ut dicit Ale. in d. §. ex imperfecto, num. 7. hanc etiam opin. dicit esse communem Boer. in d. decis. 240. in final. uerbis. Natta in d. §. ex imperfecto, num. 227. & dicit Riminal. in d. §. ex imperfecto, num. 1. q̄ ita tenent communiter doctores. Quod enim contra communes regulas statutū est, non debet tra-

hi in consequentiam, & hæc opin. propter auctoritatem doctorum, tenenda esset in practica, licet forte in puncto iuris contraria sit uerior.

QVAESTIO XIII. SVMRAIVM.

Ex testamento imperfecto inter liberos succeditur tanquam ex testamento, non autem tanquam ab intestato.

RESTAT nunc videre circa hanc materiam testamēti inter liberos conditi, nūquid ex huiusmodi testamento imperfecto inter liberos dicatur succedere tanquam ex testamento, an autem tanquam ab intestato? Utilitas autem est maxima, quia si ualeat ut testamētū, sustinebitur sub statu pupillaris, item exhereditatio, irē datio tutoris, quæ omnia fieri nō possunt in codicillis, & ideo non possunt sustineri, ubi non ualere nisi ab intestato, & sic in vim codicilli? Resp. quod dicitur succedi ex testamento, non autem ab intestato, ita tenet gl. in l. filij, in uerbo ab intestato. C. fam. hereticum, & ita tenent communiter omnes Doctores, ut dicit Corn. in d. §. ex imperfecto, nu. 12. in fin. Berr. consil. 141. nume. 5. lib. 3. in 2. parte, hanc etiam opin. dicit esse communem Iaf. in d. §. ex imperfecto, num. 13. Natta in d. §. ex imperfecto, num. 221. Satis enim dicitur testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento, supplendo defectus solemnitatem, & uult ex eo succedi.

QVAEST. XIII. SVMRAIVM.

Cedula a patre scripta continēs eius ultimam uoluntatem ualeat inter liberos in sum testamento.

Et an requiratur quod in ea apposta sit dicitur, uer. Sed nunquid.
& an debeat esse in omnibus per extensum

scripta absque aliqua abbreviatione, uer. sic. Sed quia.

Et quid si tantummodo sit ab ipso patre sub scripta non autem in eius manu in totum scripta uer. Quero quid.

Et quid si non sit eius manu scripta, uel sub scripta sed tantum reperta in eius arca, uer. Item quero.

Et quid si non sit scripta neque subscripta a patre, sed tantum ab ipsis filiis, uer. Item quero.

Et quid si reperitur cedula testamenti in filij notarij, uer. Præterea quero.

Et quid si filij non sint in ipsa cedula aquales uer. Item quero.

Et an hæc conclusio locum habeat etiam in cedula confecta in fauorem pie caritatis, uer. Vterius quero. R. misitue.

HABEMUS etiam in hac materia testamēti inter liberos conditi, aliam constitutionem mirabilem, quæ est apposta in au. §. quod sine. C. de testa. per quam disponitur, quod si reperitur cedula scripta manu testatoris, in qua continetur eius dispositio inter liberos, talis cedula ualeat & illi standum est etiam quod in ea conficienda non interuenierint aliqui testes, neq; ulli ipsi cedulę se subscriperint & ita se habet magis communis opin. ut attestatur Alex. consil. 105. in fi. lib. 7. quæ refert Jo. Dilec. de arte testandi ti. 2. ca. 2. in fin. & aduerte circa intelligendam terminorum, quia aut pater testando inter liberos suæ in scriptis, siue per nuncupationem adhibuit testes, & tunc utiam si non fuerit adhibitus numerus septem testium, uel etiam deficiant aliquæ alie solemnitates a iure requisitæ, sustineatur nihilominus testamentum ex dispositione dicto §. ex imperfecto, dummodo de eo ponant saltem duo testes, citiam feminæ, etiam non rogatę. ut dixi supra quæst. 8. uer. sic. Hinc inferitur, & sequitur. Aut uero pater aliquos testes non adhibuit, sed tantum uoluntatem suam in scriptis exarata reliquit, uel in arca, uel apud notarium, uel aliquem alium non suspensum, & hoc casu habet locum dispositio.

d. aut. q. sine, scilicet vt talis cedula valeat, & illi standum sit, licet careat solemnitatibus requisitis, dummodo appareat qd sit scripta manu ipsiusmet testatoris.

Sed nūquid requiritur, quod in huiusmodi cedula apposta sit dies, qua confecta est? Respon. quod sic, ita tenet Bald. in d. aut. quod sine, nume. 4. & est communis opin. vt dicit Natta in repet. d. aut. q. sine, numero 30. & seq. Lex enim requirit tempus in illa apponi, vt in d. aut. quod sine. Debet ergo apponi formaliter, & specialiter, vt si aliqua suspicio falsitatis subesset, facile deprehendi possit, & hanc conclusionem nota pro limitatione, eorum, que dixi infra lib. 7. Scriptura, q. scilicet regulariter in priuata scriptura non requiritur dies, neque annus.

Sed quia tex. in d. aut. quod sine, dicit non signis, sed litterarum consequentia. Quæro, vtrum de necessitate requiratur, quod in huiusmodi cedula pater omnia ex se scripserit absque vllis imbreuiaturis etiam vtitatis? Respon. quod sic, ita dixit Bar. in l. quoties §. j. num. 4. ff. de hæred. institui. & est communis sententia, vt ait Natta in repet. d. aut. quod sine, num. 38. Quæ tamen intelligenda est, vt procedat circa numerum vntiarum, vel summam aliquam pecuniæ signis arithmeticis exprimendam, in quibus de facili potest falsitas comitti, sed in reliqua dispositione, credo, quod sufficiat illam esse scriptam eo modo quo ceteræ scripturæ communiter conscribi solent, & hic fuit sensus imperatoris, vt apparet in corpore, vnde autentica ipsa sumpta est.

Quæro, quid si cedula non sit à patre, sub ab alio scripta, sit tamē ab ipso patre subscripta, nunquid hoc sufficit? Respon. quod sic, Nam subscriptens censetur virtualiter scribere omnia contenta in scriptura, quam sua subscriptione confirmat, ita tenet Pau. de Castro consilio. 93. post num. 2. lib. & est communis sententia, vt dicit Natta in d. aut. quod sine, nu. 44. & sequen. Quam ego etiam sequor, modo in subscriptione fiat mentio, quod sit testamentum, licet enim regulariter sola subscriptio generosis sufficiat, qd quid dixerat Bar. in l. diuus. §. idem fenatus, num.

2. ff. de falsis, contra quem est communis opin. vt dixi infra lib. 7. §. scriptura. Tamen, vbi lex pro fama requirit, quod aliquis manu propria scribar, semper mihi placuit opin. Bart. quod scilicet requiratur specialis subscriptio, q. a. alias de facili supponedo vnam scripturam pro alia, posset falsitas fieri, quam præcipue in hac testamentorum materia lex habet valde suspectam, & ita teneas, nisi cedula ipsa alio quo alio argumento, quam tali subscriptione confirmata esset.

Item quæro, pone, quod reperitur in arca patris cedula continens diuisionem bonorum inter filios, que tamen non sit scripta, neque subscripta manu ipsius testatoris. nunquid talis cedula inter ipsos liber os valebit, ita vt ab eis seruanda sit? Respon. quod non. Eset enim nimis aperta hoc modo via fraudibus, & ita communiter concluditur vt ait Fas. in d. aut. quod sine, post num. 1. Gul. de benedic. in prima parte repet. c. Raynucius, fol. 136. post num. 87.

Sed pone, quod cedula ipsa non sit a patre scripta, nec subscripta, sed tamen sit subscripta ab ipsis filiis, nūquid valebit? Respon. quod sic, & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Natta in d. aut. quod sine, nu. 51. Intelligo, quod valet non vt testamentum ex dispositione ipsius aut. quod sine, sed vt contractus ex conventionione ipsorum filiorum, quod nota, quia est magni effectus, vt dixi supra, quæ est proxima.

Præterea quæro, si reperitur in libro notarij cedula testamenti, non tamen in ipsa cedula sit scriptum, quod fuerit tale testamentum lectum coram testibus, nunquid valebit inter liberos? Respon. Bar. in l. fideicommissa. §. quoties, nume. 1. ff. de legat. 3. loquendo per verbum fortem, tenuit, quod sic. Contrarium tenuit Bald. in d. aut. quod sine, num. 1. etiam in fortioribus terminis, quando, scilicet in cedula reperuntur descripta nomina testium & opin. Bald. communiter tenetur, vt dicit Natta in d. aut. quod sine numero 3. Cum enim lex requirat manum propriam ipsius patris: aliena sufficere non debet.

Sed

Sed quæro, nunquid dispositio d. aut. quod sine, habeat locum etiam si filij in ipsa cedula non sint æqualiter instituti? Respon. quod sic, & ita dicunt magis communiter Doctores, vt dicit Soc. Iua. consil. 189. nu. 87. lib. 2. & consilio 24. post nu. 9. lib. 3.

Vltius quæro, nunquid dispositio aut. quod sine, extendatur etiam vt locum habeat in fauorem piæ causæ, si reperitur cedula scripta manu defuncti, absque testibus, in qua de bonis suis disponat ad piæ causas, dixi supra, quæst. 7. vers. Aliquando enim.

QVAEST. XV

S V M M A R I V M.

Plura esse militum privilegia in condendis testamentis.

an requiratur testes esse rogatos, versio.

Quæro nunquid Remissio.

an in testamento militis possit mulier pro teste intervenire, versicula.

Quæro etiam Remissio.

an huiusmodi privilegia competant militibus, etiam non existentibus in expeditione, versicula.

Sed quæro.

an competant alijs personis existentibus in castris non tamen militantibus, versio.

Item quæro.



Dixi etiam supra, q. 3. multū interessē inter testamentum militis, & testamentum militis, & testamentum pagani, Habent enim plura privilegia testamenta militum, de quibus toto tit. ff. & C. de mil. testa. quæ potes vi de re eleganter collecta ab eg regio iuriscōf. D. Petro Bello consiliario Ducis Sabaudie compatre, & vti fratre meo honorando in suo tract. de Re militaria nuper edito, fol. 71. & alijs quatuor seq.

Quæro, nunquid in testamento militis testes debeant esse rogati? dixi infra, q. 58. vers. Item quæro.

Quæro etiam, an in testamento militis femina possit esse testis? dixi infra, quæst.

55. ver. Sed quæro.

Sed quæro, nunquid hæc privilegia militibus concessa competat illis, non modo quando sunt in expeditione, sed etiam postquam missi sunt à militia? Respon. Alii qui dicunt, qd duo sunt genera privilegiorum, que militibus concessa sunt circa testamenta conficienda. Primum concernit personam ipsius testantis, quia scilicet multi, qui alia de iure communi non habent testamenti factionem, si tamen sint milites possunt testari, & ita privilegia ipsi milites non amittunt, etiam si missi sint à militia. secundum vero concernit modum testandi, quia scilicet in testamento militis sublatæ sunt solemnitates iuris civilis, & huiusmodi privilegia eis non competunt, nisi donec sunt in expeditione belli, ita dicit glo. in §. sed hæcenus in gloss. i. institum. de militar. testamen. que in hoc communiter approbatur, vt dicit A. post. ad Dec. in l. ius nostrum. sub nume. 8. ff. de reg. iuri. Alij vero aliter dicunt, quod scilicet miles, qui sit iurius habet circa testamenti factionem duo privilegia, Primum quod potest testari minus solemniter, secundum quod eius testamentum nõ subijcitur querelæ, & hæc ambo privilegia miles ipse amittit, statim quod factus est veteranus, sed filiusfamil. miles habet circa testamenti factionem tria privilegia, Primum, quod possit testari, secundum, quod eius testamentum non subijcitur querelæ, Tertium, quod possit testari minus solemniter. Quando ergo filiusfamil. efficitur veteranus, retinet duo priora privilegia, & tertium amittit. & hæc est communis opin. vt dicit Salycet. in l. fina. nume. 3. & 4. C. de inoffic. testa. Tu in hoc dic contra, nam hodie testamentum militis tam patris, quam filij subiacet querelæ, ut dixi infra, q. 42. versic. & hæc quidem, & q. 48. ver. & hæc omnia.

Item quæro, nunquid alij persone non militantes, que tamen reperuntur in castris, gaudeant privilegij militum circa testamentum conficiendum? Respon. distinguendum est, an sint in loco hostili, vel ne, Nam si non sunt in loco hostili, non possunt testari, nisi iure communi, si vero sunt in loco hostili, possunt condere

Trac. Iul. Clar. B. testa-

testamentum, eo modo, & forma, quo possunt milites, ita dicit glo. in l. scrinarios in glo. fin. C. de testamen. mil. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris consilio 32. nu. 25. lib. 2.

QVAEST. XVI. SUMMARIVM.

Ad item posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, idemque quomodo intelligendum sit.



HABENT etiam milites hoc privilegium, quod licet regulariter, quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sed cæ testati trahat ad se causam intestati, tamen hoc in milite locum non habet, ipse enim potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Sed vt intelligas hanc materiam, quæ prima facie confusa videtur, distinguendi sunt nonnulli casus.

Aliquando enim miles nullo instituto hæredem vniuersali instituit vnũ in aliqua re certa, vel duabus, vel vnum in vna re, alium in alia, & hoc casus. Aut miles prohibuit in suo testamento ius accrescendi, & ille institutus in re certa, nõ habet vniuersali certam rem in reliquo autem succedunt venientes ab intestato, & in hoc differt miles à pagano, quia decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus. Paganus enim non potest prohibere ius accrescendi, vt dixi infra q. 74. Aut vero miles non prohibuit ius accrescendi, & tunc ille institutus in re certa, per ius accrescendi succedit in tota hereditate, ita dicit glo. in l. i. in verbo, Milites, ibi, si autem vnũ. C. de testa. mil. quæ vbiq; magis communiter approbatur, vt dicit Alex. in ea. l. r. post in. 9. ver. ex quibus vltimis, & ita cõmuniter tenet vt dicit Ang. Arc. in §. de re dicitas, nu. 2. in l. de hæ. inst. Hanc etiam esse communem opi. attestatur saf. in d. l. i. num. 12. Dec. in ea. l. i. nu. 9. & in l. 2. in fin. C. de test. tit. & sic isto casu testamentum

militis nullum habet privilegium, quia causa testati trahit ad se causam intestati sicut in testamento pagani in quo institutus in re certa, nullo alio instituto hæredem vniuersali, succedit per ius accrescendi in tota hereditate, vt dixi supra. §. Institutio. Aliquando aut miles habens bona castrensis, & bona paganica, instituit vnũ hæredem in patrimonio, castrensi, in alijs autem bonis neminem instituit, vel econtra, & hoc casu bene verificatur regula, q. pro parte decedit testatus, & pro parte in testatus, quia ille institutus in bonis castrensis, non habet per ius accrescendi reliqua bona paganica ipsius testatoris, in quibus nullus reperitur institutus, vel econtra, sed illa deferuntur hæredibus ipsius militis ab intestato venientibus. Ita dicit glo. in d. l. i. in verbo, Probetur. C. de testa. mil. & ita tenent omnes, vt dicit Sal. in ea. l. r. num. 7. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. in ea. l. r. num. 9. & ratio est secundum glo. & doct. ibi, quia eo ipso, quod miles instituit aliquem in bonis tantum castrensis, videtur prohibuisse, ne succedat in paganis, & econtra.

Ethinc inferit, q. si miles instituit vnũ in castrensis, & alium in paganis, & vnus eorum pura, institutus in castrensis, repudiet, q. ad hanc partem repudiatam non admittitur alius institutus in paganis per ius accrescendi, sed venient hæredes ab intestato, & hæc est communis opin. vt dicit Dec. in d. l. r. post in. 7. ver. in ea. glo. & sic miles pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus.

Aliqñ, & tertio, miles, instituit vnum simpliciter in vna vncia, & alium in castrensis, & hoc casu instituit in illa vncia habet femiunciam ex paganis, & semiuunciam ex castrensis, ille vero alius habet reliqua bona castrensis. In reliquis autem bonis paganis, ex quo nullus reperitur hæres vniuersalis institutus, succedit ille institutus in vna vicia per ius accrescendi, non autem ille institutus in castrensis, qui vt dixi, censetur tacite exclusus, à iure accrescendi, & ita tenent eõter Doctores, vt ait Salyc. in d. l. r. num. 6. & circa istas conclusiones multa possent dici disputando, sed in iudicando nõ

recedit

recedas à communibus. Hæc materia nõ multum versatur in palatijs, & ego nunquam vidi in facto aliquam ex istis questionibus, sed vt plurimum solent tractari coram auditoribus exercituum, coram quibus plerunq; huiusmodi controper hæ deciduntur iure militari, omnis subtilitatis iuris ciuilibus.

QVAEST. XVII. SUMMARIVM.

Quæ solemnitates in testamento cæci requiruntur.

Et quid si cæcus velit inter liberos testari nunquid duo testes sufficiant, versiculo. Sed quæro.



DICERAM et supra q. 3. Aliud esse testamentum cæci, aliud videtis, nõ in testamento cæci ultra numerum septem testium, q. de iure cõmuni in testamento requiritur, necesse est, quod interueniat notarius, vel in defectu notarij, alius, & sic ostendit testis, & alia de quibus in l. hæc cõsultissima. C. qui test. fa. pos. & hoc ppter maiorem timorem calumnie, q. libet in testamento huiusmodi iuramentis, quæ in testamento eius, qui videt, & cognoscit, & ita de facili decepti non potest.

Sed quæro Tu scis, q. quando pater vult testari inter liberos, sufficiunt duo testes absque alijs solemnitatibus iuris ciuilibus ut dixi supra q. 8. Pone, q. pater cæcus velit testari inter liberos, nunquid erunt seruande solemnitates de quibus in d. l. hæc cõsultissima an autem sufficiant duo testes. Respon. q. si cæcus velit testari inter liberos, sufficiunt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma, vel solemnitas iure ciuili introducenda, ita tenet Bal. in d. l. hæc cõsultissima, num. 1. & seq. & ita concludunt magis communiter Doctores, vt dicit Soc. consil. 263. circa priuic. lib. 2. Hanc etiam opi. dicit esse communem Iaf. in d. l. hæc cõsultissima, nu. 4. &

consil. 26. versic. facit etiam multum li. 1. Bertran. consil. 221. nu. 2. libr. 3. in 2. parte. Boer. decif. 240. num. 20. Natta consil. 210. num. 3. & seq. & in repe. d. §. ex imfesso, numer. 34. & seq. Cessat enim omnis salutaris suspicio in filijs, qui omnino sunt patri ab intestato successuri, & de quibus lex maxime confidit. Præterea fauor filiorum, ppter quem inducta fuit dispositio. §. ex imfesso, ita militat in filijs cæci, sicut in filijs videtis.

QVAEST. XVIII. SUMMARIVM.

Filiusfam. an possit condere testamentum. Et an de peculio admemitio, uer. Vera igitur.

Et an filiusfam. possit de dote testari, uerfi. Secundo adde.

Et quid si in testamento apposita sit clausula codicillaris, uersic. Sed quæro Remissio.

Et quid si pater sit captus ab hostibus, uer. Sed pone.

Et an possit filiusfam. testari de bonis castrensis, uerfi. Scias tamen.

Et an de salario quod lucratus est tanquam aduocatus, uerfi. Sed quid de salario.

Et an possit filiusfam. testari ad prias causas, uerfi. Item quæro Remissio.

Et an ualeat statum disponens, quod filiusfam. possit testari, uer. Quæro etiã. Remissio.



EXPLICATIS diuisionibus testamentorum nunc videndum est quæ plene habeat testamenti factionem tam ad huc quàm passim. i. q. testamentum facere possint, vel non, & qui ex testamento capere possint, vel non, Nam in iure vtroque modo dicitur quis habere testamenti factionem, & in primis q. nõ, an filiusfam. in patris potestate existens possit condere testamentum? Respon. q. non, etiam si pater id illi permitrat, tunc est in l. qui in potestate. ff. de testa. & sic uidet, q.

B 2 filius

filiosfam. non est prohibitus testari propter interesse patris, sed quia lex non approbat eius personam. in qua legitima ad condendum testamentum, & ideo consensus patris non sufficit ad eius personam integrandam. Doctores multum laborant pro inveniendi ratione, quare filiosfam. non possit testari etiam cum patris consensu, & tandem dicunt illud esse, quia testamentum non potest esse alieno arbitrio pedere, & hec ratio approbatur communiter per Doc. ubiq. ut dicit Aret. in d. l. qui in potestate post. num. 2. illam etiam dicit esse communem rationem. tal. in l. senium, num. 9. C. qui testa. fac. post. quae tam in multis patitur difficultates, ut per Aret. in loco præ allegato, & alios scribentes, sed quia hec modice sunt vtilitatis, non insisto.

Vera igitur est, & indubitata conclusio, quod filiosfam. etiam cum patris consensu non potest condere testamentum, & hec est communis regula, ut dicit Aret. in d. l. qui in potestate. col. 3. vers. et ad rationem, cui addit imprimis, quod nequa etiam testari potest de peculio aduentitio, & ista est communis opinio, ut dicit Ale. al. sicut certi circa fin. C. de testam. mil. Quae quidem locum habet, etiam si huiusmodi peculii aduentitii spectaret ad ipsum filiosfam. pleno iure, neque pater haberet eo usum fructum, adhuc enim filius de eo testari non poterit, etiam cum consensu patris, ita sentit gl. in d. l. qui in potestate in verbo, Nihilominus, & est communis opinio, ut dicit mola in l. si cum filius. §. ratio de cem. col. fina. ff. de don. Socin. consil. 112. post. num. 2. vers. Confirmatur, lib. 1. quod est duplicatum consil. 172. lib. 2. prout illum refert Aposil. ad Boer. consil. 34. sub num. 1. licet Soc. in libro suo hoc non dicat, Ita etiam communiter teneri attestatur Alex. in l. senium, num. 6. in fi. C. qui test. fac. post. tandem opin. dicit esse communem Aret. in d. l. q. in potestate, colum. 3. ver. Et priusquam veniam. tal. in fin. nu. 3. C. de inoff. testam. & in l. nemo, num. 2. C. qui test. fac. post. ubi dicit, quod haec est communis opinio. glo. & Doctorum nemine discrepante, Alex. in d. l. nemo, nu. 2. quem refert Ruinus consil. 24. nu. 1. lib.

5. Dec. in ea. l. nemo per totam lecturam Bayer. in §. sciendum, nu. 2. in fi. de testa. mil. Rubens consil. 93. num. 3. & ita feruat communis opinio, ut ait Porc. in l. r. bus non est permittum fac. testam. nu. 12. & ratio est, quia, ut dixi, filius repellitur à testando non propter interesse patris, sed quia non est legitima persona ad testandum.

Secundo adde, quod etiam filia quae sit in potestate patris, non potest testari de dote sua aduentitia, & ita concludunt communiter Doct. ut dicit Alex. in d. l. Senium, nu. 3. Militat enim eadem ratio, quod scilicet non est integra persona ad testandum, licet respectu huiusmodi dote habeat integram personam ad comparandum in iudicio, ut dixi supra lib. 2. §. filius.

Sed quaero. Tu scis, quod filiosfam. potest donare causa mortis cum consensu patris, nunquid si aliquid relinquat in testamento, in quo sit apposta clausula codicillaris, illud relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? dixi infra lib. 4. §. Donatio. q. 6. vers. Sed quaero.

Sed pone, quod pater sit captus ab hostibus, & quod pater existente apud hostes, filius faciat testamentum, & decedat, deinde pater reuertatur. Quaero, nunquid tale testamentum valeat? Respon. quod non, sed indistincte est nullum, Nam propter reditum patris fingitur semper filius in potestate patris fuisse, ita dicit gl. in l. si. §. ita tñ, in verbo, Rata. C. de testem. pass. & est communis opinio, ut dicit Bro. in repet. l. si is qui pro emptore, num. 18. & seq. ff. de usucap.

Scias tamen, quod de bonis castrensibus, uel quasi potest filiosfam. testari. l. si. C. de inoff. testam. Sed de castrensis potest testari iure militari, si uero restetur de quasi castrensis, debet seruare ius commune, ut ibi.

Sed quid de salario, quod filiosfam. ad uocari à clientulis suis percipiunt, nunquid poterit, etiam si sit in potestate patris, de eo ad eorum libitatem testari? Respon. Spec. in tit. de Actore, tenet quod non, sed contraria opinio est magis communis, ut attestatur tal. in d. l. fin. nu. 1. C. de inoff. testam. hoc. n. reputatur tanquam quali

castre

castrense peculium, ut dixi supra lib. 2. §. filius.

Item quaero, nunquid filiosfam. possit testari ad pias causas, dixi §. q. 5. versic. Sed nunquid.

Quaero etiam, an valeat statutum disponens, quod filiosfam. possit testari. Dixi §. libro 1.

QVAEST. XIX.

SUMMARIVM.

Bannitus an possit condere testamentum. Et quid si sit etiam condemnatus ad mortem naturalem, versic. Aliquando vero.



VAERO, an bannitus ab aliqua ciuitate retineat testamenti facionem? Rñd. haec quaestio habet duo capita. Primum an possit condere testamentum Secundum an possit capere ex testamento. Circa primum, Bart. in l. eius qui. §. 1. nu. 3. ff. de test. & in vulgata sua q. 1. incip. lucan. ciuitatis, num. 28. distinguendo concludit, quod aut bannitus uult testari secundum statuta ciuitatis, à qua exulat, & non potest, quia propter bannum amittit illorum beneficium, Aut uult testari secundum ius commune, & potest, quia bannum illius ciuitatis non potuit illi auferre beneficium iuris communis, & hanc distinctionem Bar. dicit communiter teneri Nellus in tract. bannitorum in 1. parte 2. temporis. numer. 52. Sed ego alias dicebam, quod haec opin. Bart. ita generaliter, & indistincte intellecta non uidetur uera, & omitiendo auctoritates Doctorum loquentium in hac materia, quae sunt prope infinitae, dic, quod Aliquando quis est simpliciter bannitus, & intelligo simpliciter bannitum eum, qui est condemnatus in solo exilio, cui non est apposta pena mortis, etiam si perueniret in fortiam communis, prout uidemus quotidie propter

aliquid delictum multos condemnari in exilium, uel perpetuum, uel temporale, uel et arbitrio principis, uel Senatus, ut dixi infra lib. 5. §. si. q. 71. circa prin. & talis nullo modo efficitur intestabilis ex qua cuique causa sit bannitus, ita probat text. in d. l. eius q. §. 1. ibi, sed relegati, & intelligo, quod poterit testari, non modo secundum ius commune, sed etiam secundum statuta ciuitatis, à qua est bannitus, nisi in ea ad sit statutum, quod banniti non gaudeant beneficio statutorum, prout est in multis ciuitatibus Italiae, & poterit disponere de bonis suis tam sitis intra territorium ciuitatis, à qua est bannitus, quam extra, & plus est, etiam si tempore banni eius bona fuissent confiscata (ut plerumque fit) si post confiscationem aliquid acquireret posset de eo disponere, & testari, ex quo iuxta communes regulas in confiscatione non ueniunt bona futura, ut dixi in d. §. si. q. 79. ver. Vltimus quaero.

Aliquando uero, quis non modo est bannitus, sed etiam est condemnatus ad mortem naturalem, quae illi in sententia comminatur, ubi in fortiam communis perueniret, & hoc potest dupliciter contingere. Primo, quando sententia mortis praecedit bannum, puta quia detentus in carceribus fuerit condemnatus ad mortem, & post condemnationem auferentur ei manus iudicum, & deinde iterum citatus, (ut fit) in contumaciam iterum bannitus fuerit, & condemnatus cum comminatione, de qua supra. Secundo uero, quando sententia mortis, & exilij simul praesertur contra absentem, prout quotidie fieri uidemus, stantibus ordinibus, siue statutis quod contumax habeatur pro confesso, & de istis bannitis non est tractandum, tanquam de simpliciter bannitis, sed etiam tanquam de condemnatis ad mortem, & ideo dic, quod iste fuit ad mortem condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda pena mortis, & fuit in processu, & sententia feruata dispositio iuris communis, quae scilicet fuit condemnatus praesens, & factis suis debitis defensionibus, & tunc talis per huiusmodi condemnationem iam effectus est intestabilis, tanquam seruus per

Tract. Iul. Clar. B 3 11

ne, & ideo licet aufugiat è manibus iudicis, adhuc remanet seruus pene, & cõsequenter non poterit testari. vt dixi J. q. 2. r. neq; infra territorij illius ciuitatis, neque extra, quia talis sententia lata secundum ius commune, illum afficit vbique locorum: Aut vero fuit condemnatus ad mortem pro delicto, ex quo imponitur pena mortis per statutum illius ciuitatis, & non de iure communi, vel fuit condemnatus contra formam iuris communis, puta in contumaciã, scilicet statuto de quo supra, q̄ contumax habeatur pro confesso, & tunc est distinguendum, an iste bannitus peruenierit in fortiam communis, vel non: Nam priusquam perueniat in fortiam communis, secundum magis communem sententiam, non est adhuc effectus seruus pene, vt dixi supra libro 2. §. bannitus, & ideo poterit testari, & in hoc oēs concordat, ut dicit Are. in d. l. eius, qui §. 1. post nu. 3. vers. Vnus est, Neque in hoc ego differentiam, an sit bannitus cum confiscatione bonorum, vel non, quia ad hoc, vt quis dicatur testabilis, vel intestabilis, non cõsiderantur bona, sed status personę. Ideo dato, q̄ eius bona essent confiscata poterit adhuc testari, & hoc est magni effectus, quia poterit testari de bonis, si quę hēt extra territorium ciuitatis, à qua est bannitus, illa enim non comprehendunt in confiscatione bonorum, vt dixi infra li. 5. §. fi. q. 78. vers. Quæro nūquid, Item & de illis, quę acquireret post confiscationem, nam in publicatione bonorum non veniunt bona futura, vt dixi. Itē dato etiã, q̄ nulla bona haberet, non est sine utilitate, vt quis possit condere testamentum vt dixi infra quæstio. 20. versiculo, Relegatus.

Auctero iste bannitus peruenit in fortiam communis, & tunc non pōt testari, vt dixi infra q. 2. r. vers. Aut vero. Et aduerte, quia in hoc articulo ego non facio viam, an talis bannitus, siue ex tenore sententię, siue ex forma statutorum, possit impune offendere, vel non, Cum enim illa qualitas, quod possit impune offendere, non respiciat statum personę, non videtur habenda in consideratione, quo

ad hoc, an quis efficiatur intestabilis, vel ne.

QVAESTIO XX.

SUMMARIUM

Bannitus an possit capere ex testamento. Et an saltem bona posita extra territorium ciuitatis, à qua est bannitus, uerfi. Et hæc quidem.



TRCA secundum, an bannitus possit capere ex testamento, multa et traduntur per scribentes maxime, in locis ordinarijs. Bar. in pallegata q. sua prima incip. Luca. ne ciuitatis, nu. 29. distinguendo dicit, q̄ aut bannitus nō pōt virtute statuti illius ciuitatis impune offendere, & tūc est capax oīum successiōnū, quę illi deferunt, et ex beneficio iuris municipalis illius ciuitatis, quę ex dispositione iuris cõis, si si pōt impune offendere, tūc nō poterit succedere in hereditate sibi delata ex beneficio statutorum illius ciuitatis, erit tamē capax iurium, & successiōnū, quę illi deferuntur de iure communi, & hæc opin. Bar. dicit esse commune Alex. in l. r. nu. 4. C. de hered. instituendis, quem refert Ruin. consil. 49. nu. 3. libr. 4. Idem etiam dicit Alex. consil. 26. nu. 2. in fin. libr. 1. quem refert Vantius de nullis. in Rubr. ex inhabilitate, num. 51. Nellus de bān. in prima parte, secūdu temporis, q. 5. Cor. consil. 29. in primis verbis, lib. 2. & consil. 55. in litera l. eo. vol. Alex. consil. 75. nu. 2. libr. 1. quem refert Blanc. de compromiss. in 2. q. num. 26. Claud. in l. Galus. §. nunc videndum post num. 4. & in l. ex facto. §. ex facto, num. 4. ff. ad Treb. Curt. Sen. consilio 59. num. 19. Cur. Iun. consil. 182. num. 4. Iaf. consil. 166. col. 1. li. 1. & in l. 1. num. 5. & seq. C. de her. inst. Ripa in d. §. ex facto, nu. 14. ff. ad Treb. & sic vides magis communem opin. esse, q̄ bannitus sit capax successiōnū, q̄ et deferuntur ex dispositione iurē cõmuni.

Et

Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quantum ad bona sita extra territorium, illa enim non possunt affici ex banno quod emanauit in alieno territorio, & sic remanent in dispositione iuris communis, sed quid de bonis sitis intra territorij ciuitatis à qua iste reperitur bannitus? Respon. Rayner. in d. l. r. C. de here. inst. tenet, quod nullo modo iste bannitus possit in huiusmodi bonis succedere, licet enim commune illius ciuitatis non possit banniendo tollere ius commune, potest tamen illud offuscare, & adumbrare, ita ut in suo territorio effectum nō fortiat. Et hanc opin. dicit esse commune Iaf. in prealleg. consil. 166. col. 3. vers. Quarto facit, li. 2. sed quidquid dicat Iafon. credo, quod magis communis opin. sit in contrarium, scilicet, quod imo etiã si bannitus possit impune offendere, retineat beneficia iuris communis, etiã quo ad bona posita intra territorium illius ciuitatis, prout hanc esse magis communem sententiam attestatur Ripa in d. l. ex facto. §. ex facto, num. 1. Maranta in repet. l. is potest, num. 119. ff. de acquir. hered. & quod bannitus retineat beneficia iuris communis, etiã in ciuitate à qua exulat, non videtur dubitandum, ex quo multi ex Doctoribus per me supra allegatis, ita attestantur esse communem opinionem, & recentem auctoritates, quę facile dinumerari possunt, & illam etiam credo vtiorem esse, nam huiusmodi banna, quę contra absentes proferuntur, sunt valde exorbitantia à dispositione iuris communis, merito restringenda, ut quantum minus fieri potest, operentur. Bene verum est, quod si extaret statutum excludens expresse bannitum ab omni iure, & successiōne, uel huiusmodi, eo casu procederet opinio Rayn. quod, scilicet amitteret etiam successiōnes sibi intra territorium illius ciuitatis delatas, etiam ex beneficio iuris communis, Sed alio non apparente consulendo, aut iudicando non recedas ab opinio. Barto. quę communis est, & vtiōr. in proposito tamen huius quęst. vide quę dixi infra, libro quinto. §. fin. qu. ff. 71. vers. Dixi autem.

QVAESTIO XXI.

SUMMARIUM.

Condemnatus ad mortem an possit testari. Et quid si ex manibus iudicium a usquegerit vers. Sed quid. Et quid si genus mortis ad quod fuit condēnatus est à iure prohibitiōn, vers. Sed pone. Et quid si fuit in contumaciã condemnatus, vers. Aut vero. Et an talis condemnatus ad mortem possit testari ad prius casus, nec. Quæro nunquid. Remissio.

Quæro, nunquid condēnatus ad mortem possit testari? Respon. Auctalis condēnatus est p̄sens, ita q̄ post cõdemnationem statim faciēda est executio, & hoc casu cum per cõdemnationē effectus sit seruus pene, non poterit testari, & hæc est cõmunis opi. vt dicit Bal. in l. fi. nu. 15. C. si a non compet. iudic. quem refert Aposad Ang. de malef. in uerbo, Et ibi caput, sub nu. 20. Idem dicit Aposad supra allegata, sub nu. 2. & hoc siue esset condemnatus secundum ius commune, siue secundum statuta illius loci, nā vtroque casu proculdubio est intestabilis quā tum ad bona sita in illa territorio, Quoad alia vero, ita demum efficiatur intestabilis, si est condemnatus seruata tam in processu, quam in sententia dispositione iuris communis. Quinimo, si prius condidisset testamentum, illud fieret irritum. I. si quis filio §. irritum. ff. de inuisu. rupo. quod tamen intellige, vt dixi in versiculo, Aut vero. Bene uerum est, quod quidquid sit de iure, hodie fere vbique contrarium obseruatur, quia etiam illi, qui sunt decapitandi, plerumque in carcere faciunt testamenta, & institunt heredes, quando eorum bona non confiscantur, & ita quotidiē de consuetudine obseruari attestatur in uol. incipit. quia ingredientibus, numero 30. in fi. de testa. quem refert Natta, consilio 177. num. 4.

Et 4. Sed

Sed certe, ego credo, quod talia teſtamen-
ta, de iure parum, vel nihil valeant, quid
quid tamen ſit, non puto eſſe ab ipſa con-
ſuetudine recedendum.

Sed quid, ſi reus poſt condemnationē,
antequam fiat executio, ex manib. iudi-
cum aufergit, nunquid poterit teſtari?
Reſpon. q. non, adhuc enim remanet ſer-
uus pœnæ, & conſequetur in teſtabilis, ita
tenent communiter Doctores, vt dicit A-
re. in l. ſi quis poſt accusationem, nu. 3. ff.
de teſta. ita etiam communiter teneri at
teſtari Abb. in Rub. de teſtam. nu. 4. Sed
hoc intelligo, vt procedat in illo territo-
rio, in quo fuerat condemnatus, & quo
ad bona intra illud territoriū. exiſtentia,
nam in eo territorio, & quo ad illa, ſem-
per remanet in teſtabilis, ſed quo ad bo-
na exiſtentia extra illud territoriū, talis
ſententia eum non efficeret in teſtabilis, &
ideo ipſe exiſtens extra illud territoriū,
poſſet de eis teſtari, niſi tamen eſſet con-
demnatus pro delicto, pro quo de iure cō-
muni debuiffet ad mortem condemnari,
& in proceſſu eſſet ſeruata diſpoſitio iu-
ris communis. Nam eo caſu ubique, &
quo ad omnia ſemper remanet in teſtabi-
lis, vt ſupra dixi.

Sed pone, q. iudex condemnat reū ad
pœnam mortis, ſed genus mortis, quo iu-
dex voluit illum puniri, eſt à iure prohibi-
bitum, puta veneni, mallei, vel ſecuris,
vel præcipitij, nunquid ex tali condem-
natione reus efficitur in teſtabilis? Rñ. q.
non, et ſi delictum pro quo eſt condemna-
tus mereretur pœnam mortis, ita dixit
Ang. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſiſci. ff. de
acq. h. c. Ex ita concludunt doctores, ut di-
cit Apofitil. ad Ang. de malef. in verbo, &
ibi caput, poſt num. 2. 3. hanc etiam opin.
dicit eſſe commune eadem Apofitil. in
eo. uerbo, ſub nu. 29. Ex quo enim huius-
modi pœnæ ſunt à iure interdicitæ, non
poſſunt efficere aliquem ſeruum pœnæ,
& ſic in teſtabilis, quod nota in præſentia
quia eſt mirabilis decifio.

Aut vero talis condemnatus erat ab-
ſens, ſed fuit condemnatus virtute ſtatu-
ti diſponentis, q. contumax habeatur, p.
confiſo, & quod contra eum poſſit pro-
cedi ad ſententiam diffinitiuam, & tunc

ſi iſte condemnatus, & bannitus non ve-
niat in fortiam communis, non efficitur
ſeruus pœnæ, & ideo poterit teſtari. Si au-
tem veniat in fortiam communis, tunc effi-
citur ſeruus pœnæ, & conſequenter non
poterit teſtari, & hæc eſt magis commu-
nis opi. vt dicit Are. in d. l. eius qui. §. 1.
poſt num. 4. verſ. Sed dubium. Et ſi priuſ-
quam veniret in fortiam communis, fe-
ciſſet teſtamentum, illud redderetur nul-
lum. Quæ tamen omnia, vt ſupra ſepius
dixi, intellige, quo ad bona ſita intra il-
lud territoriū, non autē quo ad alia, nā
ſententia illa condemnationis, & banni
accipit uirtutē, & robur ex diſpoſitione
ſtatorū illius ciuitatis, & non à iure cō-
muni, merito non pōt effectum ſuū porri-
gere extra illud territoriū, & ita teneas.

Quero, nunquid condemnatus ad mor-
tem, poſſit teſtamentum condere ad pias
cauſas? dixi ſupra quaſi. 5. verſic. Quero
quid in damnato.

QVAEST. XXII.

SVMMARIVM.

*Deportatus an poſſit condere teſtamentum.
Et an poſſit capere ex teſtamento, verſic.
Si autem queris.
Et quid in relegato, verſic. Relegatus.*



Vero, nunquid deportatus ha-
beat teſtamenti factionē? Re-
ſpon. hæc queſtio pariter ha-
bet duo capita, intelligendo
de factione teſtamenti ad iure, & paſſive, vt
dixi ſupra q. 18. Si ergo queris, nunquid
deportatus poſſit condere teſtamentum?
Reſpon. quod non, & de hoc eſt tex. in l.
eius qui. §. 1. ff. de teſta. intelligendo, ibi,
verbu deportati, vt ſtet in caſu nomina-
tione, non autem in genitio, prout intelli-
git ibi glo. ſubaudiendo, uerbum bona,
& male iudicio meo. Et hæc opin. quod
deportatus non poſſit teſtari, communi-
ter, tenetur, ut dicit Imola in cap. quia in-
gradientibus, poſt num. 30. de teſtam. Il-
lam etiam dicit eſſe communem Marita
in

in repet. l. is poſt teſta. nu. 117. ff. de acq. her.
Narra in repet. §. ex imperfecto, num. 51.
Amittit enim deportatus libertatem, &
bona, & omnia que ſunt iuris ciuilibus, &c.

Si autem queris, nunquid deportatus
poſſit capere ex teſtamento? Reſpond. pa-
riter; q. non, eſt n. talis deportatus pro-
ſus incapax omnis ſucceſſionis, vt dixi ſu-
pra hoc eo. lib. §. 1. & eſt communis opin.
vt dicit Alex. in l. r. nu. 2. C. de her. inſt.
Hereditas autem ipſa non applicatur fi-
ſco, neq. ſiſcus illam auferat deportato,
tanquam ab indigno, ſed perinde ſucce-
ditur deſuncto per alios inſtitutos, vel pue-
nientes ab inſtamento, ac ſi deportat⁹ inſtitu-
t⁹ nō fuiſſet, & hæc dicit eſſe magis cōem
& vera ſententiā Alex. conf. 26. nu. 1. l. i. r.

Relegatus autem non perdit teſtamen-
ti factionem, vt probat tex. in d. l. eius q.
§. 1. Non enim amittit libertatem neque
ea q. ſunt iuris ciuilibus, & ideo licet in ſen-
tentiā relegationis ſint etiam conſiſcata
eius bona, prout ſæpe fit, & de iure fieri
poſſet, vt eſt tex. in l. relegati. & in l. re-
legatorū. §. ad tēpus. ff. de interd. & re-
leg. nihilominus (vt dixi) retinet teſtamenti
factionē. & ſi dicas, q. d. operatur teſtamen-
ti factio ſine bonis? Rñ. q. multum opera-
tur circa bona, que in ipſa conſiſcatione
non cōprehenduntur, vt dixi ſupra q. 19.
ver. Aliquando vero, Præterea teſtamen-
tum, & hereditas utique conſiderant etiā
in eo, qui nihil in bonis relinquit, neque
id proſus eſt ſine utilitate, nā qui pōt teſ-
tari, poterit (licet ipſe nihil habeat i bo-
nis) ſubſtituere filio ſuo pupillariter, qd
tñ facere non poſſet, ſi non haberet teſta-
menti factionem. l. 2. §. filius. ff. de uulgar.
Itē poterit dare tutorē filijs ſuis, q. pa-
riter fieri non poteſt, niſi in teſtamento,
aut codicillis teſtamento cōfirmatis. l. 3.
ff. de teſt. tut. vt eleganter conſiderat Imo.
in d. c. quia ingredientibus, nu. 7. &c.

QVAEST. XXIII.

SVMMARIVM.

*Condemnatus ad perpetuos carceres an per-
dat teſtamenti factionem.*



Vero, nunquid condem-
natus ad perpetuos carceres
perdat teſtamenti factionem?
Rñ. Abba. in Rub. de teſta.
poſt nu. 4. ver. Dubitat⁹ et,
dicit, q. ſi talis cōdemnatus ad perpetuos
carceres, eſt laicus, proculdubio efficitur
in teſtabilis, & q. hæc eſt cōis ſententia.
Hanc etiā dicit eſſe communem Fran. in
Rub. de teſta. uerſ. 2. prohibet, que refert
Bertrand. conf. 194. poſt nu. 2. libr. 1. in 2.
parte. Que tamē opinio, nunquam niſi
placuit certum eſt enim, q. de iure ciuili
non imponitur hæc pœna carceris, vt di-
xi infra lib. 5. §. ſin. quaſitio. 70. verſiculo,
Pœna autem. Cum ergo non poſſit quis
effici in teſtabilis, niſi quando inponitur
pœna à lege permiſſa, ut dixi ſupra qua-
ſitio. 21. uerſic. Sed pone ſequitur, quod
talis condemnatus ad perpetuos carce-
res, de iure ciuili non amittit teſtamenti
factionem.

QVAEST. XXIII.

SVMMARIVM.

Excommunicatus an poſſit teſtari.



Vero, an excommunicatus poſ-
ſit teſtari? Reſp. gl. in c. decer-
nimus, in uerbo, & teſtifican-
do de ſent. exco. in 6. tenet, q.
non, & dicit Alber. in l. r. nu. 4. C. de her.
inſt. quod ita tenent communiter Cano.
& forte tempore Alberici iſta opi. ſaltem
apud Cano. erat magis communis. Sed
hodie contraria opin. ſcilicet, quod imo
excommunicatus poſſit teſtari, eſt ma-
gis communis, ut dicit Abba. in Rub. de
teſta. num. 5. Barb. in cap. quia ingredi-
entibus, colum. fin. de teſtamento quem re-
fert Io. Dilec. de arte teſtandi tit. 1. caute
la ro. nu. 1. Are. in l. ſi quæramus, colum
na penult. verſic. Tertio adde. ff. de teſta.
quem refert apofitil. ad Angel. Are. in §.
fin. ſub numero 10. inſt. quibus non eſt
permiſſa. te. & Francus in repet. Rubr.
de teſta. numero 32. Andr. Beſſe. in re-
pet. l. r. numero 65. C. de ſacroſan. ecclieſ.
Ber-

Bertran. conf. 127. num. 11. lib. 2. in 1. parte, & conf. 41. num. 1. lib. 2. in 2. parte. Et dicit Corn. conf. 80. in litera R. lib. 4. q. 9. est communis sententia fere omnium, maxime in occulte excommunicato, & hac opin. intrepide tenenda est, ubi duo concurrant. Primum, quod non sit excommunicatus ex causa, quae alias redderet illi in testabilem. Secundum, quod excommunicatio sit occulta. si vero haec duo non concurrerent, res non esset sine difficultate, sed pro nunc nihil determino.

**QVAESTIO XXV.
SUMMARIVM.**

Infamis an possit testari.

Quæro, an infamis possit testari? Rñd. q. sic, ita tenet Bar. in l. is citi. §. si qs ob carnem. ff. de test. & ita communiter tenetur, ut dicit Abb. in Rub. de test. post nu. 8. ver. Decimoquinto prohibet. Quod intellige, nisi expresse à lege prohibitus sit testari, prout est infamis cõdemnatus ab libellum famosi, ut probatur in d. §. si quis ob carnem.

**QVAESTIO XXVI.
SUMMARIVM.**

Usurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione de restituendis usuris. Et an præstita sit cautio pignoratitia, vers. Sed quæro. Et quid si talis cautio post testamentum conditum præstetur, vers. Sed pone. Et quid si usurarius deserit, vsuras excercere, vers. Item quæro. Et quid in iudeo usurario manifesto, vers. Quæro etiam. Et an usurarius manifestus possit donare causa mortis, vers. Quæro an usurarius. Remissus.

QUÆRO, an usurarius manifestus possit testari? Respond. quod sic, dummodo præstet cautionem de restituendis usuris, iuxta formam, c. quanquam de vsur. in 6. Quis autem dicitur usurarius manifestus, dixi infra lib. 5. §. vsura, vers. Sed hic quæro.

Sed quæro, quia ille rex. simpliciter requirit, quod præstetur idonea cautio, nunquid sufficiat nuda cautio, an autem requiratur pignoratitia, vel fideiussoria? Rñ. q. requiruntur pignora, vel fideiussores, ita tenet gl. in d. c. quanquam, in verbo, Idonee, quam dicit esse communiter receptã Didacus lib. 3. resoluc. c. 3. nu. 6.

Sed pone, quod conditum sit testamentum non præstita cautione, iuxta formam d. c. quanquam, sed post testamentum præstetur talis cautio, nunquid testamentum ipsum præstita ex post facto cautione recõualecet? Rñ. q. in hoc art magna est controversia inter scribentes, tamen magis communis opin. est quod recõualecat, ut testatur Ale. in l. Gallus §. ille casus, nu. 8. licet dicat, quod contraria opin. est de iure sustentabilior. Eandem opin. dicit esse cõmunem Fel. in c. cum dilectis, num. 3. de accus. Dec. in l. quod in initio, num. 12. ff. de reg. iur. Dida. in d. c. 3. post nu. 9. vers. Duo. decimo hoc, & hæc opin. tanquam equior tenenda est in pract.

Item quæro, si usurarius manifestus de sinat excercere vsuras, nunquid in eo loci habebit dispositio d. c. quanquam, vs. f. non possit testari, nisi præstita cautione? Resp. quod sic, & hæc est magis communis opin. ut attestatur Socin. conf. 127. ante nu. 1. lib. 3. & etiam tutor animi, propterea in dicando, aut consulendo non esset ab ea recedendum. Certum est enim, quod etiam, quod quis desinat fœnerari, non tamen propter ea definit esse usurarius, ut dixi infra lib. 5. §. vsur. ver. Ultimo quæro, Sed istam conclusionẽ intellige, ut procedat in usurario, qui vsuras non restituit, nam si vsuras restituisse, & desisset fœnerari, utique posset condere testamentum, esset enim superflua cautio pro restituendis vsuris, si iam facta esset restitutio.

Quæro

Quæro etiam, nunquid dispositio d. c. quanquam habeat locum etiam in iudeis? Respon. quod non, sed eorum testamenta valent, et si publice excercerent vsurariam pravitatem, & ita videmus cõmuniter observari, ut dicit Are. cõf. 158. in vltimis verbis. Cum enim Iudei sint extra gremium ecclesie, non est de eis curã dum, ut dixi supra lib. 2. §. iud. eus.

Quæro, an usurarius manifestus possit donare causa mortis dixi infra lib. 4. §. Donatio, quæst. 7.

**QVAEST. XXVII.
SUMMARIVM.**

Prelatus, aut clericus an possit testari.

Et an de bonis suis patrimonialibus simul los habeat propinquos, vers. Circa bona.

Et quid de bonis quæstis post adeptum benesicium, seu pralaturam, vers. Sed quid.

Et quid de bonis ecclesie, vers. Dixi secundo.

Et an Papa possit dare licentiam clerico testandi de bonis ecclesie, vers. Sed quæro.

Et quid de bonis quæstis ex fructibus ecclesie, vers. Tertio dixi.

Et an Papa possit concedere pralatis, ut de huiusmodi bonis possint testari, vers. Sed an poterit.

Et quid de fructibus extantibus collectis in bonis ecclesie, vers. Quarto videndum.

Et an clericus decedens ab intestato tales fructus ad heredes suos transmittat, vers. An autem Remissus.

Et an clericus possit de quotidianis distributionibus testari, vers. Quinto dixi.



Quæro, nunquid praelatus, aut clericus possit testari. Hæc est pulchra q. & sepiissime contingit in practica. Præmitte ergo in primis, per intelligẽtia eorũ, q. di-

cenda sunt, quod in hoc proposito possunt considerari quinque genera bonorum, scilicet, bona propria, seu patrimonialia ipsius clerici, siue pralati. Item, bona ecclesie, siue beneficij. Item bona quæstia ex fructibus ecclesie. Item fructus collecti in bonis ecclesie. Item, quotidianæ distributiones, quas clericus percipit in ipsa ecclesia.

Circa bona patrimonialia, videtur ab solute dicendum, quod quilibet clericus siue praelatus possit de eis ad sui libitum disponere, & testari, intellige quod sunt quæstia ante clericatum, ut statim subiiciam. & hæc quidem conclusio de plano procedit, quando praelatus habet filios, vel propinquos, sed quod si nullos habeat propinquos, nunquid poterit in bonis suis patrimonialibus, extraneum herede institueret, & eum ecclesie præferre? Dubium facit tex. in cap. Episcopus qui filios. 12. quæstio. secunda ite, alium quæ ecclesiam non relinquat heredem. Sed dic, quod ille text. est potius cõsiliij, quam percepti, ut sentit gloss. ibi, & idcirco tene, quod poterit praelatus testando præferre extraneum ecclesie. & ista est communis opinio, ut attestatur Barb. de præstantia Card. in 3. q. basilica primæ partis, post num. 40. vers. Nunc venio, quæ etiam est equior, ut scilicet unusquisque liberam de bonis suis disponendi habeat facultatem.

Sed quid dicendum de bonis patrimonialibus quæstis, postquam clericus ad beneficium, seu pralaturam fuit promotus, nunquid etiam de illis poterit testari? Respond. An constat, quod praelatus, vel clericus illa acquisiuit ex patrimonio ecclesie, vel eius contemplatione, & tunc non potest clericus de eis testari. Talia enim bona sunt ecclesie quæstia, non autem ipsi clerico, aut pralato. Aut vero constat, quod illa acquisiuit ex suis laboribus, vel industria, & tunc efficiuntur, propria ipsius clerici, & cõsequenter poterit de eis testari, & hæc est communis opinio, ut dicit Corn. conf. 314. in litera A, lib. 3. Sed quid si nihil præbetur? Respon. quod in dubio, alio non dõto, psumptio est, quod sint quæstia iurata

usu ecclesie ita tenet Io. And. in ca. 3. de testa. quæ sequuntur communiter Doctores, ut ait Soc. conf. 91. nume. 1. lib. 3. Dicit etiam Alber. in auct. licentiæ post num. 3. C. de episc. & cler. quod ita tenet communiter canon. et hanc opin. dicit esse communem Corn. conf. 88. in litera R. lib. 2. & in d. conf. 314. in litera E, & cõ. fi. 288. in litera . lib. 4. Bene uerũ est, qd si probetur, qd clericus habebat patrimonium, uel officium, uel exercitium, uel aliquid aliud ex quo potuerit illa acquirere præsumitur acquisiuisse secundum qd magis est uerisimile, & in hoc concordat communiter omnes ut dicit Corn. in allegato conf. 88. in litera R. lib. 2. & ideo hoc casu bonum esset habere iudicem factuorabilem.

Dixi secundo, qd habet clericus, seu prælati bona ecclesie, seu beneficii, intellige tang simplex administrator, non enim est eorum dominus, aut possessor, ut dixi supra lib. 2. §. Prælati, & de istis bonis, non est aliquo modo tractandum, qd bona ecclesie sunt Dei, & sunt reseruatæ vt. de eorum fructibus subueniat egrib. c. uidentes. 12. q. 1. merito non potest prælati, aut clericus de eis disponere aut testari, & hoc est indubitatum.

Sed quæro, nunquid Papa possit dare licentiam clerico testandi de bonis ecclesie? Respon. qd sic, & est communis opinio, ut dicit Dec. consilio; 12. post nu. 3. nam (vt uulgaris est regula) Papa in beneficiis omnia potest. Debent tñ ex honestate summi Pontificis diligenter aduertere, ne id faciat sine causa, quãuis enim omnia liceant, non tamen omnia expediunt.

Tertio dixi, quod potest habere clericus bona quæ sita ex fructibus ecclesie, & de huiusmodi bonis pariter clericus, sui prælati testari non potest. nã talia bona sunt ecclesie, & pertinent ad successores in beneficio, non autem ad heredes ipsius clerici, siue prælati, & caueant prælati, qui in fraudem ecclesiarum suarum, per tertias personas prædia acquirunt, ex pecuniis per eos cumulatis ex fructibus beneficiorum suorum, ut ea in proprios suos postea pertineant, qd

dñ alios fallere putant, se ipsos potius decipiunt in æternum uicium interitum. Deñ enim non fallit, cui nihil est occultum.

Sed an poterit summus Pontifex concedere prælati, ut de talibus bonis possint testari? Respon. qd sic, & in specie, qd Papa possit concedere Cardinali, ut testet de bonis quæ sitis ex fructibus suorum beneficiorum, tenuit Host. i. summa de pœni. & remis. §. cui constitudo, uer. Cui Cardinales, & ita cõiter tenet, ut ait Dec. conf. 157. post nu. 1. uer. ulterius etiam.

Quarto uidentur est, qd de ipsis fructibus extantibus collectis in bonis ecclesie, nunquid possit clericus, uel prælati de eis testari. Hec est ardua questio, & quæ indiget pontificia decisione, ut dicit Barb. in c. fi. de peculo clerico. i hoc autem articulo habemus glo. ordinariã ad quam semper recurrimus in c. presenti. §. porro. in uerbo, Reseruari. de off. or. in 6. quæ refert quandam distinctionem Hostien. in d. c. fi. de peculo cler. distinguens in hunc modũ An clericus habet administrationem, & talis clericus, quando uiuit, & sanus est, equiparatur usufructuario, & ideo potest de ipsis fructibus donare, moderate tamen. Cum autem incipit infirmari, tunc incipit etiam æquipari usufructuario, & sic nihil habet ex fructibus beneficii præter proprium usum, & facultatem de eis dandi elemosinam pauperibus, non autem potest de eis testari. Aut uero clericus non habet administrationem sed est personaliter, & simpliciter beneficiatus, & talis semper comparat usum usufructuario, & sic facit fructus suos, & de eis potest tam in uita, quam in morte disponere, & testari, & subdit gl. qd hanc distinctionem approbat quasi ubiq; generalis consuetudo. Ita etiam de consuetudine communiter obseruari attestat Butrius in ca. peruenit de fideius. quem refert Corn. in d. conf. 3. 4. in litera B; lib. 3. idem dicit Butr. in ca. 1. de causa poss. & proprii. quam refert Ino. in d. c. fi. post nu. 11. de peculo cler. Cald. in d. c. fin. 1. mola in c. relatum, el 2. num. 2. in fin. de testa. & in c. requisisti, num. 45. in fin. e. tit. & in c. quia nos, nu. 5. e. tit. ubi dicit qd ita communiter seruatur, & tenetur, Hanc

Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in d. cap. peruenit, post num. 13. de fideius. Bellon. consilio 3. num. 2. & dicit Boer. cons. 48. num. 1. quod illam gl. sequuntur communiter scribentes. Contrariam tamen opin. quod scilicet clericus nõ possit de fructibus beneficii sui testari, tenuit simpliciter gl. i. d. c. fi. in uerbo, Obitus, de pecul. cleric. & Archi. in ca. statutum, §. Assessorum de rescrip. in 6. & hanc opi. dicit communiter teneri Car. in d. c. fin. quem refert Bolog. in adit. ad consil. Io. de Anan. 87. post nume. 4. Dicit etiam Nic. de Vbald. de success. ab intest. in ultima particula, post num. 19. uerfic. Non obstant motiua, quod in quibuscumque rebus beneficiorum, clerici in morte æquiparantur usufructuario, potius quã usufructuario, & quod hæc uidetur magis communis sententia Doctorum, Et dicit Ias. cons. 75. col. 2. uerfic. Non obstant fundamentum libr. 3. quod hæc opin. est magis communis, quod imo clericus beneficiatus, siue habeat administrationem siue non indistincte prohibetur de fructibus beneficii, etiam perceptis, & reconditis testari, & hoc siue ei succedat ipsa ecclesia, siue successor in beneficio. Sed quod quid dicat Ias. tenenda est opin. Host. & gl. in d. §. porro, quam semper & ubique uidi seruari, saltem in fructibus collectis & reconditis, Quæ magis etiã de plano procederet, ubi extaret consuetudo, quod fructus ipsiarent heredi clerici, non autem successori in beneficio, nam eo casu proculdubio posset clericus de eis testari, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Bellon. in d. conf. 3. num. 10.

An autem clericus, si intestatus decedat huiusmodi fructus ad heredes suos transmittat dixi supra hoc eodem libro, §. primo.

Quinto dixi, qd clerici habent etiam quotidianas distributiones. Quæro, an de illis possint testari? Respon. quod in hoc etiam variæ sunt opinioniones inter Doctores, nam aliqui tenent, quod tam in huiusmodi quotidianis distribuendis, quam in alijs redditibus beneficiorum, clerici potius celandi sunt administratores, & in morte usufruarij, quã domini, uel

usufructuarij, & dicit Nicol. de Vbald. in d. ult. particula, post num. 19. qd hæc uideatur communis sententia Doctorum. Contrariam autem opinionem, scilicet quod tales distributiones quotidianæ efficiantur propria clericorum, tenuit Guil. de Monte i. aud. & hanc esse magis communem affirmat Paris. cons. 33. nu. 8. & seq. lib. 4. ubi plures auctoritates recenset, & hæc proculdubio in via iudicij obtineret, prout etiam fateri uidetur Nicol. de Vbald. in loco præallegato. Licet enim negari non possit, quum quodammodo dicantur acquisite intuitu ecclesie, tamen principaliter dantur intuitu persona, propter diurnam operam, & laborem, merito clerici eas faciunt proprias, & de eis possunt ad libitum disponere, & ita obseruatur in practica, maxime in iam exactis, & aduerte, ut semper consulendo, aut iudicando ad hæreas communi obseruantie, quia in prædictis questionibus præcipue est attendenda consuetudo provincie, ut affirmant Doctores in locis præallegatis.

QV AEST. ~~XXXIII~~

SVMMARIVM.

Monachus uel religiosus non possit condere testamentum.

Et nunquid ante religionis ingressum, uerbo, in primo.

Et quid si minor prodigus, uel strisus, uerbo, Sed nunquid.

Et an tale testamentum subsecuto ingresso annulletur, uerbo, Sed recenta.

Et quid si tempore testamenti cogitauit de religionis ingresso, uerbo, Aut uero.

Et an possit condere testamentum post ingressum religionis, sed ante professio nem, uerbo, Dixi secundum.

Et an post factam professionem, uerbo, In solto, Tertium tempus.

Et an uisat liberos, uerbo, Scias tamquam.

Et an possit testamentum contra conditum reuocare, uerbo, Quoad secundum.

Quæro,

QVAEROR, nunquid monachus uel religiosus habeat testamenti facionem? Respon. videndum est in primis, an possint testamentum condere. Secundo an ipsi possint capere ex testamento aliorum. Quo ad primum distinguenda sunt tria tempora. Primum est, ante ingressum. Secundum est, post ingressum, sed ante factam professionem. Tertium est, post factam professionem.

In primo tempore, certum est, quod quicumque, modo alias sit habilis ad testandam, poterit testamentum condere, antequam ingrediatur religionem, & illud testamentum ualebit. Potest enim quilibet ante ingressum religionis de bonis suis disponere prout uoluerit. est text. expressus in §. illud in auct. de Monac. Quinimo si aliquis testetur ante religionis ingressum, contempserit tamen ipsius ingressum, poterit testari et non seruata solemnitate iuris communis, ita tenet Bart. in auct. si qua mulier, post nu. 7. uersic. Ex hoc dico. C. de sacros. eccl. & hac esse dicit communem opin. Dec. consi. 31. post num. 3. Si enim hoc permittitur militibus armatis, multo magis permittendum est huic, qui de proximo accingendus est celesti militiae, & licet hac opi. in puncto iuris pariat aliquid difficultatem, tamen credo, quod in practica obtineret propter auctoritatem Bar. & sequacium.

Sed nunquid minor, prodigus, uel furiosus, poterit ingrediendo religionem testari, uel alias disponere de bonis suis, etiam sine auctoritate curatoris, si quae habent? Respon. quod sic, dummodo appareat, quod tempore dispositionis, & ingressus non esset furiosus, ita tenet Io. and. in c. in praesentia de probatio. & ita etiam communiter teneri attestatur. Abb. in eo. c. in praesentia, numero 54. Nam in praesentibus non attenditur auctoritas patris uel curatoris. Est magna decisio, et repugnare uidet his quae diximus supra. uersic. inferitur, & seq. nihilominus magna est etiam auctoritas istorum patrum, qui illam tenent.

Sed retenta conclusione, quod testa-

mentum conditum ante religionis ingressum ualeat, Quero nunquid tale testamentum per subsequenter religionis ingressum annulletur. Solemus enim dicere, quod monasterium habetur loco filij ut dixi infra, lib. 7. §. ecclesia. ideo sicut natiuitate posthumi rumpitur testamentum, ita etiam uidetur dicendum in religionis ingressu. Respon. si loquimur de religione incapace bonorum immobilium, non est dubitandum, quia non modo testamentum non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum, sed imo ab ipso ingressu vires assumit, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter mortuus fuisset. & in hoc proposito uide quae dixi supra, §. substitutio. Si uero loquimur de monasterio capace bonorum, & successio natiuitate est distinguendum, nam aut testator fecit testamentum, non cogitans de ingressu monasterij, & hoc casu per ingressum rumpitur testamentum, ad exemplum filij nati post testamentum, & ita tenet Bar. in d. auct. si qua mulier post nu. 7. & est communis opinio ut attestatur Imola in c. 1. nu. 11. de testam. quem refert Io. Bilec. de arte testandi tit. 3. caut. 9. num. 1. Aret. in l. prima, num. 6. in ff. de testa. Quam tamen conclusionem intellige, ut procedat, dummodo testator in ipso monasterij ingressu non solum se ipsum, sed etiam bona sua expresse monasterio dedicauerit, alias uero, licet ingrediens monasterium censetur etiam bona sua tacite dedicare monasterio, non crederem, quod hanc tacitam uoluntatem dicatur reuocata prior expressa uoluntas. Item illam intelligo ut procedat quantum ad institutionem, sed quo ad reliqua, crederem testamentum ipsum sustineri, iuxta dispositionem auct. ex causa. C. de lib. prater.

Aur uero fecit testamentum cogitans de ipso ingressu, & tunc si aliquid relicti est monasterio, pariter, non uidetur dubitandum, quin testamentum, ipsum ualeat, maxime si fuit relicti titulo institutio nis, secundum omnes, ut dicit Imola in l. 1. nu. 1. in ff. de testam. ita etiam communiter teneri attestat Abbas in d. c. in praesentia, nu. 49. in si. Si uero nisi reliqui monasterio, uariis sunt opi. inter doctores

nam

nam Aliqui tenent, quod testamentum irritetur praeteritione monasterij, prout etiam rumpitur agnatione posthumi, & hanc opi. dicit esse communem (Imola. in d. l. j. nu. 1. in si. que refert Ias. in d. auct. si qua mulier, nu. 17. in si. & illam dixit communiter seruari Aiber. in auct. si qua mulier post prin. Contrariam autem opinionem. I. quod imo quod ingressum religionis non rumpat testamentum, etiam si in ipso testamento nihil relicti sit monasterio, tenuit Bar. in d. auct. si qua mulier, num. 2. cuius opi. dicit esse communiter approbatam Ripa. in l. si vnquam, q. 35. nu. 94. C. de reuoc. don. referens idem attestari Decio. in d. consi. 31. quem ego (ni fallor) fidelius retuli supra uersic. in primo tempore, & ab hac opi. ego non recederem in practica, attenta dispositione d. §. illud, generaliter loquuntis, & quae mihi iustior, & equior uidetur, & magis fauet testamento, & iudicio meo, hodie est etiam magis communis, saluo tamen semper iudicio S. ecclesiae cui in omnibus me subijcio.

Dixi, secundum tempus considerari posse post ingressum, ante tamen factam professionem, & aduerte, quia ego hic accipio ingressum pro simplici ingressu, & assumptione habitus, & sic quando solum est negotium, non autem prout proprie intelligitur ingressus, quando scilicet facta professio, & teneadum est, quod talis nouitius poterit testari, licet etiam decedat intestatus, eius bona acquirantur monasterio, non autem uenientibus ab intestato. ut dixi supra, hoc eod. lib. §. 1.

Tertium tempus est post professionem factam, & circa hoc tempus duo sunt uidentia. Primum, an Religiosus professus possit condere testamentum. secundum, an possit testamentum iam conditum reuocare. Circa primum, est text. expressus in auct. ingressi. C. de sacros. eccl. quod ingressi monasteria, se suaque dedicant deo, nec ergo de his testantur, ut pote nec dominum rerum, quae auct. est canonizata in c. quia ingreditibus, 19. q. 3. & intellige, quod si ingressus monasterium capax bonorum immobilium non potest testari, quia tempore professionis omnia eius bona ipso iure translata sunt in ipsum monasterium

ut habetur in d. auct. & dixi in loco praed. legato. Si uero est ingressus monasterium in capax, pariter non potest testari, sed alia ratione, quia scilicet tempore professionis amittit dominium omnium rerum suarum, quod fuit acquiritum eius hereditibus ab intestato uenientibus. ut ibi dixi. Vel dic. & forte melius, quod ingressus religionem non potest testari, non ea ratione quia non habeat bona, hoc enim non consideratur, quantum ad hoc, ut quis debeat ceteri testabilis, uel non, ut dixi supra, q. 19. uersic. Aliquando uero, sed quia mutatur status, & amittit libertatem quo ad seculum, licet uera libertas sit seruata deo.

Scias tamen, quod poterit huiusmodi professus in monasterio capax bonorum immobilium testari inter liberos, iuxta dispositionem auct. si qua mulier. C. de la. cros. eccles.

Quo ad secundum uero, an professus possit testamentum antea conditum reuocare, idem est dicendum, ut si in quibus casibus professus potest testari, in illis etiam potest testamentum prius conditum reuocare, iuxta dispositionem. si qua mulier, & sic inter liberos tantum, non autem inter extraneos.

QVAEST. XXIX.

SUMMARIUM.

Monachus, uel religiosus an possit capere ex testamento.

Duo esse genera mendicantium, uersic. Debes tamen.

Fratres minores incapaces esse reliquorum ex testamento, uersic. Hoc praemisso.

Quid in alijs mendicantibus, uersic. Quo uero.



RESTAT nunc explicandum secundum caput questionis, an scilicet monachi uel religiosi possint capere ex testamento, & in hoc distinguendae sunt inter medicos & alios religiosos, quorum monaste-

monasteriis permiffum est poffidere bona immobilia. & quo ad mendicantes fac regulam, quod ipfi non poffunt ex testamento capere bona immobilia, & in hoc omnes conueniunt.

Debes tamen fcire, q̄ duo funt genera mendicantium. Alii enim funt mendicantes ex regula, Alii ex fuis constitutionib. Mendicantes ex regula funt fratres Minores primi Ordinis, illis enim Beatus franciscus exprefse in eorum institutione, & regula prohibuit, ne quid proprii profus habere, ne ve quid immobile poffiderent in communi. Alii vero funt mendicantes non ex regula, fed ex fuis constitutionibus, & quod fratres, feu religiofi non folum ex regula, fed etiam ex fuis constitutionibus iudicentur mendicantes tenent Cal. confilio 17. sub titulo de Regularibus, & est communis opinio. vt dicit Dec. in c. ad noſtram. num. 11. de appellatione. & de iſtis poteſt poni exemplum in fratribus. Prædicatoribus, illi enim licet ex eorum regula non ſint mendicantes, nam militant ſub regula Beati Auguſtini quæ permittit poffidere immobilia in communi, dicuntur tamen mendicantes, quia ex eorum constitutionibus id eis eſt prohibitum, ita tener Bal. in d. c. ad noſtram, & eſt communis opi. vt atteſtatur Bertr. confi. 205. nu. 3. lib. 3. in 2. parte, & q̄ Prædicatores non dicantur incapaces bonorum immobilium ex eorum regula, fed ex fuis constitutionibus, dicit communiter teneri Bert. confi. 152. nu. 2. lib. 1. in 2. parte, qui etiam confi. 122. num. 1. lib. 3. in 2. parte atteſtatur eſſe magis communem opinionem.

Hoc præmiſſo, dico, q̄ fratres Minores nullo modo poffunt capere ex teſtamento, neque ex relictis, ſi quæ eis fieri contingat, aliquid eis acquiratur, neque in proprio, neque in communi, vt eſt tex. exprefſus in cap. exiti de ver. ſigni. in 6. & in cl. exiti de verb. ſignific. Fratres autem Prædicatores, & alii mendicantes, exceptis minoribus, poffunt capere ex teſtamento etiam bona immobilia, non tamen vt ea retineant, neque in proprio neque in communi, ſed vt vendant, & eorum precium in ſuas neceſſitates conuertant. ita dicit

gl. notab. quæ ſemper ad hoc propoſitum ſolet allegari in cap. 1. in verbo, Domum, de religio domib. in 6. & dicit Cal. confi. 46. ſub tit. de teſtam. quod hanc concluſionem tenent omnes ſcribentes. Hanc etiã eſſe communem opin. atteſtatur Alexan. confi. 88. numero, primo, libro ſecundo Decius confi. 559. poſt numero, 3. & 4. & in capitulo, in præſentia, numero, 69. de probatio. & licet aliqui ex præallegatis doctoribus loquantur de bonis eius, qui ingreditur religionem, de quo etiam dixi ſupra hoc eodem libro, §. primo. Idem etiam, & forte plus dicendum eſt in bonis legatis, prout loquitur glo. in dicto c. primo, & multi ex Docto. & ſupra allegatis, Non enim dicuntur accipere immobilia: ex quo ſtatim illa vendere intendunt, & precium in ſuas neceſſitates conuertere. Caue tamen, ne decipiaris, quia licet antiquitus per conſtitutionem capituli generalisſimi fratrum Prædicatorum cautum fuerit, ne proprium quid immobile poffiderent, tamen poſtea per cõtrariam conſtitutionem alterius capituli generalisſimi, illa prima conſtitutio fuit reuocata, & ſic hodie ſunt capaces bonorum immobilium in communi, prout ſunt alii non mendicantes, & de hoc etiam extat amplum priuilegium eis cõceſſum a Sixto Papa eius nominis Quarto, & ita indiſſerenter obſeruat.

Quo uero ad alios religioſos non mendicantes, quibus permiffum eſt poffidere bona immobilia in communidicendum eſt, quod proculdubio poffunt capere ex teſtamento, non tamen ut ſibi acquirant ſed monaſterio, & in hoc nemo diſcrepat.

QVAEST. XXX.

SVMMARIVM.

Monacho herede inſtituto an deſeratur hereditas monaſterio ipſo iure.

Quæro



V A F R O, pone, quod monachus ſit heres inſtitutus, nūquid hereditas deſeratur monaſterio ipſo iure. an autem prius deſeratur monacho, & deinde mediante eius perſona deſeratur monaſterio? Utilitas autem huius, q. poteſt eſſe maxima, nam ex reſolutione huius articuli pendet deſiſio multarum queſtionum, puta ſi monachus ante aditam hereditatem decedat, an illam tranſmittat ad monaſterium. Item an monacho inſtituto reſpiciantur monaſterium, præſertim ſubſtituto. Item an monaſterium, vel etiam ſolus Abbas poſſit alere, de quibus omnibus ſuis locis tractauimus. Scias ergo quod in hoc articulo magna fuit controuerſia inter can. & legiſtas, nam communiter canon. tenent, quod ipſo iure, & abſq; aliquo ſcõ ipſi monachi, hereditas immediate deſeratur monaſterio, vt dicit Corne. confi. 272. in litera C, lib. 3. ſubdens, quod hæc opin. debet præualere in foro canonico, Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Canon. & cin. confi. 183. circa principio. libr. 2. & confi. 245. nume. 3. eod. uolumi. Curt. iuni. confi. 48. nume. 8. Ripa in l. prima, numero 150. ff. de vulga. Paris. in dicto cap. in præſentia, numero 203. de probatio. Ex alia parte communiter legiſtæ tenent, quod ſi prius hereditas deſeratur monacho, & deinde ex perſona monachi, acquiratur monaſterio. vt dicit Bertrand. confi. 73. numero 3. lib. tertio, in ſecunda parte, & hanc eſſe communem opin. legiſtarum atteſtatur Socin. in dicto confi. 183. circa princip. & confi. 52. numero 19. libro quarto. Ripa in dicta lege prima, numero 150. Guliel. de Benedic. in ſecunda parte repetit. capitulo Raynutius, fol. 25. numero 81. Purpurar. in l. final. numero 191. C. de pactis. Hæc eſt ardua queſtio. & ſatis periculofa propter infinita argumenta, quæ hic inde adducuntur per Doctores. propterea in tanto conſilio opinionum, credo, quod iudex non erraret ſequendo in foro Cõſaris opinionem legiſtarum, & in foro canonico opin. canonistarum.

QVAEST. XXXI.

SVMMARIVM.

Filius naturalis an poſſit capere ex teſtamento.

Et an ſpurius, verſiculo, Sed quid dicendum.

Et an relictum factum ſpurio applicetur ſiſco, verſic. Sed quid ſi pater.

Et quid ſi relictum ſit ab extraneo, verſic. Regulariter.

Et quid ſi relictum ſit a patre extraneo heredi, quid deinde ſpurium inſtituat, an præſumatur factum in fraudem, verſic. Sed pone.

Et quid ſi ſpurio legitimo, verſic. Scias tamen.

Et quid ſi inſtituatur ſpurius ſub conditione ſi legitimabitur, ver. Sed quæro.



Væro, nunquid filius naturalis vel ſpurius habeat teſtamentum actionem, intellige de paſſiua an ſcilicet poſſit capere ex teſtamento, nam de actiua nulli dubium eſt, q̄ poteſt condere teſtam. & p̄ reſolutione, omittendo qd eſſet conſtitutum de iure digeſtorum, habemus tex. exprefſum in auct. licet. C. de natural. lib. in qua videre potes, in quib. caſibus, & in quoa parte poſſunt parentes filios naturales ſibi heredes inſtituere, cuius quidem auct. diſpoſitio eſt in viũ, & ſeruat, neque eſt correctã per diſpoſitionem. c. per venerabilem qui filij ſunt legit. & ſic obſeruanda eſt etiam de iure canonico, vt latius dixi ſupra, lib. 2. §. filius.

Sed quid dicendum eſt de filio ſpurio, & ſic nato ex damnato coitu? Reſpond. quod huic filio non poteſt pater in teſtamento aliquid relinquere, vt eſt tex. in d. auct. licet in ſi. Niſi forte occasione aliorum. Tenetur enim pater huiusmodi filios alere, etiam de iure ciuili vt dixi in d. §. filius.

Sed quid ſi pater habens filium ſpurium, illum in teſtamento hæredem inſtituat, vel aliquid ei relinquat? Reſpond. quod talis inſtitutio, & relictum niſi i. v. Traç. Iul. Clar. C. act,

let, & pro non scripto habetur, illud autem, quod relictu in erat spurio, nō applicatur fisco, neque fiscus illud auferat ab ipso spurio, cūquam ab indigno se defertur venientibus ab ingratato, vel hereditibus institutis, si qui extant. ita dicit Bart. in l. fua. nume. 8. ff. de his quibus vt indignis, & in l. hereditas. nume. 1. C. de his quibus vt indignis, & est communis opinio; & conclusio Doctorum vbiq; vt attestatur Alex. in consil. 74. nume. 6. lib. 3. & in l. si is qui. post name. 3. ff. de vulg. Quam tamen intellige, vt procedat, quando eis patam relictu est, secus autem si hères, vel aliquis alius patri testanti fidem accommodauit, nam eo casu fiscus ab eo auferret, tanquam ab indigno, vt dixi infra, li. 5. §. fin. q. 9. v. c. Quando hères. Ratio autem differentie est, quia, quando relinquitur filio spurio, relictu habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est profusus incapax, & sic fiscus nō habet a quo auferat, sed quando relinquitur alteri, qui fidem accommodauit illud dādi filio spurio, ille quidem est capax, sed quia fidem in fraude accommodauit, fiscus ob eo illud auferat, quam ab indigno.

Regulariter quidem tam spurius, quā ipsius spurij pater habent testamenti factionem, præterquam inter ipsos, nam pater spurij potest cuiusque in testamēto relinqueret pater, nam ipsi filio spurio, & econuerso filius spurius potest a quocunque excepto patre, sibi in testamēto relicta capere. Poterit igitur ab extraneis spurio relinque, vel et interuiuos dari quocunque titulo, vt dicit gloss. in aut. quibus mod. nat. eff. sui. §. vltima si quidem, in verbo, Participium, quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Io. Garo. in l. 1. in textual. nu. 37. in fi. C. de sec. nup.

Sed pone, q̄ pater habens filium spurium, instituat aliquem extraneum heredem, qui deinde moriens ipsum spurium heredem in bonis sibi ab eius patre relictu instituat, nunquid præsumetur hæc factio in fraudem: ita vt fiscus ipsa bona ab eis auferre possit? Respond. quod non, ita dicit Bar. in d. l. si is qui, num. 3. quem sequuntur cōmuniter Doctores, vt dicit

Alex. in ca. l. si is qui nume. 6. Quod intellige, vt procedat, nisi aliqua alia coniectura fraudis concurrerent, puta, q̄ ille institutus dum viueret semper permisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere, vel similes.

Scias tamen, q̄ hæc omnia intelligenda sunt, vt procedant in filio spurio legitimo, nam si esset legitimatus, vt q̄; posset etiam a patre hères institui, & a quocunque titulo relinqui. Quinimo si esset a patre in testamento præteritus, illud rumpere ad instar legitimi, vt dixi infra q. 84. Et hoc quidem de plano procedit, quando est legitimatus, tempore quo a patre hères instituitur. Sed quid si legitimitur post conditum testamentum, nunquid institutio reconualescet? Respond. Aut fuit legitimatus viuo ipso patre testatore, & tunc legitimatio retrotrahitur ad tempus testamenti, & consequenter in institutio conualidatur. Aut vero fuit legitimatus post mortem patris, & tunc legitimatio non retrotrahitur, & sic institutio non reconualescit, ita communiter tenetur, vt dicit Alex. in l. Gallus §. institutus post nume. 2. vers. Si autem filius, Et hanc dicit esse communem opin. Gozad. consil. 21. post num. 35. vers. Ad quintum. Bene verum est, quod si pater ipse instituit filium legitimum, crederem eundem descendendum, quod si ipso patre viuenteligitimatus fuisset, ad quod faciunt ea, quæ dixi supra, lib. 2. §. filius.

Sed quæro, nunquid possit pater filium spurium instituire sub conuisione, si legitimum ab iuribus? Respond. quod sic, & talis institutio valebit, ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cagnol. in l. quandiu, post nume. 3. ff. de regu. iur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bauer. instit. de hæred. instit. §. hères, nume. 6. & seq. Iaf. in d. l. Gallus §. institutus, nume. 5. & consil. 117. col. pen. lib. 2. quem refert Io. Dilc. de Arte test. lib. 1. caut. vlti. nu. 15. Dēc. consil. 176. post nu. 5. vers. & sic ratio. Curt. lun. consil. 34. num. 3. & ita quod dicit seruatur.

Præterea quæro, an valeat institutio dispensata, quod pater possit instituire filium spurium, dixi supra lib. 1.

Quæst.

QVAEST. XXXII.

S V M M A R I V M.

Pater an possit instituire nepotem legitimum & naturalem natu ex filio spurio.

Et quid si illum instituat contemplatione filij, ver. Scias tamen.

Et quid si habeat sobolem legitimam, ver. Item scias



Idem est, quod pater non potest filium spurium heredem instituire. Quæro, nunquid possit nepotem legitimum, & naturalem natum ex iplo filio spurio sibi heredem instituire? Respond. quod sic, & est communis conclusio. vt dicit Cornel. consil. 1. col. 16. in litera F, libro 3. Berous, q. 127. circa princip. Cessat enim in eo macula naturalium, & licet radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quam mediata.

Scias tamen in primis, quod hæc conclusio non ita absolute procedit, vt scilicet liceat auctori institui huiusmodi nepotem ex filio spurio instituire, sed distinguendi sunt tres casus secundum Bar. in d. l. Gallus, §. quod si is. Aut enim certū est, q̄ auct. instituit istum nepotem contemplatione filij sui spurij, ut scilicet filius ipse sentiat aliquod commodum ex tali institutione, puta vltus fructus, vel huiusmodi & talis institutio corrumpit, & in huiusmodi & talis institutio corrumpit, & in hoc nemo dubitat. Aut vero certum est, quod illum instituit istum nepotem contemplatione filij sui spurij, pura, quia ipse filius iā sit præmortuus, vel quia auct. expresse cauet in testamento, vt nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur, & neq; etiā quod ad vltus fructum, & eo casu valet institutio. Aut sumus in dubio, quia, scilicet non apparet, an contemplatione filij fuerit institutus, vel non, & tunc pariter valet institutio, & ista est cōis conclusio, vt attestatur Iaf. in d. §. q̄ si is, nu. 2. 1. & seq. In dubio enim semper est fauendum est testamento, & sumenda est etiā præsumptio, propter quam delictum excludat.

Item scias, quod hæc conclusio, quod auct. possit nepotem legitimum ex filio spurio heredem instituire, de plano procedit, quando ipse auct. aliam sobolem legitimam non hēt, & ita esse communem opin. attestatur Alex. in d. §. quod si is, nu. 7. Corn. consil. 25. col. nu. 3. lib. Dec. consil. 462. nu. 17. & seq. Sed quid si extet auct. soboles legitima? Resp. q̄ extante sobole legitima non potest auct. plus relinqueret tali nepoti legitimo nato ex filio spurio, quam potuisset relinqueret ipsi filio spurio eius patria. ita tenuit gl. fi. in l. fi. C. de nat. lib. arg. illius legis, quæ in nepotibus ex filijs naturalibus ita distinguit, & hanc opin. dicit esse communem. Alex. consil. 74. post nu. 5. lib. 3. Iaf. in l. hæreditas, nu. 8. C. de his quibus ut idig. Bertran. consil. 277. nu. 1. li. 3. in 2. parte. Apostil. ad Alex. in d. consil. 74. sub nu. 1. Licet super hoc artic. Doctores varia scripserint, hæc tamen opi. tanquam verior & æquior tenenda esset in practica, Semper enim fauere debemus legitimæ sobolis, potius quam illegitimæ, ut homines ab illicito concubitu, quantum fieri potest retrahantur.

QVAEST. XXXIII.

S V M M A R I V M.

Prodigus an possit testari.

Vasallus an possit de feudo testari, ver. Item quæro. *Remissius.*



Verò, nunquid prodigus possit testari? Respond. quod antequam sit illi interdicitum per iudicem administratio bonorum, poterit testari, & eius testamentum valebit. Ita dicit gl. 1. in l. is cui lege. in prim. in 2. exemplo, ff. de test. & illa gl. cōmuniter approbatur vt dicit Aret. in d. l. is cui, col. 2. vers. In gl. postea.

Item quæro, nunquid vasallus possit de feudo testari, dixi infra libr. 4. §. secundum. q. 40.

C 1 Quæst.

QVAEST. XXXIII.

SUMMARIUM.

*Inhabiles an testandum an possint testari ad
pias causas.*

*Intestabiles alius, scilicet qui non possunt
condere testamentum, an etiam sint in-
testabiles passivae, ut scilicet non possint
capere ex testamento, versicul. Item
quæro.*

*Et quid si princeps concedat alicui facultate
rem testandi, an ille poterit testari non
servatis solemnitatibus a iure requisitis,
versic. In proposito.*



Quæro, nunquid illæ personæ, quæ alias, sunt inhabiles ad testandum possint testari ad piæ causæ? Dixi. supra, quæst. 5.

Itæ quæro nunquid personæ, quæ sunt intestabiles active sive quæ non possunt tacere testamentum, sint etiam intestabiles passivæ, ita ut neque possint capere ex testamento? Respond. In hoc est distinguendum, nam aut quis est prohibitus testari propter aliquod crimen commissum, ut est hæreticus, & talis non potest capere ex testamento Aut est prohibitus testari pro aliquo defectum, qui non cadit in crimen, ut est pupillus, mutus, & huiusmodi, & non prohibetur capere ex testamento; ita tenet gl. in l. i. s. cur. §. r. in gl. fi. in fi. ff. de test. quam approbat Doc. communiter omnes, ut dicit Are. in eod. §. r. colum. fin. versic. in gl. vltima.

In proposito huius materię quæro, si princeps concedat alicui facultatem testandi, nunquid iste poterit testari non servata solemnitate a iure requisita? Rñ. Aut ille qui princeps concedit facultatem testandi, est alias de iure communi inhabilis ad testandum, & tunc talis facultas intelligitur servata solemnitate iuris communis. Aut vero talis facultas est concessa alicui, qui sit habilis ad testandum, & hoc casu, ut concessio aliquid operetur, intelligitur absque solemnitatibus iuris communis ita distinguit gl. in l. i. quan-

do in gl. r. C. de inoff. testam. & dicit Alber. in d. l. i. quando in fine principij, quæ hæc optimo. & distinctio communiter tenetur, & servatur. Dicit etiam Dec. in l. eunuchis, post nu. 15. C. qui testa. facere possit. quod etiam gl. communiter Doctores sequuntur.

QVAEST. XXXV.

SUMMARIUM.

Institutio hæredis in testamento necessario requiritur.

Et an sufficiat tacita versic. In primis igitur.

Et an valeat testamentum secundum consuetudinem Galli Aquilij, versic. Hinc inferitur.



Itemus, quibus personis permissum sit facere testamentum, & quæ personæ ex testamento capere possint. Nunc est videndum, quæ in testamento ipso requirantur, & in hoc scire debes, quod ex his, quæ de iure in testamentis requiruntur. Aliqua sunt quæ respiciunt formam substantialem ipsius testamenti, ut est institutio hæredis, Aliqua respiciunt formam probatoriam ut sunt rogatus testium, ac notarij, publicatio testamenti, & huiusmodi, de quibus omnibus sigillatim videamus.

In primis igitur institutio hæredis est caput testamenti, §. autem hæredis. Institutio hæredis sine ipsa dici potest esse testamentum, & consequenter, illa deficienti testamento ipsum corrumpit, ut de his omnibus sunt iura vulgatissima. Scias autem quod duplex est institutio hæredis, expressa scilicet & tacita, Expressa est, quando testator nominatim dicit, Titium hæredem instituo. Tacita vero, puta, si testator dicat, Si ille, qui ab intestato mihi successurus est, nolit esse hæres substituo Caium. Nam in eod. casu videtur tacite testator instituisse, eum qui erat illi ab intestate

intestato successurus. Quæro nunc, an ista tacita institutio sufficiat ad validitatem testamenti? Respon. Aut ille, qui est tacite institutus, erat persona, quæ de necessitate iuris non debebat institui, uel exheredari, sed erat extraneus, & tunc sufficit humilissimi tacita institutio ad validitatem testamenti, & substitutionis & in hoc consentiunt omnes Doctores, ut dicit Guliel. de Benedic. in 2. parte resp. c. Raynuius, fol. 4. num. 23. Aut vero iste erat filius, uel alius, qui de necessitate debebat institui, uel exheredari, & hoc casu non sufficit, quod sit eo modo tacite institutus, sed requiritur, quod sit nominatim, & expresse institutus, & hæc est communis opinio, ut attestat Guliel. de Benedic. in loco præallegato, nu. 23. & seq. Ratio autem differentia, est nã licet utroque casu videatur testator tacite instituisse eum, quem posuit in conditione, tamen in secundo casu hæc tacita institutio non sufficit, ex quo pro forma traditionis est alioquin, quod filius nominatim instituitur vel exheredatur, quæ non potest æquipollens adimpleri.

Hinc inferitur, quod non valet testamentum conditum secundum consuetudinem Galli Aquilij, scilicet per illa verba, si filius meus me vivus morietur, nepotem instituo quæ necessaria erant institutio filij expressa, & hæc est communis opinio. quid quid dixerit Bar. in l. Gallus in prin. nu. 5. & illam communem esse attestatur Ale. conf. 108. post nu. 4. versic. prædictis etiam lib. primo, quod est in ea parte duplicatum in conf. 109. nu. 7. lib. 2. Idem Alex. conf. 185. post nu. 17. versic. nec ob. quod not. lib. 2. & conf. 199. post nu. 12. eod. vol. quem refert Apostil. ad Bar. in l. Gallus in prin. sub nu. 5. Idem affirmant. scribentes in d. l. Gallus in prin. & in specie Alex. post nu. 6. ver. ex prædictis, & Claud. post nu. 10. & las. nu. 44.

QVAEST. XXXVI.

SUMMARIUM.

Institutio hæredis debet esse certa.

Et quid si non sit specialiter expressa, perso-

*na hæredis, sed veniat certificanda per
aliam cedulam, vel scripturam, versic.
Sed quid fit testator.*



D hoc autem, ut institutio veletur, plura requiruntur, primo scilicet, quod sit certa. Item, quod ore proprio exprimat. Itæ quod sit iusta, & intelligi iustam, quia si testator habet filium, tenet illi instituire, & c. Dixi ergo in primis, quod debet institutio esse certa, quia nisi persona eius, quæ heres instituitur, sit certa, testamentum ipsum corrumpit. I. quoties, §. heres ff. de hered. inst. cum simul. Quod tamen intellige, secundum doctrinam Bar. in l. quidam relegatus, num. 3. ff. de reb. dub. quam dicit esse communem Paris. conf. 3. nu. 12. & 15. lib. 3.

Sed quid fit testator certum hæredem in testamento suo nominatim non expresserit, illum tamē designaverit per relationem ad aliam cedulam, uel scripturam, in qua sit ipsius hæredis nomen expressum ita tamen, quod illius persona veniat solum post testatoris mortem certificanda? Certe talis institutio sustinetur, & ad hoc allegat Bar. in l. si ita scripsero ff. de cod. & demonstra. Sed advertendum est, quia Bar. ibi loquitur in legatis, & relictis particularibus, & in illis doctrina Bar. est communiter approbata ut dixi supra §. legatum, & attestatur etiam las. in l. certum, post nu. 1. ff. de cert. per. Qui subdit contrarium esse tenendum in hæredis institutione, & ad hoc poterat Bar. in l. si in fi. C. de iudicomm. & dicit, quod opi. Bar. ibi est communis. Sed quod dicat las. doctores magis cõter idem sentiunt etiam in institutione hæredis uniuersalis, ut dixi supra quæst. 4. ver. Sed pone, & hæc opi. quæ valet humilissimi institutio implicite facta per relationem ad aliam cedulam, dicit esse communem Paris. conf. 19. nu. 13. lib. 3. ubi etiam dicit ita communiter servari Nata in repet. aut. quod sine, nu. 26. C. de test. iudicio meo negari non potest, quin hæc opinio in puncto iuris non modicã pariat difficultatem, nihilominus pro auctoritatem doctorum illam tenentur, Tract. Iul. Clar. C 3 &

& stante etiam communi obseruantia, non esset ab ea in practica recedendum. Illa tamen intellige, vt procedat modo liquide constat illam cedulam, vel scripturam, que exhibetur, esse illam ad quam testator se retulit, alias dispositio est penitus nulla ita dicit Bar. in d. l. si ita scripsero, & ita omnes vno ore concludunt, vt dicit Paris in all. r.ato consil. 9. nume. 26. Vide quae dixi in d. q. 3. ver. Sed pone.

QVAEST. XXXVII.

SUMMARIVM.

Testator debet heredem ore proprio nominare.

Et quid si notarius nominet ipsum heredem, & interroget testatorem, qui respondeat, quod sic, versic. Sed quid si notarius.

Et quid si fiat ab alio quam a notario, vers. Et licet Bald.

Et quid si notarius testatorem non specialiter de heredibus ipso, sed de toto testamento interroget, ver. Hanc etiam.

Et quid si testator articulate loqui non possit, vers. Scias ergo.

Et quid si talis interrogatio fiat a persona suspecta, vers. Item scias.

Et quid si huiusmodi testamentum scriptum sit in iussu testatoris, vers. Tertio, scias.

Et quid si testator prius aliud testamentum validum confecerit, vers. Quarto, scias.



DICEBAM est institutio ne heredis requiri, quod testator ipsum heredem suo ore proprio noiet & de hoc est tex. in l. h. gre des palam in prin. ff. de testamen.

Sed quid si notarius, aut aliquis alius exstantibus tempore testamenti exprimat nomen heredis, & ipse testator verbis profiteatur se agnoscere, nunquid valet institutio? Respond. Alber. Papien.

tenuit, quod non, sed quod omnino requiratur, quod testator ore proprio nominet ipsum heredem. Contrarium vero sententiam scilicet, quod imo talis institutio valeat, tenet gl. vulgata, quae ad hoc quotidie allegatur in l. iubemus, in verbo quemadmodum. C. de testam. & ideo si quis interroget testatorem hoc modo, vis instituire heredem Titium, & ipse respondeat illius interrogationi, quod sic, sustinebitur testamentum, perinde ac si testator ore proprio heredem ipsum nominasset & illam glof. dicit esse communiter approbatam Af. Decis. 143. numero 3. & ita communiter teneri affirmat Soc. consil. 20. post num. 5. lib. 1. Hanc etiam opin. esse communem attestantur scribes in d. l. iubemus, & in specie Fulg. qui dicit, quod ita communiter tenetur, relatus per Corn. consil. 26. in litera P, libro. 4. & Alexand. nu. 9. & las. nu. 10. qui etiam refert Ange. ibi dicentem, quod haec communis opin. approbatur in iudicijs, & in scholis, licet Ang. in libro meo hoc non dicat, Alexan. consil. 12. post num. 6. lib. primo, & consil. 23. nume. 1. & seq. lib. 3. & consil. 47. nume. 7. lib. 2. Imol. in cap. cum tibi, nu. 3. de testam. quem refert Corn. consil. 73. in litera H. lib. 1. Corn. consil. 257. circa fil. j. Bal. nouel. in l. 1. §. si quis ita, ff. de ver. oblig. quem refert A. post. ad Alexan. in d. l. iubemus, sub nu. 9. las. consil. 124. in fin. libro primo. Dec. consil. 489. post nume. 3. vers. Et in casu. Ruin. consil. 12. nume. 9. & nu. 12. lib. 2. Bertrand. consil. 212. post nume. 17. lib. primo, in secunda parte, Bauer. infit. de testamen. in prin. num. 64. & seq. Socin. Iuni. consil. 144. nume. 13. libro. 2. & consil. 178. numero 16. eodem volumi. & consil. 183. nu. 26. eod. vol. Eoer. Decis. 35. numero 6. Crauetra consil. 117. numero 1. D. Bellon. Praeceptor meus in institutio nibus, & deinde mediolani Senator consilio 63. numero 8. Ioan. Dilec. de arte standi tit. 4. caut. 2. num. 1. & ita obseruari attestatur Bar. in d. l. heredes palam, in fine principij.

Et licet Bald. in d. l. iubemus, numero 6. in fi. voluerit restringere hanc opin. gl. & communem, vt solummodo procedat, quando ille, qui interrogat, est ipse notarius,

rius, qui de testamento debet esse rogatus, & aliqui etiam ex praallegatis doctoribus referant glo. ipsam loqui in tabellione. Alii vero dicunt, quod gl. primo generaliter loquitur, deinde subdit maxime, si fit tabellio, tamen in libro meo illa gl. nullam mentionem facit de tabellione, & iudicio meo magis communis iudicij doctorum est quod illa decisio gl. indistincte procedat, siue interrogans sit notarius, siue quicumque alius, & ita plures ex doctoribus, supra allegatis in l. i. in c. affirmant illam esse communem, & multi etiam idem attestantur, consulentes in casibus, in quibus testator non fuerat interrogatus a tabellione, sed ab alio extraneo, & in specie Ruin. consil. 1. nume. 8. lib. 2. & quod circumscriptis his qui loquuntur in notario interrogante, sit etiam longae magis communis opin. tenentium generaliter, tam in alio interrogante, quam in notario, attestatur, Corn. consil. 77. in litera D. lib. 4.

Hanc etiam conclusionem nonnulli exrendum vt procedat, non modo si notarius specialiter de ipso herede tantum testatorem interrogauerit, sed etiam si totum testamentum in scripturam redactum testatori legat, & deinde testatorem generaliter interrogauerit, an ita testari velit. Et ita loquitur Aretin. insti. de testam. in prin. post nu. 5. versiculo, Nota istam, ubi dicit, quod ita tenent communiter Doct. quem refert Gratius consil. 30. nume. 20. lib. 2.

Sed certe licet forte propter auctoritatem tot doctorum difficile esset in practica obtinere contra op. illius gl. Mihi (vt verum fatear) Illa nunquam placuit, quae negari non potest, quin eam tenendo sit aperta via fraudibus, & aliquando dicebam maxime de republica futurum, si Caesarea constitutione caueretur, ne huiusmodi testamentis, quae ab infirmis ad alterius interrogationem conficiuntur, aliqua fides adhiberetur, nisi testator saltem per tres dies in bono sensu post tale testam. conditum superuixisset, nam saepe numero ab infirmis fere statim morituris solent talia testamenta extorqueri, ut ego aliquando in facio cogitasse intellexi, & ideo de sci

li, si casus coningeret, recederem ab illa opi. tam iudicando, quam consulendo.

Scias ergo in primis, quod ista conclusio gl. quae habet, quod testamentum, & institutio valeat, quando testator alio interrogante, an velit talem instituire, respondet, quod sic, restringenda est, ut procedat, modo testator ipse non sit adeo oppressus morte, quod articulates loqui non possit, sed libere adhuc bonum sensum, & bonam memoriam, alias secus, & ita loquuntur omnes doctores supra allegati, vt per te videre poteris, & in hoc meo dubitat.

Item scias, quod dicta conclusio non procedit, ubi talis interrogatio fieret a persona suspecta, ei qui est in ultimo mortis articulo constitutus, nam eo casu, attentata qualitate interrogantis, & ita interrogati, relatur vehementis suspicio, quod testator potius ad suggestionem, & importunitatem illius ita responderit, quam quod talis esset eius uoluntas, & ita hoc casu sequenda esset opi. Alber. Papien. quibus in duobus concurrentibus dicit esse magis communem Soc. Iun. in d. consil. 83. nu. 27. & seq. lib. 2. ubi etiam refert Guliel. Pont. idem attestantem in l. 1. §. si quis ita, col. 6. ver. Limitatur tamen ff. de verb. obl.

Tertio scias, quod illa gl. & communis opin. restringenda est, ut procedat, qua uo testator prius expoluerat uoluntatem suam notario, qui eam redigit in scriptis postea redit ad testatorem, & illa lecta cum interrogat, an velit ita testari, nam eo casu si responderit, quod sic, utique ualet, quod gestum est, & hanc dicit esse communem declarationem, & limitationem bello. consil. 74. nume. 14. Sed si quis iniussu testatoris testamentum aliquod ordinauerit, & postea coram ipso, & etiam coram testibus lecto tali testamento interroget testatorem, an ita velit, & testator respondeat, quod sic, tale testamentum nihil penitus ualet, & ita communiter tenetur, vt dicit Bertrand. consil. 194. numero 3. lib. 3. in secunda parte. Socin. Iun. in d. consil. 183. numero. 32. & licet Alex. in d. l. iubemus, & Dec. in d. consil. 489. & alij etiam imperius allegant in versicu. Sed quid si notarius, attestant

hanc opin. que dicitur fuisse Albe. Pap. esse communiter reprobata, illud tamen non esse verum, nisi quatenus ipse Albe. volebat simpliciter, & absolute, quod testator infirmitate grauatus non possit ad alterius interrogationis testari, hoc enim repugnabat opi. glo. in d. l. iubemus, que proculdubio est magis communiter approbata, vt superius dixi, sed quatenus volebat opus esse, quod ante interrogationis appareret testatorem ita voluisse testari, certe opin. Alber. est magis communis, magis aequa, & magis tuta. & id his duobus concurrentib. si testator sit valde infirmitate grauatus & quod non constet testatorem habuisse prius animam ita testandi, non esset ab ea recedendum, & ita secundum istam opi. in facti contingentia iudicauit senatus in causa Illust. D. Marliani.

Quarto scias, quod si testator iam aliud testamentum validum, & solemne confecerit deinde faciat secundum ad alterius interrogationem, per hoc posterius illud primum non reuocatur, ita tenuit Paul. de Castro consil. 155. in fin. lib. 1. & hęc limitatio est magis communiter recepta, vt attestatur Soc. Iun. in allegato consil. 183. num. 34. & licet iste limitationes videantur sere destruere ipsam conclusionem glo. & communem, ego tamen eas consulendo, & iudicando sequeretur intrepide, & alijs sequendas considerem, vt quantum fieri potest malitiosis hominum, & fraudibus occurratur.

QVAEST. XXXVIII.
SVMMARIVM.

Hodie legitima filio relinqui debet titulo institutionis.
Et quid de iure digestorum, & codicis, versic. Et hęc quidem.
Et quid de iure canonico, versicul. Hęc etiam.
Et quid in testamento inter liberos, versic. Sed quid in testamento. Remissive.
Et quid in testamento condito ad plures causas, versic. Item quid. Remissive.

Et quid in testamento condito ab eo qui vult ingredi religionem, versic. Item quęro.
Et quid in legitima qua relinquitur filio secundum minime, versic. Sed quid in filio.
Et quid in legitima ascendentium, versic. Sed quęro.
Et quid si quęritus legitima sit altera ex dispositione statuti, versic. Sed pone.
Et quid si pater dicat, relinquo filio meo centum, an censentur relicta titulo institutionis, versic. Quid vero.
Et quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel falcidia, versic. Sed quid si dicat.
Et quid si testator dicat, relinquo filio mea centum pro dote, ver. Quid autem.
Et quid si pater adiciat, quod nihil vloro petere possit, versic. Preterea quęro.
Et quid si testator iusserit testamentum extendi ad dist. omen sapientis, nemoquid poterunt addi illa verba a titulo, vel iure institutionis, versic. Vltierus quęro.



DIXI etiam, quod institutio debet esse iusta, non enim sufficit in testamento aliquem esse institutum, ad hoc vt testamenti ipsum valeat, sed requiritur, quod si quis de iure est instituendus, instituat, alias testamentum est nullum, Et posuit exemplum in filio, qui de iuris necessitate debet institui, vel exheredari, & id si sit preteritus, testamentum est nullum vt dixi infra q. 42. in princ. & est communis conclusio, vt dixit Cur. Iun. in auct. ex causa, nu. 52. C. de lib. preter. Et aduerte, quia de iure nouissimo, ad hoc vt filius non dicatur preteritus non sufficit, quod de eo in testamento sit facta mentio, etiam si pater ei aliquid relinquat, quod sit plusquam legitima illi debita, sed requiritur, quod sit ei relicta titulo honorabili institutionis, text. est in §. aliud quoque capitulum, in aut. vt cury de ap. pel. cognos. & licet gl. in l. scimur. §. cum autem in verbo, Celebrari. C. de inoffic. test. tenuerit, quod sufficit si filius sit honoratus per viam fideicommissi, tamen contrarium teneit communiter Doct. & illam

illam glo. esse communiter reprobata attestatur Alex. in l. inter cetera in prin. num. 2. in ff. de lib. & posth. & sic facienda est conclusio, quod omnino, ad hoc vt testamentum valeat, requiritur quod filio relinquantur legitima titulo institutionis, alias testamentum esset nullum, & sic filius succederet patri ab intestato, & ita tenent omnes indifferenter, vt dicit Ias. in auct. nouissima, num. 13. C. de inoff. test. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex. in d. l. inter cetera in prin. post nu. 2. versic. sed sustinendo, Picus in repet. l. in quartam, post num. 50. versic. Quarta est conclusio. ff. ad Treb. Bertr. consil. 19. col. 1. lib. 3. in secunda parte, & consil. 65. num. 1. eo uolunt. & consil. 233. post num. 1. eo vol.

Neque credas, quod hęc dispositio iuris in fauorem filiorum sit proflus inutilis, inam si filius fuerit in re certa etiam minima institutus, proculdubio si coheres uniuersalis repudiauerit, tona hereditas accretet ipsi filio instituto in re certa. Quod tamen secus esset, si non titulo institutionis, sed titulo legati, aut fideicommissi, vt alio particulari titulo aliquid ei relicta fuisset, vt dixi supra, §. institutio. Item est utilis, quia institutus capit propria auctoritate, non autem legatarius, item quia heres scriptus potest intentare remedium, l. si. C. de edic. di. adr. toll. & petere remitti in possessionem, non autem legatarius, &c.

Et hęc quidem conclusio de plano pro credit de iure nouissimo, per tex. in d. §. aliud quoque, & ita loquantur doc. per me supra allegati, sed quod de iure digestorum? Rād. quod etiam de iure digestorum legitima erat filio relinquenda titulo institutionis, & hęc est cōis opin. ut dicit Gul. de Bened. in 1. parte repet. c. Rayn. fol. 184. nu. 15. Tac. de Nigris in repet. rubr. ff. de leg. 1. post num. 17. versic. ultra alios. De iure autem Codicis est expeditum, quod sufficiebat filium honorari quocunq; relicti titulo, text. est expressus in l. omnimodo. C. de inoff. test. & in hoc nemo dubitat. Sed quidquid sit, postquam habemus certam dispositionem iuris nouissimi, frustratorium est in huiusmodi quęstionib.

tempus contere.

Hęc etiam conclusio de plano procedit secundum ius civile, est n. de hoc tex. expressus in d. §. aliud quoque, & ita cōmuniter teneri attestatur Imo in d. c. Rayn. post nu. 51. versic. Sed quidquid, & in hoc modica est controuersia inter Doct. oress. Sed quid dicendum de iure canonico nunquid est illo iure necesse est, vt legitima filio relinquantur titulo institutionis? Respond. in hoc varia fuerunt opin. inter doct. nam Hostien. in c. Ray. tenuit, quod de iure canonico, sufficeret legitimam relinqui quocunq; titulo, & hanc opin. dicit esse communem Alex. in d. l. inter cetera in prin. num. 6. quem refert Politus in repet. l. filium quem habentem, nu. 145. in fin. C. famil. herc. & Ruin. consil. 11. num. 2. lib. 2. Contrariam autē opi. si. quod imo etiā de iure canonico requiritur, quod legitima filio relinquantur titulo institutionis teneantur gl. in d. c. Ray. in uerbo, Relinquens, & in c. si pater in verbo, Instituit. de test. in sexto, quas dicit esse communiter approbatas, idem Alex. sibi ipsi contrariis consil. 70. nu. 6. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit cōiter teneri Imol. in d. c. Et illam Rayn. post nu. 51. ver. Sed dubium, & illā dicit esse communem Ias. in d. auct. nouissima, num. 31. & in rubr. foll. matrim. post num. 32. Boer. decif. 267. num. 1. Beron in d. c. Raynutius, num. 38. & seq. Io. Dilect. de arte testandi, titu. 3. caut. prima, post nu. 1. Probus in apostoli ad Jo. Mona. in c. si pater, num. 25. de testam. in sexto, Et quo enim hoc de iure civili est decisum, non est inducenda discrepantia inter ius canonicum, & civile, ubi exprefert id eandem in iure non reperitur, & licet forte contraria opi. magis conueniat equitati iuris canonici, tamen propter auctoritatem Doctorum tenentium hanc secundam opin. non esset ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

Sed quid in testamento inter liberos, nunquid erit etiam necessarium, vt filius sit honorati titulo institutionis dixi supra q. 8. versic. Sed pone.

Item: quid in testamento condito ad plures causas, dixi supra quęst. 6. versic. Sexto, inferitur.

Item quero, quid in eo, qui testatur volens ingredi religionem, nunquid etiam in eius testamento requiritur titulus institutionis, ad hoc ut testamētum ipsum valeat? Respond. Aut queris, an requiratur quod aliquid relinquat titulo institutionis monasterio, in quod ingredi vult, & unde quæ dixi supra q. 28. versic. ut vero. Aut queris, an requiratur, quod aliquid relinquat filiis titulo institutionis, & dico quod non, sed sufficit, q̄ relinquat quocūque titulo, & filii nihilominus habebunt suam legitimam ita tenet Bartol. in auct. si qua mulier, numero. 7. & seq. C. de sacrosanct. Ecclies. & est communis opinio, ut dicit Claud. in d.l. inter cetera, nume. 12. & sequen. Nam testamentum eius, qui vult ingredi religionem, non subiacet dispositioni iuris communis, vt dixi in allegata quaest. 28. versic. In primo, & versic. Sed nunquid.

Sed quid in filia femina, nunquid et in illa locum habebit conclusio, vt l. de necessitate et. an illi sit relinquenda legitima titulo institutionis? Respond. quod sic, & de hoc non est dubitandum, postquam a lege sublata est in successionebus differentia sexus. l. maximum vitium. C. de lib. p̄ter. Ideo eius præteritione p̄terit vitatur testamentum, sicut præteritione filij masculij, vt dixi infra, quaestio. 42. versiculo, Item quero.

Sed quero, tu scis, quod iure hodierno, ita est aucta legitima ascendentiū, vt legitima descendentiū, vt dixi supra hoc eo. lib. §. legitima. Nunquid etiam huiusmodi legitima ascendentiū erit pariter relinquenda titulo institutionis, sicut legitima descendentiū? Respond. Bar. in dicta auct. nouissima, nume. 4. C. de inofficio. testa. tenuit, quod non, sed contrarium tenent omnes Doctores, scilicet, quod imo fit etiam ascendentiū relinquenda legitima titulo institutionis, & hanc opinio. contra Bart. esse communem attestatur Ant. de Burr. consil. 15. num. 1. Alex. in l. 1. post num. 4. de honor. posses. secundum tabulas, Dec. in d. l. prima, num. 8. C. de honorum posses. secundum tabul. in d. auct. nouissima, nume. 37.

ubi dicit, quod in hac opinio. Bart. est solus, & miratus, q̄ ex tam frequenti cetera legistarum, & Cano. Bar. nullum amicum inuenerit, qui tenuerit cum eo, Guliel. de Bened. in prima parte repet. cap. Raynutius fol. 206. uume. 249. & sequen. Bertrād. consil. 34. num. 6. & 7. lib. 1. in 2. parte, & consil. 43. post nume. 1. lib. 3. in 2. parte. Socin. consil. 64. nume. 1. lib. 1. Ioan. Dilectus de arte testandi, titulo 3. cautela prima, nume. 1. pro qua facit tex. in d. §. aliud quoque, dum vult ea, que in filiis constituta sunt, etiam in parentibus locum habere, & in practica resas esse consulendo, aut iudicando ab hac opinio. recedere.

Sed pone, q̄ in ciuita et sedit statuto loquens de legitima, & aliter circa ipsam disponens, quam sit a iure communi dispositum, nunquid etiam huiusmodi legitima, ita alterata, erat titulo institutionis relinquenda? Respond. Bal. in l. maximum vitium, post num. 15. C. de lib. p̄ter. tenuit, q̄ non, Sed illud dictum Baldi communiter reprehendit, vt dicit Claud. in d. l. inter cetera, nume. 18. Polit. in replet. l. filium quem habentem, num. 154. C. fam. herc. Non enim est, ita de facili inducenda correctio iuris communis, præter id, q̄ a statuētibz expressum est.

Sed nunquid tota, & integral legitima, est de necessitate filio relinquenda titulo institutionis? Respond. quod non, sed sufficit, quod aliqua re, quecunq̄ illa sit, relinquatur titulo institutionis, satis enim est, quod in aliqua re, vel minima, filius sit honoratus illo titulo institutionis, & in hoc nemo dubitat.

Quid vero, si pater in testamento dicat, relinquo filio meo centum, nunquid censetur reliquum iure institutionis, ita vt testamentum sustineatur? Respond. quod non, & ita magis communiter tenetur, ut dicit Alexand. in l. humanitatis, post num. 1. versiculo. Et pro ista, C. de impub. Nam verbum, Relinquo adiectum certe ret, nunquid trahitur ad institutionem, vt dixi infra lib. 7.

Sed quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel pro falcidia, non tamen dicat titulo institutionis, nunquid hoc sufficit?

ciet? Respond. in hoc articulo fuit aliquando controuersia inter Doctores, nam Bar. in auct. vnde si pars, numer. 2. C. de inoff. testa. tenet, quod d. sufficit, & hanc opinionem dicit esse communem Alex. in d. l. humanitatis, nu. 2. Dec. in d. l. humanitatis, num. 4. quem refert Boer. decil. 267. col. 1. Hanc etiam opinio. quod scilicet sufficiat p̄ titulo institutionis, si testator dicat, relinquo centum filio meo p̄ legitimā, vel pro parte sua, dicit esse magis communem Alex. consil. 50. circa finem lib. 7. Contrarium autem opinionem, scilicet, quod imo non sufficiat tenuit Salyc. in d. auct. vnde si parens, nu. 4. & hanc opinio. dicit esse communem Ioan. Dilect. de arte testandi, lib. 3. caut. prima, numer. 1. in fine, Sed certe credo, quod Ioan. Dilect. in hoc verum non dicat, quia imo opin. Bar. est verior, & magis communis, & etiam aequior, sufficit enim mentem testatoris apparere, licet verba quandoque non ita aperta esse videantur. Non enim omnis testator (vt dicunt Doctores) scit dicere heredē institutio, vel titulo institutionis relinquo, & ab hac opinio. tanquam equiore, & que magis fauet testamento, censerem non esse in practica recedendum.

Quid autē, si testator dicat, relinquo filiz meę centum pro dote, nunquid tale reliquum sustinebitur in vim institutionis? Respond. quod sic, ex quo enim dos est ius vniuersale, vt dixi infra lib. 4. §. dos. Sequitur, quod verbum, Relinquo, illi adiectum debet importare institutionem, per ea quæ dixi infra lib. 7. Et hanc opinio. tenuit Ant. de Burr. in d. c. Raynutius, quam dicit videri vniuersiorem, & communiorē Ruin. consil. 14. nume. 7. lib. 2. Et ita obseruari attestatur Guliel. de Bened. in prima parte repe. d. c. Raynutius fol. 299. numero. 275. prout illum refert Apost. ad Alex. consil. 17. post numeri 20. lib. 3. Sed re vera, Guliel. ibi (quod viderim) hoc non dicit, quinimo videtur sentire contrarium, dum ait, q̄ hæc limitatio procedit de æquitate canonica, & q̄ forte non seruaret in terris imperij, Bene dicit, q̄ secundum hanc opinionem semper consuluerit Doctores Tholosani,

& sæpe iudicauit suprema parlamenti curia Tholosana. Ego vero non negauerim, quin ista opinio, de iure stricto aliqui patiatur difficultatem, put etiam multi Doctores contrarium in specie tenuerūt sed favore testamenti, ubi res ad hunc solum punctum reduceretur, vt q̄ inclinat rem jn hanc sententiam, maxime si esset iudicandum secundum æquitate, & sola facti veritate in speca.

Præterea quero, Pone, pater reliquit in testamento filio suo centum, deinde adiecit clausulam, quod nihil vltra petere possit, nunquid eo casu censetur relictum titulo institutionis? Respond. Bal. in l. si adulta, nu. 2. C. de hered. actio. tenet, quod sic, Sed in hoc reprehenditur communiter per Doctores, vt dicit Claud. in d. l. inter cetera, num. 22. Nam ex huiusmodi, verbis, q̄ apposita sunt, vt restringant dispositionē, non debet ipsa dispositio ampliari, vt scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui a testatore expressus non fuit.

Vltius quero, quid si testator in testamento dixerit, q̄ volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis, nunquid poterit sapiens, cuius dictamine extendendum est testamentum, apponere relicto factio filijs, illa verba, iure aut titulo institutionis? Rñ. Bar. in l. illa institutio, nu. 2. & 3. ff. de hered. instituen. tenuit, q̄ non, & dicit Claud. in d. l. inter cetera, nu. 16. in fi. q̄ eum sequitur communiter Doctores, Contrariam tñ sententiam, si q̄ imo possit, & debeat sapiens addere illa verba, iure institutio, tenuit Bal. in d. l. illa institutio, post nu. 1. versic. ea. gl. statuti, & hanc opinio. dicit esse communem Soc. lun. consil. 144. num. 14. li. 1. Et ita fit de facto, vt attestatur Io. An. in addit. ad Spec. in tit. de instrum. editio. §. postremo, sub nu. 13. quem refert Imola in d. c. Raynutius, post num. 55. Socin. iunior. consil. 124. numer. 48. lib. 1. & hæc opinio, tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata, tenenda est in practica, vt quantum possibile est, testatorum voluntatibus sustinendis, fauereamus, & hæc omnia nota, quia quoties in facto contingunt.

QVAEST. XXXIX.

S V M M A R I V M.

Filius in potestate an possit institui sub conditione potestativa.

Et an sub conditione casuali, vel mixta, versu. Aliqua vero.

Et quid in nepote qui tenet primum gradum, versu. Et hæc conclusio.

Et an hæc locum habeant iure hodierno, versu. Sed quero.



SUCCESSIVE quero, nunquid filius in potestate possit institui sub conditione? Respon. in hoc proposito possunt considerari tres species conditionum. Aliqua enim est

conditio prætina, aliqua casualis, & aliqua mixta. Prætina est, q̄ pendet à mero arbitrio ipsius instituti, puta, instituo te si feceris testamentum, & sub huiusmodi conditione potest filius institui, & testamentum non vitatur, neq; etiam respectu legitime, & ita est communis opin. ut dicit Alex. in l. cum posthumus in ff. de lib. & posthu. Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere, censet quasi pure institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacite paternam hæreditatem repudiare, & licet Barto. consil. 198. nu. 1. tenuerit, q̄ hæc conditio rejicitur, tu tamen tene contrarium scilicet, q̄ talis conditio potestativa non rejiciat ab institutione filij, nisi esset contra bonos mores, & ita esse communem opin. affirmat Ioan. Dilect. de arte testandi, titu. 3. caut. 4. nu. 2.

Aliqua vero est conditio casualis, que scilicet p̄cedat casu, siue fortuna, puta, si navis ex Asia venerit, ite aliqua mixta, que partim pendet ab arbitrio ipsius instituti, partim ab alieno, puta, si filius meus duxerit Seia in uxorem, &c. & sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta, non potest filius institui, nisi in defectum conditionis exheredetur, alias testamentum esse nullum, text. est in l. si pater. C. de

inst. & subst. & ratio est, quia deficiente conditione, filius non remanet iustus, neq; exheredatus, & sic tanquam ipso præterito testamentum redditur nullum, & hanc dicit esse communem rationem Ias. in d. l. si pater, nu. 8. & seq.

Et hæc conclusio locum habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus, scilicet, quem in gradu nemo præcedat, nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta heres institui, nisi i eius defectum exheredetur, alias testamentum erit nullum, put supra dictum est de filio in potestate, ita tenet glof. 1. in d. l. si pater, & est communis conclusio, ut attestantur scribentes in d. l. si pater, & i specie Ias. post nu. 16. versu. in quarta, & Dec. nu. 14. l. ec. consil. 246. col. 1. in fi. Est enim, & ipse de necessitate institutus, quando tenet primum locum.

Sed quero, nunquid hæc conclusio, q̄ habet, quod filio instituto sub conditione casuali, vel mixta testamentum est nullum, habeat locum etiam iure hodierno? Dubium autem facit, quia hodie de legitima filij rejicitur omnis conditio, ut dixi supra. §. legitima. merito filius debet censeri, tanquam in legitima pure institutus, & sic sustineri testamentum? Respo. in hoc articulo uarij fuerunt doctorum opin. nam antiqui omnes usque ad Bar. tenuerunt, quod etiam hodie tale testamentum non ualeat, & hanc opin. dicit esse communem Soc. consil. 97. post nu. 3. lib. 3. & consil. 98. nume. 1. eodem uolunt. ubi enumerat auctoritates, & opi. Bart. qui contrarium tenuit (ut statim subijciam) communiter improbari affirmat Ioan. Dilect. de arte testandi tit. 3. caut. prima num. 2. Contrariam autem sententiam, scilicet, q̄ imo hodie tale testamentum sustineatur, tenuit Barto. in d. l. si pater, nu. 2. & in l. suus quoque in princ. post nu. 3. ver. Reinsto ad gl. ff. de hæredibus instituen. & hanc opin. dicit esse cõem Ias. in d. l. si pater, numer. 19. & seq. Bertrand. consil. 171. nu. 3. lib. 1. in 2. parte & consil. 135. numer. 1. lib. 2. in 2. parte, & consil. 166. numer. 5. lib. 6. & consil. 245. nu. 1. eo. tol. Gratus consil. 112. nu. 3. lib. 2.

Apostil.

Apostil. ad Barto. in d. l. pater, sub num. 2. & dicit Paul. de Casfr. in d. l. suus quoque in princ. num. 1. in fin. quod opin. Bar. communiter tenetur. Dicit etiam ibi Paul. de Casfr. sed non in libro meo, quod ita seruatur totus mundus. prout illum refert Alex. in d. l. si pater, num. 9. & Corn. consil. 301. in litera F. lib. 4. Hanc etiam opin. Bartol. magis communiter obseruari attestat Corn. consil. 114. in princ. lib. 4. Tu ergo quid dicant alij, tene opin. Bar. tanquam magis communem, & ueriorè per tex. in l. scimus. §. cum autem. C. de inoff. testam. quem Bartol. ad hoc propositum eleganter inducit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenentes contrarium. Cum etiam hæc opi. sit equior, & foueat testamentis, & ad sint rot. Illustris Doctores affirmantes illam in practica communiter obseruari, non puto esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

QVAEST. XL.

S V M M A R I V M.

Filius posse ex causa à patre exheredari.

Et quid si illum exheredet nulla inserta causa, versu. Aliquando enim.

Et quid si sit inserta, sed illegitima, versu. Aliquando vero.

Et quid si sit legitima, & probatur ab hærede, versu. Quandoque pater.

Et quid si non probatur, versu. Aut talis causa.

Et an qua dicuntur de exheredatione locum habeant in testamento multis, versu.

Sed quero.

Et an in filio emancipato, versu. Item quero.

Et an in legitimo, versu. Alterius quero.

Et an in filia per statutum exclusa, versu. Quero etiam. Remissive.



DICTVM est in patris testamento necessariam esse fili institutionem, ad hoc ut testamentum ipsum ualeat, scire tamen debes, q̄ potest etiam ex causa filius à patre exheredari, & ideo dummodo filius in testamento reperitur, uel institutus uel exheredatus, sustinetur testamentum, ut autem perfecte intelligas hanc materiam exheredationis liberorum, quam doctores diuersimode explicant, & scias, quando testamentum propter exheredationem reddatur nullum, vel inofficiosum, & consequenter in quibus casibus hodie sit locus querele, considerandi sunt nonnulli casus.

Aliquando em (& iste est primus casus) pater exheredat filium nulla inserta causa, & hoc casu testamentum est ipso iure nullum, & sic non est opus querela ad illud rescindendum, & hæc est communis opin. ut dicit Imol. in l. r. nu. 6. & 7. ff. de test. & in l. filio præterito, post nu. 30. ff. de iniusto rupto. Cur. Iun. in auc. ex causa, nu. 42. C. de liber. præter. & dicit Iason. in d. aut. ex causa, post nu. 18. quod in hoc nemo contradicit, Ex quo enim per dispositionem, §. aliud quoque capitulum, in auc. ut cum de appellat. cognos. cautum est, ut in exheredatione nominatim causa inseratur, merito non inserta causa, & sic non seruata, forma à lege tradita, actus remanet ipso iure nullus, & in hoc non est controuersia apud doctores.

Aliquando uero, in exheredatione est inserta causa, & tunc aut causa inserta non est ex causis legitimis, ex quibus pater potest filium exheredare, puta q̄a dicit exheredo filium meum, quia noluit dare operam literis, uel huiusmodi, & tenendum est, q̄ etiam hoc casu testamentum sit ipso iure nullum, & consequenter q̄ non sit opus querela, Paria enim sunt quid non fieri, uel minus legitime fieri, neq; potest dici seruata esse formam à lege tradita, ex quo talis forma laborat vicio uisibili repugnante ipsi legi, & ita communiter tenet, ut ait Imo. in l. r. nu. 6. ff. de test. & in d. l. filio præterito, nu. 30. Quando

Quandoque pater in exheredatione appoluit causam legitimam, & tunc est etiam diligendus. Aut enim talis causa est vera, quia scilicet heres institutus probat illam esse veram (& hic est tertius casus,) & tunc valet exheredatio, & frustra tractamus, an hoc casu sit locus que relatio, quia cum testamentum valeat, & exheredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela, si per filium proponeretur.

Aut talis causa inserta non probatur ab hærede (& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exheredatio, ex quo non laborat defectu forme a lege tradite, sed potest deinde per querelam testamentum ipsum, tanquam inofficiosum, rescindi, & hæc conclusio est clara, & p omnes approbata, ut dicit Curr. Iun. in d. auct. ex causa, post nu. 42. ver. Alias duas. Et ita communiter teneri attestatur Imo. in d. l. r. nu. 6. ff. de test. Cor. conf. 158. in litera T. la prima, lib. 2. & conf. 225. in litera E. li. 3. Hanc etiam dicit esse communem Alexand. in d. auct. ex causa, nu. 2. Ia. in d. auct. ex causa, post num. 18. Et sic nota, qd ad hoc, ut exheredatio valeat, duo necessario requiruntur. Primum, qd causa legitima nominatim inseratur in testamento. Secundum, qd ipsa causa ab hærede probetur, & hanc dicit esse communem conclusionem Curr. Iun. in auct. nō licet, num. 17. C. de lib. pre. & hic habes casum, in quo negatiua est fundamentum inentionis, & tamē non debet probari, de quo tamen articulo, uide quæ dixi in fra li. 7. §. probat. Sufficit enim filio si dicat testamentum paternum, in quo ipse est exheredatus, esse inofficiosum, & eam ipsam exheredationis nō fuisse veram, nam si hæres non probauerit illa esse veram exheredatio non valebit, & contemneret testamentum ipsum corrumpet, tanquam a demente, & insano conditum. Hoc tamen quod dixi secundum communem opin. exheredationem non valere, nisi causa probetur, intellige vt pcedat, quantum ad hoc, ut exheredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur, nō ad hoc, vt merito iure valeat, sufficit, qd eā ipsa legitima nominatim

inserta sit, licet non probet. ita dicit gl. in l. r. in gl. r. in ff. de testam. & est eōs sententia, ut dicit Ar. in ea. l. r. co. 3. ver. In e. gl. ibi, & col. 4. ver. Sed cōsequenter.

Neque putes modicam utilitatem in hoc uerba si, an scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum, an autem sit impugnandum per querelam, quia hæc differentia maximi est effectus, si enim testamentum est nullum, filius habet partem xxx. ann. ad dicendum ipsum nullum, Communis est enim conclusio, qd si dicendi nullum, minore temporis spatio non præscribit, ut dixi infra li. 7. §. Præscriptio. Si vero testamentum valet, sed est per querelam rescindendum, certum est, quod querela non durat nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

Sed quero, nunquid hæc conclusio, habet quod iniuste exheredatus, post testamentum paternum rumpere per querelam inofficiosi, habeat locum etiam in testamento militis? Resp. quod quidquid esset de iure antiquo, hodie procul dubio, etiam contra testum militis, habet locum querela, ita tenet gl. in i. in verbo, testamentum. C. de inoff. testam. & est eōs opin. vt dicit Ale. in l. centurio, nu. 50. ff. de iur. & ideo, si pater miles testas de bonis castrensis prætereat, vel sine causa exheredet filium in potestate, hodie eius testum subiacet querela, & hanc dicit esse communem opin. Imo. in d. l. filio præterito, nu. 32. in fin. ff. de iust. iur. Ale. in d. auct. ex causa, nu. 9. Bauer. i. §. illis autem, nu. 17. inst. de testam. milit. Item quero, quid in filio emancipato, an & ipse, si sine causa, uel cum causa, qd deinde nō probetur, fuerit exheredatus poterit dicere testamentum nullum, uel illud per querelam inofficiosi rescindere? Respond. quod sic, nam hodie quo ad exheredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate, nulla est differentia, & hæc est communis opin. ut attestatur Curr. Iun. in d. auct. ex causa, nu. 43.

Vterius quero, quid in legitimo, dixi infra q. 84.

Quero et, quid in filia per statutum exclusam, dixi infra q. 42. ver. Item quero. Quest.

QVAEST. XLI.

SUMMARIUM.

Que sint casus in iure expressi propter quas filius potest a patre exheredari.

Et an propter alios similes, vel maiores expressi, v. l. Sed quero.

Et an propter iniuriam verbalē patri illatam, ver. Sed an propter.

Et an ex eo, quod filius sine patris consensu alienauit, ver. Sed quid si filia.

Et an eo casu teneatur pater illa dotare, ver. An autem Remissive.

Et an ex eo, quod filius vasalli dominum offenderit, ver. Item quero.

Et an si pater sit prodigus poterit mater si ius exheredare, ne patri quaratur usus fructus, ver. Quæro etiam.

Et quid si filius post commissam ingratiuam causam, factus sit furiosus, nunquid poterit adhuc a patre exheredari, ver. Præterea quero.

Et an secundum ius nouissimum possit filius posthumus a patre exheredari, ver. Vterius quero.

SUPERIORI questione diximus, nō posse filium a patre nisi ex cā legitima exheredari. Nūc videndum est, quæ sint ille causæ propter quas filius potest a patre exheredari, & de hoc habemus text. in §. causas in auct. vt cum de appell. cognosci. vbi enumerantur 14. causæ ingratitudinis, propter quas potest pater filium exheredare.

Sed quero, nunquid filius possit tantum propter illas 14. causas, uel aliquam earum exheredari? Respon. quod potest etiam exheredari ex alijs causis, qd sunt similes, vel maiores illis 14. expressis, puta, quia fuerit proditor patri, uel huiusmodi, ita dicit Guliel. de C. in auct. nō licet, C. de liber. prete. & est communis conclusio, ut dicit Ale. in dicta auct. non licet, num. 4. Guliel. de Benedic. in 1. parte repet. cap. Raynucius, fol. 211. numero 19. Ite, in d. auct. non licet, numero 6. qui em refert Curt. Iun. ibi, post num. 23. ver. Circa istud. & Gratus con. si. 115. nu. 19. lib. 2. Curt. Iun. conf. 182. num. 16. & Ripa in Rub. de iud. nu. 20. & licet disputando multa dici possent, tamen in practica non esset ab hac opinione recedendum.

Sed an propter iniuriam verbalē tantum sibi illatam, poterit pater filium exheredare? Respon. quod sic, si sit grauis iniuria, puta, quia illum appellauerit proditorem, vel huiusmodi, ita tenet Ioan. And. in cap. fi. col. pe. in princ. de donat. & est communis conclusio, vt attestatur Curt. Iun. conf. 148. au. 1. Grauis enim iniuria verborum equiparatur verberibus, præcipue illata patri, cui iure diuino, & humano summus honor, summa que reuerentia debetur.

Sed qd si filia sine patris consensu alienauit, nunquid poterit pater ob eam causam illam exheredare? Respon. quod non, nisi etiā turpiter, & obscenè uisitat, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abbas in cap. 1. num. 5. de despo. Impub. quem refert Ia. in l. secunda. §. quod si in patris, post numero 28. ver. Quid tenendum, ff. soluto matrimo. Et hanc opin. dicit esse communem Bertrand. conf. 61. num. 9. & 10. lib. 1. in 2. parte.

An autem teneatur pater dotare huiusmodi filiam, quæ sine ipsius consensu alteri nupsit, præsertim quando nupsit viro indigno, dixi infra lib. 4. §. dos.

Item quero, ponit, quod filius vasalli offendat dominum, nunquid poterit ex ea causa vasallus ipsum filium suum exheredare? Respon. quod non, ita dicit Bald. in ca. Imperialem. §. insuper, post nu. 1. ver. Item nunquid, de probib. ten. alie. per Frid. quem ceteri Doct. sequuntur, ut dicit 7a. defen. in verbo, Dicitur, vasalli, et primo, nu. 8. Hęc enim causa nō reperitur posita inter enumeratas ab Imperatore in d. §. causas, sed hec ratio Bald. mihi non satis facit, quia etiam ex causa non expressa, modo sit maior, aut similes expressis, potest filius exheredari, vt dixi supra, ver. Sed quero. Opin. tamen Bal. tanquam initor tenenda est, quia

quia hæc causa reuera non est, neque simili, neque maior expressis.

Quæro etiam, quid si pater sit dilapidator, & prodigus, nunquid poterit mater ex ea causa filium exheredare, ne scilicet hereditas quærat patri, saltem quò ad vltimum fructum, & ab eo dilapidetur? Resp. quod sic, dummodo instituat aliquem alium, qui postquam filius sit effectus sui iuris, ei hereditatem, vna cum fructibus restituat. Ita dicit Gul. de Cun. in d. auct. non licet, cuius, opi. communitè tenetur, vt ait Guliel. de benedic. in 1. parte repe. c. Raynuius, fol. 2 r. r. nupie. 18. Talis enim exhereditatio censetur facta bona mente, & ad beneficium ipsius filij, merito sustinetur.

Sed pone, filius commisit aliquam ingratiitudinis causam, propter quam iure ac merito poterat à patre exheredari, de inde correptus est furore, nunquid talis filius, postquam factus est furiosus, poterit à patre exheredari ex illa causa ingratiitudinis per eum ante furorem commissæ? Resp. q. sic ita tenet Bart. in l. ex facto, num. 19. ff. de vulga. & est communis opi. vt dicit Ias. in d. l. ex facto, post num. 29. Quæ tamen opi. mihi semper visa fuit dura, videmus enim, q. furiosus non potest puniri pro delictis ante furorem commissis, vt dicit infra lib. 5. §. si. q. 60. versic. Item quæro, & licet aliqui dicunt, q. potest puniri poena pecuniaria licet non poena corporali ego, tamen contrarium credo esse verius, vt ibi dixi & ad l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furio. & similes quæ allegantur pro communi opin. q. possit forte responderi, q. ad sui beneficium vel nepotum ex eo genitorum, vtique potest furiosus exheredari, vt i simildixi. s. versic. Quæro etiam non autem in eius odium, & ita aliquando dicebam aperte colligi ex l. pen. §. & maxime. ff. de curat. furio. & si casus contingeret de facili inclinarem in hanc sententiam, quæ motior est, & equior.

Præterea quæro, pone, filius post commissam causam ingratiitudinis, propter quam poterat à patre iuste exheredari, egit viuò ipso pater poenitentiam ante testamentum ab eo conditum, nunquid pot-

terit ex illa causa postea à patre exheredari? Respon. quod non ita dixit Alex. in l. r. post nume. 33. ff. sol. matr. & est singularis, & noua decisio, & communiter approbata, vt ait Cotta in verbo, Filiusta, qui à patre, & licet in puncto iuris non transiret sine difficultate, esset tamen tenenda in practica, quia mitior est, & fauet cessationi filiorum, cui iudicio meo in dubio semper est fauendum.

Vterius quæro, nunquid secundum ius nouissimum, posthumus possit à patre exheredari? Respon. quod non, ita tenet gl. in l. maximum vitium in glo. pen. C. de lib. præter. & est communis opinio, vt dicit Zuccar. in repet. l. posthumo, num. 29. C. de contratab. Cum enim posthumus non potuerit aliquam ingratiitudinis causam committere, necessario fatendum est illum à patre exheredari non posse.

QVÆSTIO XLII.

SUMMARIUM.

- Testamentum in quo filius est præteritus est ipso iure nullum.*
- & quid in emancipato, versic. Et hæc quidem.*
- & quid in testamento militis, versic. Bene verum est.*
- & quid in filijs naturalibus, versic. Sed quid in filijs.*
- & quid in legitimatis, versic. Sed quæro Remissive.*
- & quid in filia femina, versic. Item quæro.*
- & quid si sit exclusa a statu, ibid.*

HABES ergo ex præmissis quæstionibus conclusionem, q. testamentum in quo filius est præteritus, est ipso iure nullum, & de hoc est tex. expressus in l. inter cetera, ff. de lib. & posthu. & intellige præteritum eum, qui in testamento nõ est institutus, neq. nominatim exheredatus, etiam q. de eo in testamento esset alio modo

modo facta mentio, ita dicit Barro. in auct. ex causa, num. 10. C. de libe. præter. & est communis opinio, vt ait Curt. Iun. in dict. auct. ex causa, post nume. 36. versic. Circa primam, dixi supra q. 38. in principio. Cum enim lex requirat pro forma, quod filius nominatim sit institutus, vel exheredatus, vt dixi supra quæst. 38. merito quædo est præteritus ex defectu formæ testamentum ipsum corrumpit, & hæc est communis ratio, vt dicit Porc. inst. de exhered. lib. in prin. nu. 3. in fin.

Et hæc quidem conclusio sine controuersa procedit in filio in potestate, nam eius præteritio proculdubio reddit testamentum omni iure nullum, d. l. inter cetera, & est communis opinio, vt attestatur Ias. in l. 3. §. fin. post nume. 12. versic. I. l. limitat. ff. de libe. & posthu. & in hoc nemo dubitat. Sed quid in emancipato? Respon. q. in hoc proposito maxima est differentia inter filium in potestate, & emancipatum, nam si filius emancipatus sit præteritus sine intertione causæ, testamentum etiam de iure ciuili est ipso iure nullum, si vero sit præteritus cum intertione causæ, valet testamentum mero iure, sed potest per bonorum possessionem contratabulas impugnari, ita dicit gl. quæ in hoc proposito reputatur singularis in §. exheredatos, in verbo. Noluit. in auct. de hered. & falcid. quam dicit esse communiter approbatam Ias. in d. auct. ex causa, post nu. 8. versic. An autem quando. C. de lib. præter. Croc. in repet. l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 102. Dec. in l. sicut certi, nu. 17. C. de test. mil. Riminal. in d. l. sicut certi, nu. 4. & dicit Ale. in d. l. sicut certi, nu. 14. q. ita communiter concluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ale. cons. 161. nu. 1. lib. 2. Si vero filius in potestate patris constitutus sit in testamento præteritus, siue præteritio facta sit cum intertione causæ, siue sine, semper testamentum est ipso iure uallum, vt dicit gl. in d. §. exheredatos, superius allegata, & est communis conclusio, vt ait Curt. Iuni. in d. auct. ex causa, nume. 37. & in d. auct. non licet, nu. 14. C. de lib. præter.

Bene verum est, quod hoc vltimum non procedit in milite, in illo enim est

speciale, vt possit filium cum causa præterite, & talis præteritio pro exheredatione habeatur, si uero prætereat sine causa, etiam testamentum militis annullatur, & hæc est communis opi. vt dicit Ias. in l. si cum vel in vtero, quam legit cum l. præcedenti, post nu. 8. ver. Quod tenendum. C. de test. mil. Dec. in d. l. si cum, vel in vtero, nu. 5. Ripa in l. centurio, post nu. 43. ff. de vulg. Vtilitas autem quæ resultat ex hac quæstione, an scilicet competat ius dicendi nullum, vel bonoij possessio contratabulas possit esse maxima, quia ius dicendi nullum durat. 30. ann. vt dixi infra, lib. 7. §. præscriptio. Contratabulas autem durat solum per annum, vt est in iure nouissimum. Neque prædix obstat, quod iure hodierno sublata sit differentia emancipationis, & patris potestatis, quia licet sublata sit ab intestato, non tamen est sublata ex testamento, vt dixi supra libro 2. §. filius.

Sed quid in filijs naturalibus, nõquid si sint præteriti, vel iniuste exheredati, poterunt dicere testamentum nullum, vel contratabulare? Respon. q. non, quia filij naturales non admittuntur contra voluntatem patris, ita dicit glo. in l. 1. in princ. in verbo. Naturales. ff. de bo. pos. cõtrata. quæ est communiter approbata, vt attestatur Narra in repet. d. §. ex imperfecto, nu. 72. in fi.

Sed quæro, quid in filio legitimato, nunquid etiam illius præteritione testamentum reddatur ipse iure nullum? Respon. quod sic, ut dixi infra q. 84.

Item quæro, quid in filia femina? Respon. quod etiam ipsius præteritione testamentum annullatur, ita est communis opinio, vt dicit Corne. cons. 62. col. 2. in litera G. libr. 2. Ias. consil. 113. numero. 1. lib. 1. est enim iure hodierno sublata sexus differentia, l. maximum vitium. C. de libe. præter. cum simi. Quæ quidem conclusio de plano procedit secundum meos terminos iuris communis, Sed quid si adsit statutum excludens filias feminas à successione extantibus masculis, prout est communiter per totam Italiam, nunquid stante huiusmodi statu, filia præterita à patre poterit testamentum Tract. Iul. Clar. D. pater

paternum impugnare. Hęc est ardua quaestio, & quotidie contingens in practica, in qua doctores multa varie loquuntur. Tu vero omnibus disputantibus scias, quod in hoc proposito considerari possunt duo casus. Primus casus est, quando masculi vel agnati, propter quos ipsa femina à statuto excludit, sunt instituti heredes in testamento paterno, & hoc casu tenendum est, quod talis filia à statuto excludi non potest, si sit praterita à patre in testamento, illud impugnare, neque per ius dicendi nullum neque per bonorum possessionem contratabulas, & hęc est magis communis opinio. ut dicit Paul. de Castro consilio 96. circa princip. lib. 2. Alexand. in l. filia dorem, numero 6. C. de collat. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. post num. 16. versiculo primo casu, & consilio 47. nu. 9. lib. 2. quem refert Dec. consilio 264. columna fin. in principi. & Vantius de nulli. in titulo fin. numero 20. Aret. consil. 159. post num. 20. versiculo. venio ad vndecimum, quem refert Dec. consil. 296. num. 1. in fin. Iaf. in auct. novissima, num. 57. C. de inof. testam. & in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, numero 58. C. polla. consil. ciuili 53. numero 3. Afflic. decis. 158. numero 6. Dec. in d. l. filia dorem, num. 4. & consil. 105. numero 1. & consil. 105. num. 1. Porc. instit. de exhered. lib. §. fin. num. 9. Claud. in d. §. & quid si tantum, post numerum 21. Bruin. de statu. excl. scem. in 10. articulo, q. 4. Crot. in repet. d. §. & quid si tantum, num. 109. & licet Ang. in d. l. filia dorem, tenuerit, quod potest filia expectare, quod adita si hereditas, deinde venire per contratabulas, tamen illa decis. Ange. communiter reprobarur, ut attestantur doctores supra allegati. & pro hac communis opin. duo fundamenta fortissime fringunt, quę tñ in esse su. re incidit ferè in idem. Primo clarum est, quod is cui non debet legitima, non potest impugnare testamentum, ita communiter tenetur, vt dicit Corn. consil. 40. in litera F. lib. 3. Sed filia excluda à statuto, non potest petere legitimam, neque eius supplementum, secundum opin. magis communem, quam ego etiam tenui supra lib. 1. ergo, & c. Se-

cundo facit, nam ipra veniendi contra testamentum, communiter regulantur à iuribus succedendi ab intestato, ita communiter tenetur, vt ait Corn. consil. 1. column. pen. vers. Et maxime, lib. 2. & consil. 199. in litera D. lib. 3. & est communis conclusio, vt dicit Corn. consilio 57. in litera D. lib. 2. Qui ergo est exclusus à successione ab intestato, est etiam exclusus à successione contra testamentum, ita tenent communiter omnes legendo, & consulendo, ut dicit Corn. consil. 126. in principi. lib. 2. & ita communiter teneri attestatur Imola in d. §. & quid si tantum, quem refert Corn. consilio 291. in litera E. lib. 4. Corn. consilio 107. in litera E. lib. 2. & consilio 116. col. 1. in litera F. eod. vol. & est communis opin. vt dicit Gratus consilio 21. numero 6. & seq. libr. 1. & in specie de contratabulas, quod exclusus à successione intestati, non possit contratabulare, quando est institutus ille, qui est causa exclusionis, dicit communiter conclusi Corn. consilio 40. in litera G. lib. 3. & hoc siue institutus aduerit, siue non, & ita esse communem opinio. attestatur Corn. in d. consilio 107. in litera F. lib. 1. & consilio 290. in litera A. lib. 3. Merito igitur hęc filia, quę ab intestato non potest venire ad successionem, pariter etiam ceteri debet exclusa à successione contra testamentum, & hic casus minus habet difficultatis. Secundus est casus, quando in testamento sunt instituti heredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos femine à statuto excluduntur, & hoc casu doctores multum variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quę est causa familiae, & agnationis conseruanda, ut dixi in loco præallegato, & fauor ipsorum masculorum, vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti, & id eo multi tenuerunt, quod dispositio statuti excludentis feminas extantibus masculis, recipiat hanc interpretationem, vt procedat, dummodo illi masculi sint heredes, tempore quo agitur de exclusione ipsarum feminarum, de quo tamen ibi latius dixi. Et hęc opinio prima facie videtur habere in se maiorem equitatem, & illam dicit

dicere esse communem Berous in c. Ray. post. num. 227. referens Alex. & Soc. dicentes, quod illam tanquam veriolem, & magis equam secuti fuerunt Doctores communiter. Contraria tamen opin. quod scilicet etiam hoc casu filia non possit impugnare testamentum paternum, aliquando mihi magis placuit, & nonnulli ex Doc. supra allegatis in primo casu, indistincte affirmant magis communem opinionem. Doctores esse, quod non possit impugnare testamentum, neque distinguunt, an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem feminarum considerauit tantum existentiam masculorum, & sic illa sola sufficere debet ad eas excludendas. Non tamen potest negari, quin pallius sit arduus, & periculosis.

QVAEST. XLIII.

SUMMARIVM.

Testamentum in quo filius est prateritus, an sit nullum etiam de iure pratorio.
Et an sit ipso iure nullum, priusquam impugnetur a filio praterito, uers. Successus siue quæro.
Et quid si filius ipse prateritioni consentiat uers. Sed quid si ipse.
Et nunquid hæc approbatio præiudicat alteri ex filiis qui forte in minori parte fuerit institutus, uers. Sed pone.

Nunc prosequendo materiam, Quæro an hæc conclusio quæ habet, quod testamentum in quo filius reperit prateritus, est nullum habeat locum non solum de iure ciuili, sed etiam de iure pratorio? Respon. q. in multis locis tenuit quod huiusmodi testamentum valeat de iure pratorio. Sed in contrarium est magis communis opin. ut dicunt scribentes in d. l. posth. C. de contratab. & in specie Iaf. num. 28. & Dec. num. 11. & Cur. lun. nu. 50. & seq. & Zuccard. num. 114. Neque obstat, quod de iure pratoria, aduersus tale testamentum detur bonorum possi-

contratab. quæ est remedium rescissorium & sic videtur præsupponi validas testamenti, ex quo illud quod nullum est, rescindi non potest. Quia hoc casu contratab. datur potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum, & satis dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit, & hæc est communis solutio, vt dicit Curt. lun. in d. l. posthumo, circa num. 56. Utilitas autem huius questionis est maxima, quia si testamentum esset validum de iure pratorio, non posset aliquis venire per bonorum possi. ab intestato, puta, unde liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur, secus autem præsupposito, quod testamentum etiam de iure pratorio sit ipso iure nullum, secundum magis communem opin. cum qua etiam ego transeo, licet Doctores multa disputando cogent in d. l. posthumo, quæ in practica parum, vel nihil valent.

Successus quæro, an tale testamentum in quo filius reperitur prateritus sit ipso iure nullum, antequam impugnetur ab ipso filio praterito? Respon. q. sic, & est communis opinio, vt dicunt scribentes in d. l. posthumo, & in specie Alex. nu. 16. in fin. & Iaf. num. 23. & seq. & Curt. lun. post nu. 45. & Riminal. nu. 5. & Zuccard. num. 84. & seq. Alex. in l. si filius qui in potestate, num. 1. ff. de lib. & posth. Gul. de Benedic. in prima parte repet. c. Ray. fol. 191. num. 96. Utilitas autem huius conclusionis potest esse maxima, quia si vnus ex filiis sit prateritus, & alij inæqualiter instituti, poterit ille, cui minus quàm alijs relicti sunt, etiam ipso filio praterito tacente, dicere testamentum nullum, & omnia reducere ad causam intestati, & hæc est communis conclusio, vt ait Gu. liel. de Benedic. in loca præallegato, numero 100.

Sed quid si ipse filius prateritioni consentiat? Respon. q. distingui debet duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel in ipso aduerit testamenti consentit prateritioni, & hoc casu non obstante ipsa prateritione valet testamentum, & hæc est communis opin. vt dicit Iaf. in d. l. inter cetera, post nu. 11.

ff. de lib. & posth. Ex quo enim principa liter ob fauorem, filiorum introitu, tum est, ne a patre in testamento prateritur conueniens est, vt (iuxta vulgares regulas) possit huic fauori renuocare. Intellige tñ, q̄ valet solum de equitate p̄toria, non autem de iure ciuili, & ita esse communem opin. attestatur /mola in d. l. filio praterito, num. 60. quod est magni effectus, vt dicam infra statim. Secundus vero est casus, quādo ante conditum testamentum, vel tempore conditionis testamenti, filius non consensit p̄teritioni, sed post conditum testamentum illud approbat, & hoc casu tale testamentum de iure ciuili remanet nullum. Nā secundū rigorem iuris ciuili, testamentū quod ā principio est nullum, non potest trāitu temporis reconualecere, sed de iure p̄torio secus est, nam ex aequitate p̄toria, secuta approbatione filii, testā in ipsum reconualecit, ita dicit Bart. in d. l. filio praterito, num. 29. ff. de iniusto rupto, & est communis opin. vt dicit /mola in d. l. filio praterito, num. 56. Claud. in l. i. §. fin. nu. i. ff. de vulgari. Boer. de cōf. 95. num. 5. Cur. Iun. in d. l. posthu. nu. 59. & sequi. Et nota, quia iste est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum poss. ff. d. Nā ex huiusmodi testamento, cum reconualetetur solummodo de iure p̄torio, nō autem de iure ciuili, non potest adiri hæreditas, sed tantum bonorum possessio peti, & ita volunt communiter Doct. vt dicit Corn. conf. 31. in litera P. lib. 2. Qd̄ est maximi effectus, vt dixi supra §. bonorum possessio. Faciunt quæ dixi infra, q. 45. vers. Sed pone, & hæc conclusio, q̄ filius p̄teritus possit testamentum ipsum approbare, idē tñ de locum habet, siue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue etiam extranei, nam vtroque casu potest filius illud approbare, & ita communiter tenetur, vt dicit /mola. in d. l. filio p̄terito, post nu. 6. Vtroque etiam casu militat ratio, q̄ quilibet possit de fauori suo renuocare, vt supra dixi.

Sed pone, ut scis, q̄ filius p̄teritus de iure ciuili habet ius dicendi nullū, & de iure p̄torio habet bonorum poss. con-

tra tabulas, Scias etiam, quod p̄terito tacente, p̄ vnus ex institutis, cui forte minus relictum sit dicere testamentum nullum, vt dixi supra vers. successus, Mōdo filius p̄teritus approbat testamentum. Quæro, nunquid hæc approbatio ipsius p̄iudicat institutis, ita vt non possint amplius contratabulari? Respon. q̄ non p̄iudicat quominus ipsi adhuc possint intentare bonorum possessionem contratabulas ex persona ipsius p̄teriti, & hæc est communis opin. vt attestatur Ias. in d. l. posthuo, num. 9. Boer. in d. de cōf. 95. num. 8. Cur. Iun. in d. l. posthuo, nu. 61. Statim enim defuncto patre fuit illud ius quæsitum ad contratabulandū, & sic reducendum omnia ad causam intestati, merito tale ius per ipsum p̄teritum nō potest ab eis auelli, & licet hæc conclusio prima facie videatur aliquantulum dura, tamen in practica non esset ab ea recedendum.

QVAESTIO XLIII.

SUMMARIUM.

Filia dotata instituta in sola dote sua, an tanquam p̄terita rumpat testamentum.



Ed hic occurrit alia quæstio, pone, pater dotata filia, deinde cōdidit testamentū, in quo ipsa filia instituit in sola dote sua, nūquid talis institutio valebit, an autē filia tanquam p̄terita poterit impugnare testamentum? Cum enim dos non esset amplius in bonis patris, sed veniret in primis deprehēda, tñ quam res alienū, videtur in effectu potius p̄terita, quam instituta. Contrariam tamen opin. s. q̄mōd possit pater filia in sola dote sua instituire, tenuit glo. ordinaria, quæ ab hoc semper allegatur in l. 3. §. sed vtrum, in verbo. Patrimonium, ff. de minoribus, quæ in hoc et cōter ap̄ probata, vt dicit Bertr. conf. 173. post nu. 41. lib. 3. in 2. parte. Et ita magis communiter concluditur, vt ait Alex. consil.

117. nu. 11. libr. 2. Ita etiam communiter teneri affirmat /mola in ca. Raynuc. nu. 9. quem refert Ioan. Dil. de arte testandi tit. 3. caut. 5. nu. 2. Alex. in l. pater filiam in princ. num. 7. ff. ad l. Falc. Hanc etiam opi. dicit esse communem Guliel. de Bened. in 1. parte rep. c. Raynucius fol. 17. nu. 11. Alex. consil. 168. post nu. 11. lib. 5. & consil. 176. nu. 13. eod. vol. Guido Papæ conf. 63. nu. 5. & cōf. 98. nu. 1. Ias. in auct. nouissima, nu. 46. C. de inoff. test. Berou⁹ in cap. Raynuc. num. 133. & seq. Et dicit Spec. de instr. edit. §. vt autem, versi. sed super forma, q̄ ita obseruatur de genera li consuetudine. Subdit tamen glo. quod cum cautela illa instituat in duodecim imperialibus, vna cum dote, vt secundū omnium opinio, valet testamentum, & hoc iudicio meo tutius est, & ita etiam de facto obseruari attestatur Bar. in d. §. sed vtrum, in finalibus verbis. quem refert Ias. in d. auct. nouissima, numero 15. Alber. in d. §. sed vtrum, num. 4. & 5. vbi etiam dicit, quod ita communiter tenetur. Et ita seruando euitabis omnes difficultates.

QVAEST. XLV.

SUMMARIUM.

Testamentum annullatur etiam p̄teritione filij posthumi.
Et quid si posthumus ipse vno testatore de cedat, versi. Sed pone.
Et quid si nascatur in sexto, vel octavo mēse, versi. Sed quid si iste.



TAT ergo ex supradictis firma conclusio, q̄ testm̄, in quo filius in p̄tate reperitur p̄teritus, est ipso iure nullū, q̄ quidem locum habet non solum in filio, q̄ tpe cōditū testamenti iam natus esset, sed et in posthumo, s. in eo, qui tempore conditionis testamenti, nondum erat natus, vel testator ignorabat eum natum esse, vel putabat eum esse mortuum, & in hoc nulla

est inter Doctores controuersia.

Sed pone, quod huiusmodi posthumus viuo testatore decedat, nunquid ad huc testamentum propter illius p̄teritionem erit nullum? Resp. quod de rigore iuris ciuili testamentum remanet nullū, sed de aequitate p̄toria reconualecit, tex. est l. posthumus, ff. de inu. rup. & est communis opin. vt dicit /mola. in d. l. posthumus, num. 2. & in d. l. filio p̄terito, post numer. 60. & 63. quem refert Corn. consil. 176. in litera L, libro 2. Ias. in l. si quis eum, §. si suo testamento, nu. 8. ff. de vulg. Et ex hoc sequitur, quod ex huiusmodi testamento non potest adiri hæreditas, sed tantum peti bonorum possessio, ita firmant communiter omnes, vt dicit Corn. in d. consil. 176. in litera L, in fin. Quod nota, quia est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio, faciunt quæ dixi supra quæst. 43. versiculo, Sed quid si ipse.

Sed quid si iste posthumus nascatur in sexto, vel octavo mēse, nūquid eius natiuitate rumpitur testamentum? Resp. quod nō, talis enim filius naturaliter viuere non potest, ita determinatur à Doctoribus magis communiter, vt dicit Socin. Iun. conf. 35. nu. 12. & seq. lib. 2. merito non rumpit testamentum, Est enim vera iuris cōclusio, q̄ filius, qui licet natus sit, naturaliter tamen viuere non potest, non rumpit testamentum, & hæc dicit esse communem opi. Socin. Iun. in d. consil. 35. nu. 15. Sic etiam videmus, quod partus imaturus, & qui secundū iudicium obstetricum non potest viuere, habetur pro non nato, & ei succedi nō potest, secundum magis communem opin. sit dicit Crauet. consil. 2. ro. num. 5. Eademq; ratione huiusmodi partus imaturus, qui secundū iudicium obstetrici viuere non potest, non excludit iustitiam, neq; facit deficere conditionem fideicommissi, ita communiter tenetur, ut dicit Soc. cōf. 275. nu. 2. li. 2. quem refert Paris. conf. 56. nu. 9. li. 2. Hanc etiam dicit esse cōm opinio. Soc. in l. cum quis, nu. 110. ff. de cond. & demō. quem refert Crauet. in d. cōf. 270. nu. 6. Et dixi fecū- Tract. Iul. Clar. D 3 dum.

dam iudicium obstetricum, quia in hoc an partus naturaliter vivere potuisset, vel non, standi est iudicio ipsarum obstetricum, tanquam peritarum in arte, vt dicit Bar. in l. Gallus in prin. in finalib. verbis, & est communis opin. vt attestat Paris. in consil. 56. nu. 11. & nu. 22.

QVAESTIO XLVI.

SUMMARIUM.

Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa praeiudicis.
 Et quid si posthumus fuerit ignoranter praeiudicis, nescit. Et haec quidem.



Verò, tu scis quod clausula codicillaris sustinet testm nullum in vim codicilli, ita qd haeres, qd succedit ab intestato, cogatur rogatus restituere hereditatem per fideicommissum heredi scripto. Pone, quod in testamento in quo filius est praeteritus, sit inserta clausula codicillaris, nunquid eo casu non obstante praeteritione sustinebitur testamentum? Respond. gloss. in d. auct. ex causa. in glo. fina. in fin. tenet, quod vbi testamentum est nullum ex causa praeteritionis, clausula codicillaris nihil operatur, & hanc opin. glo. dixit esse communem Signor. consil. 171. nume. & potest esse, quod suo tempore haec esset communis opi. sed si considerentur auctoritates Doc. qui scripserunt vsq; ad nostra tempora, proculdubio contraria opi. est magis communis, & ideo dicit Alex. consil. 26. nu. 5. lib. 1. & consil. 142. nu. 4. lib. 2. quod illam gloss. damnant communiter Docti. Tenenda est ergo contraria opin. quod scilicet testamentum, etiam hoc casu sustineat in vim codicilli, & quod filius praeteritus teneat gratias virtute clausulae codicillaris restituere per fideicommissum hereditatem, illi qd est scriptus haeres in testamento, quam quidem opin. sequuntur communiter scribentes, vt dicit Paris. consil. 30. num. 11. lib. 3. Et eam dicit esse communem Bald. consil. 391. numero 4.

lib. 3. quem refert Tiraqu. in rep. l. si vnam. in verbo, Donatione largitus, numero 273. Cuman. consilio 126. circa princ. Alex. consil. 41. num. 5. in fin. lib. 1. & consil. 87. nume. 8. lib. 3. & in d. auct. ex causa, post nume. 13. Guliel. de Bened. in prima parte repet. c. Raynutius, fol. 205. nu. 242. Dec. in d. l. posthumo. C. de contrata. in prima lectura, num. 10. in fin. & post num. 11. vers. Secunda est principalis, & consil. 228. nume. 2. & seq. & consil. 242. num. 2. & seq. & consil. 379. nume. 2. & consil. 490. post numer. 10. vers. Similiter non obstat, & consil. 671. in fin. Curt. lun. consil. 148. num. 10. & in d. auct. ex causa, num. 69. Socin. lun. consil. 107. nume. 24. libro. 1. Zuccard. in repet. d. l. posthumo, nume. 102. Et haec conclusio est maxime effectus, quia licet dispositio auct. ex causa, non obstante praeteritione sustineat legata, & fideicommissa etiam uniuersalia ut dixi infra q. 4. in princ. non tamen sustinet institutionem heredis, & nunc pendet causa de facto, in qua testator edicto testamento, filium praeterijt, & usufruit heredem extraneum, quem grauauit per fideicommissum hereditatem alteri restituere, & ipso testō apposuit clausulam codicillarem, prout communiter fieri solet, modo filius praeteritus rumpit testamentum, hęc scriptus petit sibi restitui hereditatem uirtute clausulae codicillaris, fideicommissarius petit illam sibi restitui uirtute fideicommissi uniuersalis ex dispositione auct. ex causa, & adhuc sub iudice lis est.

Et haec quidem communis opinio satis de plano procedere videtur in praeteritione filij iam nati. Cum enim testator ipsi filij iter praeterierit, non videtur dubitandum, quin clausula codicillaris ex aperta mente defuncti operetur, uereciter testamentum non obstante praeteritione sustineatur, & hanc dicit esse magis communem opin. scribentium Soc. in consilio 29. num. 7. lib. 3. Sed quid in posthumo, scilicet in eo, qui natus est, post mortem testatoris, qui tamen nesciebat vxorem suam esse pregnantem, vel in eo qui natus est post conditum testamentum, uel (licet natus esset ante testamentum) testa-

tor

tor ignorabat eum natum esse, vel putabat esse mortuum, nunquid hoc casu clausula codicillaris operabitur, vt non obstante eius praeteritione testamentum valeat, & filius praeteritus teneatur hereditatem restituere heredi scripto in testamento? Rñ. haec est ardua questio, in qua Doctores in varias sententias adeo diuisi fuerunt, vt aliquando male discerni possent, quae opinio esset magis communis, teste Curt. lun. in d. auct. ex causa, nume. 70. & Dec. consil. 490. infra allegando, & in primis multi tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat conclusio superius facta, qd scilicet clausula codicillaris operetur fideicommissum, & hanc opin. dixit esse communem Alex. in d. auct. ex causa, nu. 14. & in l. qui filius in princ. post num. 5. ff. de leg. 1. & consil. 26. post num. 5. ver. Vel potest responderi libr. 1. & consil. 37. nume. 4. eod. volum. quem refert Ruin. consil. 199. nume. 3. lib. 2. Tiraqu. in repet. l. si vnam in verbo, Donatione largitus, num. 269. Jason. in d. auct. ex causa, num. 24. & in d. l. qui filius in prin. nu. 33. Bert. consil. 150. num. 4. in prima parte. A postil. ad Bart. in l. prima, sub nume. 10. ff. de iure codicill. Quae opin. secundum aliquos multo magis tenenda esset, quado post ipsius posthumi natalitatem testator tanto tempore superiugisset, quod testamentum mutare potuisset, & tamen non mutasset, nam tunc (secundum eos) praesumitur in eadem uoluntate, etiam nato posthumo, perseverasse, & consequenter debet clausula codicillaris non obstante praeteritione sustinere testamentum, & hoc casu istam opin. esse communem attestatur Dec. consil. 490. num. 7. & 8. Idemque si aliquo modo apparere possent, quod testator tempore conditi testamenti in specie de futuris liberis cogitasset, nam, & hoc casu (secundum eos) ualere testamentum uirtute clausulae codicillaris, non obstante, qd posthumus fuisset ignoranter praeteritus, & ita esse communem opin. affirmat idem Dec. in allegato consil. 490. post nume. 6. Quinimo plerique tenuerunt sufficere, si testator in genere de futuris liberis cogitasset, & dixerunt satis conijci eum de futuris liberis

cogitasse, quando uerba clausulae codicillaris sunt concepta etiam in futurum tempus, puta si non ualeat, vel ualebit, &c. & ideo hoc casu testamentum ualere non obstante praeteritione posthumum ignoranter facta, & ita communiter teneri attestatur Ioan. de Montesperello in d. auct. ex causa. Haec etiam opin. esse magis communem dicit Alex. consil. 123. post numerum 10. lib. 1. & consil. 142. nume. 9. lib. 2. quod est duplicatum consil. 103. lib. 3. & triplicatum consilio 50. lib. 1. sexto. Idem etiam dicit Alexand. consilio 30. numero primo, lib. tertio, & consilio 31. nume. tertio eodem volum. Aretin. in l. ex ea. §. ex his colum. 2. versicul. Super secundo. ff. de test. Corn. consil. 118. circa fin. lib. 1. & consilio 158. colu. 10. in litera T. & V. eod. vol. & consil. 244. in litera G. in fin. eo. vol. & consilio 133. in litera E. lib. 3. & consilio 225. in litera Q. eod. volum. Contrariam autem sententiam quod scilicet vbi posthumus fuit a testatore ignoranter praeteritus, clausula codicillaris nihil operetur, tenuit Bar. in l. prima, numero 10. ff. de iure codicill. & hanc opin. dixit esse communem Barba. consilio 60. colu. 10. lib. 2. quem refert, & sequitur Curt. lun. in d. auct. ex causa, num. 70. 10. Dilect. de arte testandi titu. 301. caut. 10. numero 3. Guliel. de Bened. in prima parte repet. cap. Raynut. fol. 206. numero 247. Rubens consilio 112. numero 2. & consilio 125. numero 2. & sequē. referens ita etiam attestari Aretin. consilio 24. columba 1. Socin. Iun. consilio 153. in princ. lib. 2. Apostil. ad Alexand. in d. consilio 26. sub numero quinto; libro primo. Et dicit Ripa in repetitio. leges si unquam, post numerum 44. quod plures Doctores maiores auctoritate tenent cum Bartol. & hanc opinio. ego semper tenui tanquam aequidrem, & uertorem, que hodie proculdubio est magis communis, & illam, si casus contingeret, intrépide sequeretur iudicando, & consilendo. Quae etiam multo magis sequenda esset, vbi tractaretur de aulendo huic posthumo ignoranter praeterito, matorem, vel etiam equalem partem hereditatis, tunc enim iudicio meo im-

piū effect dicere, q̄ clausula codicillaris aliquid operaretur, & ita hoc casu opin. Bart. esse magis communem fatei Aret. conf. 188. quod est conf. ult. num. 7. Soc. confil. 94. nu. 37. in fine, li. 4. & in specie, quādo pater non habens filios fecit magna legata, q̄ nato deīde posthumo praterito testamentum non sustineat, dicit esse communem, iur. i. consultiorem huius etatis olim celeberrimus D. Andreas Alciatus praeceptor meus, in tract. de p̄sump. in l. reg. in l. 3. p̄sump. nu. 1. Ego uero, ut dixi, teneo indistincte conclusionē Bar. siue legata sint magna, siue parua, & siue testator de futuris liberis cogitauerit, siue nō, & consequēter, siue clausula sit concepta per uerba p̄sentis temporis, siue etiam per uerba futuri temporis, & siue testator post agnationem posthumi superuixerit, siue non, & ab ista opin. in practica nō recedas, quā, ut dicit Soc. in loco p̄allegato, est magis aequa, rationabilis, fauens filiis, & secundū uerisimilem mentē testantis, & illam in facto secuti fuerunt iudicando, duo Senatores huius Senatus Mediolani, ut refert Iaf. in d. auct. ex causa, nu. 24. & intellexi, q̄ hanc opi. indistincte ueriores, & humaniorem semp̄ secutus est Senatus, & hic fuit primus articulus, sup̄ quo consulti, post assumptas istulas doctoratus, & ita fuit iudicatum, Vide quā dixi infra q. 52. uer. Sed quid si posthumus.

QVAEST. XLVII.

SUMMARIVM.

Filius a matre, uel a ascendentibus per lineam maternam praterito, ab testamento valeat.



HACTENVS de filio per patrē praterito dictū est, q̄ omnia etiam in auct. & alijs ascendētibus per lineā paternā locū habent. Quāro nūc, q̄ de filio per matrē, aut ascendentes per lineam maternam praterito? & in hoc fac conclusionem, q̄ mater tenetur

instituere, uel exheredare, filiū, alias, si filius sit a matre prateritus, testamentū est nullum, ita concludunt cōmoniter scribentes, ut dicit Sapia in Rub. C. qui adm. nu. 58. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat, quādo mater, uel auus maternus praterit filium, uel nepotem, in testamento, nulla inserta causā, nam eo casu proculdubio testamentum est nullū, & ita tenent communiter Doctor. omnes ubique, ut dicit Corn. conf. 118. in litera A, libr. 2. Sed si in p̄terito ne sit inserta causā legitima, eo casu p̄terito habet pro exheredatione, ita dicit gl. ordinaria, de qua supra in nonnullis locis feci mentionem, in §. exheredatos, in uerbo Voluit, in auct. de hered. & falcid. q̄ in hoc est communiter approbata, ut dicit Bertran. conf. 11. nu. 4. li. 2. in 2. parte, & conf. 23. nu. 2. eod. vol.

QVAEST. XLVIII.

SUMMARIVM.

Filius an liceat patrē, aut ascendentes per lineam paternam praterire, aut exheredare.

Et quid si testentur de peculio castrensi, uer. Et hec omnia.

QUARO nunc, quid econuerso, an liceat filiis exheredare, aut praterire patres suos? R. n. distinguendū est inter patrē, & ascendentes per lineā paternā, & matrē, & ascendentes per lineam maternā. Quod ad patrē, & ascendentes per lineam paternā, dic, quod si pater est a filio exheredatus sine causā, testamentum est ipso iure nullum, si uero est adiecta exheredationi causā ingratitudinis, ualeat testamentum mero iure, sed si ipsa causā non probetur, potest a patre impugnari per querelam inofficioli, si autem pater sit prateritus a filio in potestate, tunc siue adiecta sit prateritioni causā, siue non, temp̄ testamentum

tum est ipso iure nullum. Si uero sit prateritus ab emancipato, tunc si non est adiecta causā, pariter testamentum est ipso iure nullum, sed si est adiecta prateritioni causā, ualeat testamentū, sed potest pater illud rumpere per contrarabulas, & hec est communis opi. ut attestatur Gul. de Bened. in l. 1. in fi. in re. c. Raynucius, fol. 207. num. 251. in fi.

Et haec omnia intellige, ut procedant, nō modo si filius testetur de peculio quasi castrensi, de quo potest testari, non obstat q̄ sit filius familiaris, ut dixi supra q. 18. Sed etiam, si testetur de peculio castrensi, nam hodie non potest filius in potestate condens testamentum de peculio castrensi, uel quasi, parentes suos praterire, alias si eos pratererat, siue cum causā, siue sine causā, testamentum est nullum, si uero eos exheredat, est locus querelae, ita tener gl. in l. fi. in uerbo, Testamenta C. de inoff. test. & ita communiter tenet ut dicit Fulg. in repet. auct. ex causa, nu. 7. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alex. in l. nemo in fi. C. qui test. fac. post. Iaf. in d. l. fi. num. 5. C. de inoff. test. Curt. Iun. in d. auct. ex causa, num. 49. Ripa. in l. centurio, post num. 43. ff. de uulg.

QVAEST. XLIX.

SUMMARIVM.

Filius an liceat matrē, uel ascendentes per lineam maternam praterire, aut exheredare.

Et quibus ex causis Remissive.

QUO uero ad matrē, uel ascendentes per lineam maternā, dic, quod filius non potest matrē sine causā praterire, neque a legitima excludere, ita communiter tenetur, ut dicit Gul. de Bened. in secunda parte repe. capi. Raynucius, fol. 46. post num. 30. Ceterum cum causā bene potest, & talis p̄-

teritio pro exheredatione habet, §. sanctimus in auct. ut cum de appellatio. cognosc.

Quae autem sint causae, propter quas filij possunt parentes exheredare, aut praterire, uide in d. §. sanctimus cum ibi nota.

QVAEST. L.

SUMMARIVM.

Frater a fratre prateritus, aut exheredatus non impugnat eius testamentum nisi in eo sit inserta turpis persona.

Et an rumpatur eo casu in totū, an autem usque ad legitimam tantum, uer. Sed quero.

Et quid si aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde temp̄em personam bene deo instituerit uer. Pone ergo.

SUCCESSIVE quero, quid in collateralibus? Respond. quod in illis non est tractandum de prateritione, aut exheredatione. Non enim tenetur frater fratrem in testamento heredem instituere. Et ideo, siue frater sit prateritus, siue exheredatus, non potest aliquo modo testamentum fratris impugnare, uero tantum casu excepto, quando, scilicet licet frater aliquam turpem personam heredem instituit, nam eo casu datur fratri praterito querela inofficioli, & de his omnibus habes tex. qui est clausus in hac materia in l. fratres, C. de inoff. testam.

Sed quero, nunquid per huiusmodi querelam testamentum rumpatur in totum, an autem usque ad legitimam tantum ipsius fratris, q̄ est quarta pars totius hereditatis, ut dixi supra hoc eo. li. §. legitima. Respond. q̄ op̄o ipsius turpis personae instituta testamentum rumpitur in totum, & hac est communis sententia, ut dicit Iaf. in d. l. fratres, num. 8. capi. Raynucius, fol. 46. decif. 204. nu. 2. & iudicio meo extra p̄positū, & iō aduerse,

ne equivoce, vt faciunt multi in hoc articulo, Aut enim frater in suo testamento, in quo turpiter personam heredem instituit, nihil fratri reliquit, & hic est vnus casus de quo loquitur Iaf. i d.l. fratres. num. 8. Aut vero aliquid reliquit, & hic est alius casus, de quo loquitur Afflic. in loco preallegato, & de hoc tractat Iason. in d.l. fratres, post num. 2. versic. 3. extendit, non autem, nu. 8. prout ipse illum allegat, & de hoc statim dicemus.

Pone ergo, quod frater in testamento aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam heredem instituerit. Quæro, nunquid hoc casu, adhuc competet fratri querela ad rescindendum testamentum in totum, an autem solummodo poterit agere ad supplementum legitimum? Respond. in hoc articulo variaz fuerunt doctorum opin. nam aliqui tenuerunt, qd testamētum rumpatur in totum & fuit opin. Gulie. de Cun. in d.l. fratres. quam dicit esse communem Iaf. consi. 71. nu. 3. lib. 1. Dec. cons. 530. nu. 13. Contrariam vero opin. scilicet qd hoc casu solummodo agere possit ad supplementum legitimum, tenuit Ang. in l. 1. ff. de inoff. testa. & hanc dicit esse magis communem opi. Paris. consi. 64. num. 26. lib. 3. & secundum istam opin. Ang. in facti contingentia in dicitur Conf. Neapolitanum, teste Affli. in alleg. decif. 204. & certe licet hæc opi. videatur equior, quia magis fauet testamento, nihilominus mihi semper placuit contraria opin. scilicet qd rumpatur in totum. Nam dispositio. l. fratres, non solum fundatur in fauore fratris, sed et in odio personæ institutz, neque verum est, qd ita tenedo, esset melioris conditionis frater, quam filius, quia imo idem esset in filio, si non esset institutus, sed tantum legari nomine aliquid ei relictum fuisset, nã, & iplo proculdubio impugnatur testamentum in totum, non autem petit supplementum legitimum, ut dixi supra quæst. 38. & licet fauendum videatur dispositioni testatoris, tamen ubi rationalis est, ut in hoc casu, in quo testator prætulit turpem personam fratri, potius esse fauendum illi, qui ab intestato fuisse successurus, & si casu contingeret, ita consulere, & iu-

dicarem, licet Curt. Iun. in d.l. 1. nu. 6. dicit, qd requisitus, ut consulere, in casu quo scripsit Dec. in allegato cons. 530. recusauit consulere, Possent tñ in hoc proposito considerari tres casus, & hoc modo distinguendo, omnes opi. ad concordiam reduci. Aut in testamento, in quo turpis persona est instituta nihil relictu est fratri, & tunc per querelam rumpit testamentum in totum, & ita procedat, quod dicitur est supra ner. Sed qui. 2. Aut reliquit aliquid, sed non titulo institutionis, & tunc pariter rumpit totum, ad exemplum de cecidentium, Licet enim regulariter in collateralibus non sit necessarius titulus institutionis, neq; eis aliqua legitima debeat, est tamen speciale, vt dixi, quado turpis persona est instituta, quia eis debetur legitima, & consequenter non est imperitines dicere, qd talis legitima sit eis relinquenda rit. anst. & ita procedat opi. Gul. de Cun. quam ego sequor, Aut vero, & hic est tertius casus, reliquit titulo institui, sed minus legitima, & tunc procedat opi. Ang. & sequacium. Cogita.

QV AEST. LI.

SVM MARI VM.

De prætentione patroni per libertum in testamento facta.



SET etiam hoc loco aliquid dicendū, de præteritione patroni per libertum in testamento facta, sed quia hæc materia patroni, & liberti se re in desuetudinem abiit, remitto te ad notata in §. Sed nostra, Instit. de success. liber. cum similibus.

QV AEST. LII.

SVM MARI VM.

Testamentum nullum ex causa præteritionis, vel exheredationis hodie annullatur

latur tantum quo ad institutionem, cetera autem firma manent, ex dispositione auct. ex causa. C. de lib. præter.

Et quid in præteritione facta per patrem, aut alios ascendentes per lineam paternam, ver.

Et quid in præteritione filij posthumi, vers. Item quæro.

Et quid si huiusmodi posthumi si ignoranter præteritis, vers. Sed quid si posthumi.

quid si sit præteritus frater, & turpis persona instituta, vers. Sed quæro.

quid si exhereditatio facta sit cum causa, Et que tamen deinde probata non fuerit, vers. Sed nunquid.

PRÆCEDENTIBVS quæstionibus visum est, quemadmodum testamentum ex causa præteritionis, vel exheredationis, reddatur nullum, uel impugnari possit. Nunc sciendum est, quod licet secundum iura antiqua testamentum annullaretur in totum, scilicet tam respectu institutionis, quam legatorum, & aliorum, quæ in ipso testamento continentur, Hodie tamen quod ad institutionem bene annullatur, iuxta dispositionem iuris antiqui, sed cetera in testamento contenta firma manent, & hoc ex dispositione vulgare auct. ex causa supra multoties allegata, & ita tenent communiter omnes nemine discrepante, vt dicit Paris. consi. 66. num. 36. lib. 2. & consi. 64. num. 20. eod. vol. Ex quo enim iniuria facta filio præterito, vel exheredato, erat tantum circa institutionem, valde rationabile fuit, vt in ea tantum parte annullaretur, in qua peccatum fuerat.

Et quia hæc materia est ordinaria in scholis, & valde trita, breuiter attingendo tantum principales conclusiones doctorum, dico, quod dispositio d. auct. proculdubio locum habet in præteritione facta de filio, per matrem, aut alios ascendentes per lineam maternam, quæ quidem præteritio, si facta sit cum causa, habetur pro exheredatione, ut dixi supra qu. 47. & ita tenent communiter omnes

scribentes vt dicit Paris. in d. consil. 60. numero 12. ita etiam communiter tene-ri affirmat Imol. in l. filio præterito, numero 30. ff. de iniurio rupto. Sed quid in præteritione facta per patrem, uel alios ascendentes per lineam paternam? Resp. aliqui dixerunt, quod non, sed quod tantummodo locum habet in præteritione materna, & hanc opin. dicit tenere doctores omnes, Cyn. in d.l. filio præterito, ff. de iniur. rup. Sed in hoc Cy. verum nõ dixit, ut affirmat Bal. in d.l. filio præterito, post numerum 2. quem refert, & sequitur Imol. in d.l. filio præterito, post numerum 7. Tenendum est igitur, quod dispositio d. auct. etiam locum habet, etiam in filio a patre præterito, quod opi. dicit esse communem Imol. in d.l. filio præterito nu. 12. & seq. & hæc conclusio locum habet, siue talis filius a patre præteritus, sit in potestate patris constitutus, siue sit emancipatus, & ita in filio in potestate concludit Barr. in d. auct. ex causa, nu. 2. & est communis opi. vt dicit Alex. in d. auct. ex causa, num. 15. Cora. consil. 188. col. 2. in litera D, lib. 2. Iaf. in d. auct. ex causa, num. 1. Idem in filio emancipato tenet Bar. in d. auct. ex causa, numer. 8. & ita communiter tenent attestatur A postil. ad Bar. lib. pariter sub num. 8. Hanc etiam esse communem sententiam dicit Iaf. in ea, auct. ex causa, nu. 7. Effet enim ualde inconueniens, ut esset melioris conditionis filius emancipatus, quam suus. Et licet circa hæc multa disputado dici possent, tamen in practica temerariū esset illa in dubium refricare.

Item quæro, an dispositio d. auct. locum habeat tam in præteritione filij facti nati, quam in præteritione posthumi? Resp. quod sic, & quod habeat locum in præteritione filij facti nati a patre scienter facta, tenuit Bart. in d. auct. ex causa, nu. 4. & hæc est communis sententia, vt ait Curt. Iun. in d. auct. ex causa, nu. 6. & seq. Quod autem habeat locum etiam in præteritione posthumi, tenuit Bar. in ea, auct. ex causa, num. 6. licet loquatur, quado scienter fuit præteritus, & ita communiter tenent attestatur Imola in c. c. c. ff. de test. nu. 26. de testa. Hanc et opi. dicit esse communi-

communem Ale. in d. aut. ex causa, nu. 17. Corn. in d. col. 158. col. 4. in litera R, li. 2. & conf. 244. in litera G, eo. uol. Iaf. in d. aut. ex causa, nu. 2. Bertrand. col. 170. nume. 1. lib. 3. in 2. parte. Curt. Iun. in d. aut. ex causa, nu. 13. & seq. Paris. col. 60. nu. 9. lib. 2. & conf. 64. num. 6. eod. vol. & hoc sere omnes latentur.

Sed quid si posthumus sit ignoranter preteritus, nunquid etiam hoc actu loci habeat dispositio d. aut. ex causa? Resp. qd in hoc articulo Doctores fuerunt multum varij, multi enim tenuerunt qd etia hoc casu locum habeat, & hanc opi. dicit esse comunem. Paris. in d. conf. 60. nu. 3. & conf. 61. nu. 14. eo. lib. & in d. conf. 64. nu. 8. Contrafiam uero sententiam. si qd imo dispositio d. aut. non habeat locum, ubi posthumus sit ignoranter preteritus, tenuit Bar. i. d. aut. ex causa, nu. 4. & hanc opi. dicit esse magis communiter approbatam Iaf. in d. aut. ex causa, nu. 3. & seq. quem refert Bertrand. conf. 150. num. 2. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam dicit esse magis comunem Aret. conf. 150. quod est consilium, prout illum refert Tiraq. in repe. l. si unquam. in uerbo, Donatione largitus, nu. 263. Gul. de Benedic. in 1. parte, repe. ca. Raynucius, fol. 204. nume. 232. & seq. Curt. Iun. in d. aut. ex causa, nu. 17. A post. ad Bar. in d. aut. ex causa, sub numero 4. & hanc opi. mihi semper placuit, tanquam uerior, & equior, & magis fauens filijs, & adhaerens uerisimili menti testatoris, qd etiam proculdubio est magis communis, & ideo ab ea in practica non recedat, si uis recte iudicare, & in hoc ppositio adenda sunt ea que dixi supra q. 46. uerfic. Et hoc quidem, que omnia possunt ad hanc questionem satis accomodari.

Sed quero, tu scis, quod frater preteritus a fratre si turpis persona sit instituta potest testamentum fratris per querelam rescindere, ut dixi supra q. 50. Nunquid etiam hoc casu erit locus dispositio d. aut. ex causa, ut scilicet legata, & cetera in testamento ipso contenta pter institutionem conferantur? Respon. Hec est ardua questio, & qd indigeret decisione

Imperatoris, ut sentire uidet Salyc. in l. fratres, num. 9. C. de inoff. testam. Communis tamen sententia uidetur esse, qd isto casu non habeat locum dispositio d. aut. sed quod simul cum institutione omnia corruiant, teste Iaf. in d. l. fratres, num. 3. Que tamen opin. mihi semper uisa fuit terribilis. Videt enim (iudicio meo) ual de iniquum, qd filius preteritus rumpes testamentum patrum, teneatur pretere legata, & fideicomissa, non autem frater rumpens testamentum fratris, & sic qd collaterales sint melioris conditionis, & descendentes. Nec quidquam facit, qd in correctorijs non fiat extensio, etia ex maiori ratione, quia possit dici, uerba ipsius auctentice esse generalia, & absque ulla extensione comprehendere casum nostrum. Preterea illa conclusio, qd in correctorijs non admittatur extensio etiam ex maiori ratione, non est sine controuersia, & multi attestantur comunem opinio. esse in contrarium, & habet etiam multas limitationes, que possunt ad hoc propositum optimo accomodari, ut late dixi supra lib. 1. Ideo si casus contingeret in facto, credo, quod non peccaret mortaliter iudex, qui iudicaret contra hanc comunem sententiam.

Sed nunquid generaliter quocunque modo testamentum impugnetur ex causa exheredationis, habeat loci dispositio d. aut. ex causa? Resp. qd in hoc articulo aliquando fuerunt opin. Nam glo. communiter tenuerunt, ubi exheredatio facta est cum causa, que deinde non probatur legitima (quo casu testamentum rescinditur per querelam inofficijs, tanquam condita demente) qd non sit locus dispositioni d. aut. & hanc opin. dixit esse comunem Sig. 100. l. conf. 17. nume. 8. in si. prout illa refert Curt. Iun. in auct. ex causa, nu. 68. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod siue exheredatio facta sit non inserta causa legitima, siue ea sit inserta, sed per heredem non probata, tempore loci dispositio dicitur auct. tenuit Bar. in d. aut. ex causa, num. 9. & quidquid dicat Ignorol. in allegat. col. ita cetera teneatur, ut affirmat Corin d. conf. 158. col. 5. in litera T, lib. 2. & conf.

225. in litera E, lib. 3. Iaf. in auct. ex causa, post nu. 8. uerfic. sequitur in tex. Hanc etiam opi. dicit esse comunem, Imol. in d. l. filio preterito, num. 32. ff. de in iust. rtp. Alexand. in d. aut. ex causa, numero 18. Vtroque enim casu militat uerba ipsius auctentice, & eadem quoque ratio.

QVAETIO LIII. SUMMARIVM.

Institutio facta in re certa an sustineatur ex dispositione auct. ex causa.

Sed quia text. in d. aut. dicit, qd testamentum irritatur, quantum ad institutionem, Quero, nunquid irritetur etiam institutio facta in re certa? Respon. quod quatenus talis institutio sapit vim legati, sustinetur ex dispositione d. aut. quatenus autem potest habere vim institutionis, annullatur, ita tenet Bart. in d. aut. ex causa, nu. 15. & est comunis opi. ut dicit Alex. in ea. aut. ex ca. nu. me. 7. Rubens consil. 163. num. 6. Ideo si pater, preterito filio, instituat aliquem in re certa, nullo dato cogere uinculati, iste institutus in re certa, habeat solummodo illam rem, in qua fuerat institutus, quatenus autem potuisset per ius accretionis habere reliquum hereditatis, non sustinetur eius institutio, Vide in hoc proposito quando institutus in re certa sit loco legatarij, uel loco heredis, que dixi supra §. Institutio.

QVAEST. LIIII. SUMMARIVM.

Legata seu fideicommissa uniuersalia, nunquid sustineantur ex dispositione auct. ex causa.

Et an substitutiones pupillares, uel exemplaria, uerfi. Quero etiam.

Et quid si facta sint ipsi filio preterito?

ibidem.

Et an legata facta ipsi filio preterito, uerficul. Preterea quero.

Et an legata facta turpibus personis, uerfi. Item quid dicendum.

Et quid de legatis factis in codicillis, uerfi. Sed pone.

Et an huiusmodi legata que sustinentur ex dispositione d. aut. ex causa, petantur ex testamento, uel tanquam ab intestato. Uerficul. Pro complemento. Remane.



Nunc videndum est, quia text. in d. aut. ex ca. sim pliciter dicit cetera firma manent, an generaliter oia contenta in testamento propter institutionem sustineat, & quidem de relictis particularibus, nulla est inter Doct. controuersia, Sed quid in legatis, uel fideicommissis uniuersalibus? Respon. etiam illa sustinentur ex dispositione d. aut. ita tenet Bar. ibi, nu. 18. & ad hoc allegatur gl. in l. ita tamen §. quoties, in uerbo, Cōpeli debet. ff. ad treb. quam dicit esse cōiter approbatam Soc. consil. 92. nu. 3. lib. 4. Et ita communiter tenent attestatur Imol. in d. l. filio preterito, post nu. 36. uerfic. an autem comprehendat, Clau. in d. l. ita tamen, quam legit, cum l. omnibus §. quoties, nu. 3. Hanc etia dicit esse comunem opin. Alex. in d. aut. ex causa, post nu. 6. uerfic. Quinto limita, & num. 11. Dec. consil. 86. num. 3. Gul. de Bened. in prima parte repe. ca. Raynucius fol. 205. numero 237. Curt. Iun. d. aut. ex causa, post nu. 54. uerfic. Tertiam conclusionem. Paris. consil. 60. nume. 11. lib. 2. & consil. 61. num. 11. eod. uolum. & consilio 64. num. 8. eod. vol. Talia enim fideicommissa non impediunt successionem intestati, & ideo, sicut filio instituto potuisset imponi onus fideicommissi, neq; preterea illi diceretur esse facta aliqua iniuria, ita etiam debet in prejudicium preteriti sustineri, cum satis esse debet, si institutio ipsa corruiat.

Quero

Quæro etiam, nunquid sustineantur substitutiones pupillares, & exemplarię factę filiis in ipso testamento? Respond. quod sic, ita tenet Bar. in d. auct. ex causa, num. 16. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Bertrand. consil. 139. post numero 1. lib. 2. in secunda parte. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imo. in c. Raynuius, nu. 99. de testam. Alexā. in l. 1. §. fin. num. 5. de vulga. ias. in d. auct. ex causa, num. 10. Claud. in d. l. 1. §. fin. nu. 3. Tales enim substitutiones non impediunt successionem ab intestato, vt superius de fideicommissis dictum est. Quę quidem conclusio facis de plano procedit, quando talis substitutio pupillaris est facta alteri filio, sed quid si facta sit ipsimet filio præterito? Respond. quod pariter sustinetur, & ita est communis opin. ut dicit Claud. d. §. fin. num. 5. Gul. de benedic. in secunda parte reper. c. Raynuius, fol. 39. post, num. 66. Nam pupillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta est, merito ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum est in vulgari substitutione, per quam directo succeditur ipsi testatori, illa enim proculdubio irritatur, sicut, & institutio alias hoc casu dispositio ipsius auct. redderetur euloria, quia substitutus vulgaris admittitur in defectu instituti, & filius præteritus adhuc remaneret exclusus.

Præterea quæro, nunquid sustineatur etiam legata facta ipsi filio præterito, vel exheredato? Respond. quod non, ita tenet Bar. in d. auct. ex causa, num. 19. & est communis opin. teste Roma. consilio 516. num. 10. quem refert Cozad. consil. 49. numer. 19. Cor. consil. 62. col. 2. in l. 1. §. fin. lib. 2. ias. in d. auct. ex causa, nu. 14. & seq. Ripa in l. 2. post num. 33. ff. de vulg. l. q. Nic. Arelaten. in 2. consil. post tit. de secund. nup. nu. 3. Qui enim testamentum impugnat, indignus est, vt aliquid ex eo consequatur.

Item quid dicendum de legatis, quę in ipso testamento facta sunt per testatorem turpibus personis, nunquid, & ipsa sustinentur ex dispositione dictę auctoritatę ex causa? Respond. quod non, & est communis opin. ut attestatur Rubens in re-

pe. l. Titia. §. imperator, num. 82. ff. de leg. 2. Sunt enim huiusmodi persone legibus odiosę. l. fratres, C. de i. i. test. & faciunt in proposito ea, quę dixi supra q. 52. versicul. Sed quæro.

Sed pone, testator fecit codicillos, in quibus multa legata fecit diuersis personis, deinde cōdidit testamentum, in quo filium præterijt, vt nulliter exheredauit. Modo filius impugnat testamentum, Quæro, an ex dispositione auct. ex causa sustineantur etiam illa legata facta in codicillis? Respond. quod sic, ita tenuit gloss. in l. prima in verbo. Literas, C. de codicil. quam dicit esse communiter approbatam Cur. lun. in d. auct. est causa, post nu. 62. Semper enim, si uerba testis decedij testatus, codicilli, siue ante testamentum, siue post testamentum conditi sint, accipiunt robur a testamento, & ab ipso pendere dicuntur, merito de istis legatis idem est iudicandum, ac si in ipsometestamento relicta fuissent.

Pro complemento huius materię quæro, nunquid legata, quę sustinentur ex dispositione auct. ex causa perantur actione ex testamento, an autem tanquam ab intestato, dixi supra. §. legatum.

QVAEST. LV. SVMMARIVM.

In testamento regulariter interuenire de beu septem testes.

Et an scemina possit esse testis in testamento, uer. Scias tamen.

Et quid de iure canonico, uer. Sed quid de iure.

Et quid in testamento inter libros, uer. Quæro etiam.

Et quid in testamento nullis, uer. Sed hic quæro.

Et an in codicillis, uer. Item quæro.

Remissus.

Monachi, & mendicantes nunquid possunt in testes adhiberi in testamento, uer. Vltimus quæro.

Legata

Legatus an possit esse testis in testamento, uer. Præterea quæro.
Filius an possit pro parte testificari in testamento, uer. Sed nunquid.
Testis inhabilis qui communi opinione reputatur habilis, potest in testamento adhiberi, uer. In hoc etiam.

EX his, quę proximis quæstionibus tractata sunt, habes factis declarationum primum requisitum ad testamenti validitatem, scilicet institutionem heredis. Nunc ad alia transeundo, scire debes, quod regulariter in testamento debet interuenire septem testes. l. hac consultissima, C. de testam.

Scias tamē, quod licet regulariter omnes personę tam masculi quam femine possint esse testes in quolibet actu humano, modo alias sint idonei, tamen in testamento est speciale, quod aliquę personę interuenire non possint, de quibus in l. qui testamento, l. secunda, ff. de testamē. & similibus. Et in primis mulieres nō possunt ad condendum testamentum testes adhiberi, & hoc quidem de iure ciuili est expeditum, est enim de hoc text. expressus in d. l. qui testamēto, §. mulier. & ratio est, quia mulier est fragilis, & corruptibilis, vt dicit gloss. in dicto. §. mulier in verbo, Non poterit, quam omnes Doctores sequuntur nemine discrepate, dicit Bellon. cōs. 14. num. 8. & quotidie docet experientia, ideo lex in actu adeo præiudiciali, & in quo sepe solent committi fallitates, & fraudes, de eius integritate non confidit.

Sed quid de iure canonico? Respond. si queratur de testamento condito ad pias causas, res non habet difficultatem, quia in illo absolute mulier potest testificari, vt dixi supra quæstio. 6. versiculo. Tertio inferitur, & ita obseruandum est in utroque foro. Sed quid si testamentum sit conditum ad causas profanas, nunquid mulier de iure canonico poterit in eo testis adhiberi? Respond. quod in hoc articulo, Doctores sunt vari, Multi

enim tenuerunt, quod sic, & hanc opin. dicit esse communem Paris. consilio 51. num. 16. lib. 3. Crotus de testibus in prima parte, numero, 10. prout illum refert Didacus in dicto cap. cum esses, numero 14. de testam. en. Multi etiam tenuerunt contrarium, scilicet quod in iure etiam de iure canonico mulier in testamento condito ad causas profanas, non possit esse testis, & hanc opin. dicit esse communem Alexā. consilio 84. in fin. lib. 2. prout illum refert Ioan. Dilect. de Arte testandi, tit. 2. caut. 2. numero. 7. Ego tamen non reperio Alex. in allegato consilio 84. quod est duplicatum in consilio 177. lib. 2. attestari de communi opin. licet, numero 5. videatur hoc sentire, & al leges plures auctoritates pro hac parte. Fortē melius in proposito posset allegari idem Alexand. consilio 70. numero 13 eodem volum. 2. quod est appendix, siue confirmatio illius consilij 84. supra allegati, ubi hoc idem tenet, & valde mirat de quodam consulente qui dixerat communem opinionem esse in contrarium. Hęc et opi. dicit esse communem Bello. consilio 14. post numerū 8. quam ego et sequor, tanquam veriorē, & magis communem. Vbiunque enim non reperitur aliqua dispositio iuris ciuili expresse immutata a iure canonico, non debemus inducere repugnantiam inter ius canonicum, & ciuile, vt dixi supra libro 1.

Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos, an in eo possit mulier in testem adhiberi, dixi supra q. 8. vers. Secundo inferitur.

Sed hic quæro etiam, an in testamento militis mulier possit esse testis? Respond. quod sic, & est communis sententia, vt dicit Bayer. in §. plane, num. 5. l. i. de testam. mil. Est enim in testamento militis remissa omnis solemnitas iuris ciuili, vt dixi supra q. 15.

Item quæro, an mulier possit esse testis in codicillis? dixi supra §. codicill.

Vltimus quæro, nunquid monachi, & fratres mendicantes possint in testamentis testes adhiberi? Respond. quod sic, & ita se habet communis obseruantia.

& consuetudo, vt attestatur Natra in rep. §. ex imperfecto, post nune, 18r. subdens, quod est valde rationabilis, quia solent a testatoribus adhiberi tãquam legaliores sub spe, quod eorum voluntates non rene lent, licet quandoque contrarium contin gat.

Præterea quero, nunquid legatarius possit esse testis in testamento? Respond. aut quæris, an si in numero septem testi um, qui fuerunt adhibiti in testamen to, reperiat aliquis descriptus, cui testa tor in testamento legatum reliquerit, an testamentum ipsum valeat, tanquam con sectum cum solemni numero testium, & dic, quod proculdubio testamentum erit nihilominus validum, & solemne d. l. qui testamento, la. 2. in priu. ff. de testamentis. Aut quæris, si agatur de probando per tes tes ipso testamento, vel legato, an lega tarius sit idoneus testis, & in hoc remit to te ad ea que late dixi supra lib. 2. §. tes tis quiet.

Sed nunquid filius poterit pro patre te stificari in testamento? Respond. absolu te, quod non, siue filius sit in potestate, si ue emancipatus & siue pater condat testa mentum, siue ipse pater sit ab alio heres in testamento instituitus, ita tenet Bart. in d. l. qui in testamento, §. quacunque, nu mero 2. & est communis opin. vt dicit Aret. in eo §. quacunque, post nu. 6. versi. & contra illam, & merito filius est in hoc suspectus, cum secundum communes re gulas censeatur vna, & eadem persona cū patre.

In hoc etiam proposito nota vnum, quod superioribus diebus contigit in practica, quod si aliquis alias inhabilis adhibeatur in testem in testamento, pu ta, quia sit infamis, uel seruus, qui tamē non reputabatur communi opinione pro seruo neque pro infami, valet testamen tum, ita dicit gloss. not. in lege cum lege, in gloss. sua. ff. de testamen. quam sequuntur communiter scribentes, vt attestatur Alexander, in lege prima, numero 11, C. de testa. Semper enim inclinare debe mus in sententiam, secundum quam vlti ma testatoris voluntas conseruatur, & si stituitur.

QVAEST. LVI. SUMMARIUM.

Regulariter in testamento interuenire debent septem testes.

& an huiusmodi numerus testium sit de sub stantia ipsius testamenti, versiculo, Et licias.

& quid tempore pestis, versiculo, Et hæc quidem.

& quid in testamento condito inter liberos n. r. Quæ roan Remisusue.

Et quid in testamento condito ad pias cau sas, uer. Item quæro. Remisusue.

Et quid in testamento condito a rusticis, uer. Sed quid in testamento.

Et quid si quis testetur coram imperatore, uersic. Et est etiam alius.

Et an sufficiant sex testes, & notarius, uer. Quæro etiam.

Et quid si ad sit statutum, quod testamētū posse fieri coram quinque testibus, uer. Vtterius quero.



Non sufficit testes, qui in testamēto adhibiti, sunt esse idoneos, nisi et sint secundum numerum a lege constitutum, licet enim regulariter i quolibet actu duo testes sufficiant, iuxta illud in ore duorum vel trium, & c. tñ in testamētis. in quib. vt dixi, sepiissime sūt fraudes, & falsitates, requiritur, quod ad minus septem testes interueniant.

Et scias, qd iste numerus testium, non solum est de forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali, ita tenet Bar. in l. nemo potest, in pri ma oppo. ff. de leg. primo, & est commu nis opin, vt attestatur Ripa, in d. l. nemo potest, post nune, 27. Didacus in c. cum ef tes, nu. 8. de testa. & hoc est maximi effe ctus. Nam si non esset de forma substan tiali, posset testator in suo testamento iu bere, vt licet cōsectum esset cum minore numero testium, valeret, quod tamen fa cere non potest vt concludunt commu niter Doct. in allegata. l. nemo potest. Et

Est etiam in alio magni effectus, quia si ef fet de forma probatoria tantum, sequere tur, qd si pars confiteretur testamentum fa ctum fuisse coram testibus, sed non septē, tale testamentum valeret, tãquam solem ne, & probatum ex confessione partis, qua probatione nulla melior esse potest, quod tamen est falsum.

Et hæc quidem conclusio satis de pla no procedit, quando testamentum fit in tempore, in quo de facili potest haberi in teger numerus testium. Sed quid si testa mentum fiat tempore pestis, in quo propter suspicionem contagionis, persona non ita facile ad infirmos accedunt, neq. iniucem inter se conuersantur, prout faciunt tempore sanitatis? Respon. in hoc articulo magna est cōtrouersia in ter Do ctiores, nam aliqui dicunt, qd tempore pes tis sufficit, qd testamentum fiat cum quin que testibus, & fuit peregrinū dictum ori ginalē Bal. in l. si. num. 1. in fi. C. de testa. & hanc opin. dicit esse communem Dec. conf. 289. num. 5. in fi. quem refert Io. An nib. in repet. l. nemo potest, num. 65. in fi. ff. de leg. 1. Paris. consil. 32. num. 6. libr. 2. & conf. 33. num. 26. eod. vok. 10. Dilect. de Arte testan. tit. 2. caut. 2. num. 2. Contra riam autem opin. quod scilicet etiam si te stamentum conficiatur tempore pestis, propter hoc iura nihil dispensent circa so lennitates in ipso testamento requisitas, & consequenter, qd etiam eo tempore re quiratur integer numerus septem testiū, dicitur tenuisse Ang. in d. l. si. C. de testa. qui tamen in libro meo hoc non dicit, & ita attestatur communiter tenet Alex. consil. 177. num. 8. lib. 2. quem refert Iaf. in d. l. si. num. 2. & Rubeus consil. 165. num. 1. & Boer. decil. 228. post nune. 10. Hanc etiam dicit esse communem Alex. conf. 70. post num. 16. libr. 2. quem refert Ripa de peste, in priuilegijs vltimarū no luntatum, nune. 7. Corn. consil. 68. in li tera I. lib. 1. Socin. consil. 85. num. 6. in fi. lib. 4. Crocius in tract. de testib. num. 11. Bertrand. conf. 212. num. 3. lib. 1. in secun da parte, & couf. 233. post num. 8. lib. 2. in secunda parte. A post. ad Aret. in l. heredes palam in prin. post num. 6. ff. de test. Bauer. in §. sed hæc quidem, num. 23. &

seq. Infit. de testa. Afflic. decil. 25. nune. 2. ubi etiam refert ita iudicasse consilium Neapolitanum, prout etiã iudicauit par lamentum Burdegalense, vt refert Boer. in allegata decil. 228. in casu tamen in quo petis non erat magna. Hæc est ardua questio, & indigere: Cæsarea deci sione, vel saltem prouisione, ut sensisse vi detur Bar. in l. i. ff. de bon. poss. ex testa. milit. Si computentur auctoritates, credo proculdubio hanc opin. contra Bald. esse magis communem. Opinio tamen Bald. mihi semper magis placuit, modo duo concurrant, quod scilicet ipse testator te pore conditi testamenti egrotaret morbo pestis, secundum, quod eo tempore pes tis esset talis, vt uerisimiliter maior copia testium ibi haberi non posset. Hoc ca su inreprede, secundum hanc opin. Bald. consulerem, & iudicarem, & certe etiam illi qui tenent contra Bald. fatentur ferē omnes, qd ipsius opin. est æquior, & hu manior, quod est notandum, quia Senatus noster, qui semper fere in iudicando amplectitur æquitatem, credo, quod de fa cili inclinaret in sententiam Bal. nisi ali qua suspicio fraudis, aut falsitatis subse set. Vni tamen scias, quod licet nonnulli dixerint, quod tempore pestis etiam duo tantum testes in testamento sufficerent, eorum tamen opin. nullo modo esset tenenda, ideo dic, quod ad minus quinque requiruntur, & in hoc omnes ferē concor dant, ut dicit Corn. consil. 297. in litera B. lib. 4.

Quæro an in testamento condito inter liberos sufficiat minor numerus, quā septem testium? Dixi supra quest. 8. versi. Hinc inferitur.

Item quero, quid in testamento condi to ad pias causas? dixi supra q. 6. versiculo. Hinc inferitur.

Sed quid in testamentis conditis in ru re per rusticos, nunquid hæc solemnitas numeri septem testium pariter erit neces saria? Respond. quod non, sed in illis est speciale, quod sufficiant tantum quinque testes, & hoc ex dispositione. l. & ab anti quis. quæ est lex fin. C. de testa. ubi est de hoc tex. expressus, & hæc quidem conclu sio locum habet, siue huiusmodi rusticus Tract. Iul. Clar. E teste-

testetur scriptis, siue sine scriptis, & ita communiter tenetur, ut ait Ale. in d.l. si. post. nu. 8. in gl. in verbo, Scriptura. Hęc etiā dicit esse communem opi. Iulij in d.l. si. post. nu. 2. vers. 4. extende. & ita obseruatur communiter, ut attestatur Bart. in d.l. si. nu. 1. Valer enim regulariter argumentum de testamento in scriptis, ad nūcupatum, & econuerso. Scias tamen, qd hoc priuilegium, qd cōceditur per d.l. si. cōceditur personę & loco, copulatiuē, scilicet iusticiis, & in rure testantibus, & id eo, vt sit locus dispositioni. d.l. si. requiritur, qd vtrūque concurrat, si ergo iusticius testetur in ciuitate, uel cuius in comitatu, non gaudebit beneficio illius legis, ita dicit Bart. in d.l. si. nu. 2. & est communis sententia, vt dicit Boer. deci. 228. post. nu. 10. & hoc etiam si esset tempus pestis de quo tamen vide quę dixi supra, versic. Et hec quidem.

Est etiam alius casus valde notabilis in hac materia, quia si aliquis testetur coram imperatore, non est necessarius numerus septem testium, & est de hoc text. expressus in l. omnium. C. de test. Sed quomodo quis dicitur testari coram imperatore? Respon. qd si quis porrigat preces principi, in quibus exprimat, qualiter de rebus suis disponat, dicit testatus coram principe etiam si princeps super huiusmodi precibus nihil rescripserit, ita colligitur ex text. in d. l. omnium. Sed qd, si quis non porrigat preces, sed orarens coram imperatore dicat se instituire Titium heredem, vel similia, nunquid dicitur testatus coram imperatore? Respon. qd sic, dummodo de hoc appareat per aliquos testes, & licet sit magna cōtrouersia inter scribentes, quot testes hoc casu requirantur, tamen magis communis opi. est, qd saltem duo requirantur, ubi non apparet preces fuisse portatas, & qd duo sufficientes sentit, Bar. in d. l. omnium, nu. 1. & hanc esse communem opi. attestatur Soc. in consil. 138. nu. 10. lib. primo, & quia vt ipse dicit, non esset consulendo, aut iudicando recedendum, quem refert Didac. in Rubrica de testa. in 1. parte, nu. 2. Hęc tamen raro contingunt in practica.

Quarto etiam, si ad sint sex testes, &

preterea tabellio, qui de ipso testamento debet esse rogatus an sufficiat, dixi supra lib. 2. §. notarius.

Vltimus quoque quid sit ad hoc statutum dispositus, quod testamentum confectum corā duobus, uel tribus testibus valeat, dixi supra lib. primo.

QVAEST. LVII.

S U M M A R I U M.

Numerus septem testium an requiratur in testamento etiam de iure canonico, tractatur qd materia, cap. cum esses, de testa.

Et an dispositio illius casu, loci habeat etiā in testamentis conditis etiam ad causas profanas, ibid.

Et an in foro temporalis, uersic. Quis quidem.

Et an extra terras ecclesie, ibid.

Et an sufficiant duo testes loco parochiani, uersic. Sed pone.

Et an duo testes sine parochiano, uersic. Sed quid.



HABES ergo conclusionē, qd ad validitatē testamenti requiritur numerus septem testium, quę quidē, secundum ius civile, nullam hēt difficultatē, sed quæro, quid de iure canonico, an minor numerus testium sufficiat? Hęc est ardua, & difficilis quæstio, q̄ tota uertatur circa intellectum c. cum esses, de testam. ubi summus pontifex ait, Testamenta, q̄ parochiani coram presbytero suo, & tribus uel duabus alijs personis idoneis in extrema fecerint uoluntate, firma decernimus permanere, Videndum est igitur, nūquid hęc conclusio quo elicitur ex illo textu, si in testamento sufficientes duo testes, cū presbyteri sui interuentu, habeat locum solummodo in testamentis conditis ad pias causas, an autem loci habeat, etiam in testamentis conditis ad causas profanas, deinde pręsupposito, qd habeat locum etiam in conditis ad causas profanas, an procedat in vtroq; foro, itā in tpa.

li. q̄ in ecclesiastico, & tā in terris impij, quā in terris ecclesie. Et in primis quidē multi teneuerunt, qd dispositio illiusc. solummodo locum habeat in testamentis ad pias causas, & dixit A. postil. ad tex. in d.c. cū esses, qd hęc est crebrior opinio. Sē quidquid ipse dicat, tenenda est contraria opi. qd ille tex. procedat etiam in testamentis conditis ad causas profanas, & ita cōter teneri attestatur Ruin. consil. 14. num. 4. libr. 2. & qd de iure canonico in quolibet vltima uoluntate sufficientes duo testes, & sacerdos, dicit esse communem Alex. consil. 177. num. 2. libr. 2. Corn. consil. 137. in litera A. libr. 2. & consil. 261. col. pen. in litera C. lib. 4. quem refert Didacus in d.c. cum esses, nu. 12. Soc. consil. 138. num. 5. libr. primo, quod est duplicatum consil. 235. lib. 2. Boer. deci. 93. nu. 2. & sequi. Si enim in relictis ad pias causas sufficientes duo testes, secundum communem conclusionem doctorum, vt dixi supra q. 6. vers. Hinc inferitur, certe non potest in illis habere locum dispositio d. c. cum esses, per quam ultra duos testes requiritur etiā presentia sacerdotis, & ab hac opi. quę est magis communis, vt etiā ex infra dicendis apparebit, & quam cōsuetudo approbat vbiq; locorum, iudicio meo valde temerarium esset in practica recedere.

Quę quidem conclusio de plano procedit in terris ecclesie, in illis enim non videtur dubitandum, qm̄ sufficientes duo uel tres testes, cum interuentu parochiani, iuxta dispositionem d. c. cū esses, & hęc opi. proculdubio est magis communis, vt attestatur Alex. consil. 47. nu. 2. lib. 2. & consil. 146. num. 6. eo. vol. Corn. consil. 18. in litera T. lib. 2. & consil. 137. in litera A. eo. vol. & consil. 168. in litera B. eo. volum. Ripa de peste in priuileg. contrarium, num. 12. Paris. consil. 51. num. 13. lib. 3. Bello. consil. 14. nu. 3. Jo. Dilec. de arte testam. tit. 2. caut. 2. post. num. 2. & in relige, quod hęc conclusio locum habeat in terris ecclesie, non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro temporalis, vt statim dicam. Et licet Fulg. consil. 29. num. 1. & 2. dicat, qd hęc opi. non est communiter approbata, & qd immo contraria

opinio est communis, quod scilicet in terris subiectis temporalis iurisdictioni ecclesie, non ualeat testamentum in nō pias causas conditum, nisi seruata solemnitate iuris civilis, credo, quod de hoc dictio Fulg. parum sit curandum, cum ferre omnes Doctores teneant contrarium, vt uideri poterit, & hęc etiam communis opinio est consuetudine roborata, vt dicit Imola in d. c. cum esses, numero 13. & sic non esset iudicando, aut consulendo ab ea recedendum. Extra uero terras ecclesie, & sic in terris imperij, non habet locum dispositio d. c. cum esses, sed omnino debent interuenire septem testes, ita uolunt communiter Doct. vt dicit Cor. consil. 161. col. 3. litera H. lib. 4. & hęc opinio uideretur de generali consuetudine roborata, vt dicit Bertrand. consil. 178. in lib. 3. in secunda parte.

Quod tamen intellige, ut procedat in foro seculari, nam in foro ecclesiastico, & in terris imperij, seruatur dispositio d. capitul. cum esses, vt statim dicam. Et sic ex his omnibus collige conclusionem, quod dispositio dicto cap. cum esses, est obseruanda in foro Ecclesiastico vbiq; & in terris Ecclesie in utroque foro. & hęc est communis sententia, teste Cor. consil. 31. in litera B. libr. 2. & consil. 168. in litera B. eodem. volum. & consil. 137. in litera A. libr. 4. a qua non recedas in practica, quia, quantum ego uidi, apud omnes ita seruatur sine cōtrouersia. Bene uerum est, quod illi duo testes, qui debent ultra parochianum in teruenire, debent esse idonei, & sic omni exceptione maiores, & hęc est communis opinio, vt dicit Alexand. consil. 177. post. num. 4. uersiculo, Secundo respondeo lib. 2. de qua non uideatur dubitandum, ex quo in ipsomet capitul. cum esses, dicitur personis idoneis, &c. quis autem dicitur testis idoneus, dixi supra libro 2. §. testis.

Sed pone, aliquis fecit testamentum, in quo adhibuit quatuor testes idoneos, non tamen adert sacerdos parochianus, nunquid isti duo testes adhibiti ultra alios duos, supplebunt absentiam parochiani, ita vt testamentum ualeat,

perinde, ac si ipse parochianus vna cum duobus testibus adhibitis fuisset iuxta dispositionem d. cap. cum esses? Respond. quod si ita tenet Specul. de instr. editio. §. compendiose, post nu. 12. & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam Bertr. consil. 41. num. 6. lib. 3. in secunda parte. Et dicit Alex. consil. 105. nu. 15. lib. 4. quod ita tenetur communiter omnes. Hanc etiam opin. attestatur esse communem Dec. consil. 284. num. 8. quem refert, & sequitur Bello. consil. 14. post nu. 3. & Didacus in d. cap. cum esses, num. 13. Paris. consil. 31. post num. 15. libro tertio. & licet hæc opin. forte in puncto iuris non transeat sine difficultate, tamen propter auctoritatem, Doctorum illam tenentium, credo quod in practica obtineret, neque ego audem consulendo, aut iudicando, ab ea recedere, vbi cumque effusus in foro Ecclesiastico, vel etiam in vtroque foro in terris ecclesie, & quamvis Corn. consil. 77. in litera D. lib. 1. & consil. 137. in litera C. lib. 2. dicat communem opin. esse, quod in vltimis voluntatibus, in quibus non interuenit presbyter proprius testatoris, remanet ius civile immutatum, & quod ita obseruatur in practica, nihilominus ex supra allegatis apparet magis communem opin. esse in contrarium, Pro qua facit, quia semper plus creditur duobus testibus, quam uni, quæ tuncque dignitas sit, si ergo sufficit duo testes cum parochiano d. c. cum esses, multo magis sufficiunt quattuor testes.

Sed quid si duo tantum testes in testamento interuenerint sine parochiano, nunquid tale testamentum valebit de iure canonico, secundum quod dicitur, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum? Respond. aliqui dixerunt, quod sic, & hanc opin. dicit esse communem Bald. consil. 404. lib. 4. prout illum refert Io. Dilect. de arte testandi tit. 2. cautela 2. num. 4. Ego non reperio illud consilio Bald. quia forte allegatur secundum aliam impressionem, Sed quidquid dicat Bald. contraria opin. est verior scilicet, quod ultra duos testes debet etiam parochianus interuenire, & est etiam magis communis, vt attestatur Imola in dicto cap.

cum esses, post nu. 13. & quia res est nimis clara, stultus esset, qui ab hac sententia recederet in practica.

QVAETIO LVIII. SVMMARIVM.

Requiritur testes in testamento adhibitos esse rogatos.

Et quid in testamento nuncupatio, versic. Et hæc quidem.

Et quid in testamento ad pias causas, versic. Quæro an. Remissive.

Et quid in testamento condito inter liberos versic. Quæro etiam. Remissive.

Et quid in testamento militis, versic. Item quæro.

Et an sufficiat testes esse rogatos ab alio, quam a testatore, versic. Scias tamen.

Et an testes in dubio præsumantur rogati, versic. An autem. Remissive.

Et an requiratur etiam notarium esse de ipso testamento rogatum, versic. Quod vero.



on sufficit in testamento septem testes idoneos adhibitos fuisse, nisi et appareat illos, vt testis interessent, fuisse rogatos. Est de hoc text. expressus in l. hæreses pal. §. in test. ff. de test. licet. n. regulariter in alijs actibus humanis non requiratur quod testes sint rogati. l. ad fid. ff. de testi. & dixi supra lib. 2. §. Testis. Tamen in testamento, in quibus, ut saepe dictum est, maximus subest timor fraudis, & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, ut diligentius ad omnia animaduertent.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in testamento in scriptis confecto. l. hac consil. i. in prin. C. de testamen. Sed quid in nuncupatio? Respond. quod pariter in nuncupatio debent testes esse rogati, & hoc siue huiusmodi testamentum nuncupatum fuerit sine scriptura confectum, siue

siue etiam fuerit in scriptis redactum, ita tenet gloss. in §. fina. in verbo, adhibitis, in §. de testa. & est communis opi. vt dicit Boer. decif. 34. nume. 8. Nulla enim iudicio meo subest in hoc concludens ratio differentie inter testamentum in scriptis, & nuncupatum, & quia hæc opi. notissima consuetudine vbi que approbatur, non est aliquo modo de ea dubitandum.

Quæro, an in testamento condito ad pias causas, requiratur, quod testes sint rogati, dixi supra q. sexta, versic. Secundo, inferitur.

Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos? dixi supra q. 8. versic. 3. inferitur.

Item quæro, quid in testamento condito inter liberos? dixi supra q. 8. versic. 3. inferitur.

Item quæro, quid in testamento condito inter liberos? dixi supra q. 8. versic. 3. inferitur.

Item quæro, quid in testamento condito inter liberos? dixi supra q. 8. versic. 3. inferitur.

Item quæro, quid in testamento condito inter liberos? dixi supra q. 8. versic. 3. inferitur.

consuetudine roborata.

An autem testes in dubio præsumantur rogati, & quomodo probetur rogatus testium dixi supra libro secundo. §. testis.

Quod vero dictum est in testibus, idem dicendum est in notario. Ad hoc enim vt notarius possit de ipso testamento conficere instrumentum, requiritur, quod & ipse sit de hoc a testatore rogatus, ita dixi gloss. in §. nos autem. in verbo, Inlungatur. in auct. de tabellio. quam dicit esse communiter approbatam Soci. consilio 178. num. 3. lib. 2. & ita videmus quotidie obseruari. Hoc tamen locum non habet in testamento condito inter liberos, vt dixi supra q. 8. versic. 3. inferitur.

An etiam in dubio rogatus notarius præsumatur, vt dixi supra lib. 2. §. notarius

QVAEST. LIX.

SVMMARIVM.

Speciale est in testamentis, vt requiratur quod testes videant testatorem, & audiant ipsorum loquentem.



ICET aliis in contractibus testes de auditu proprio probent, modo habeant notas vocales contractuum, vt dixi supra lib. 2. §. testis. Tamen in testamentis ob maximam suspicionem fraudum, quæ in illis quotidie committuntur, specialiter requiruntur, quod testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem, text. est in l. si non speciali. C. de testam. & communiter tenetur per legistas, ut dicit Abb. in c. ex literis, post nu. 5. de consue. & dicit Corn. consil. 18. in litera D. lib. 2. quod in hoc concordare videntur Doctores omnes. Hanc etiam dicit esse communem fere omnium sententiam Corn. consilio 166. in prin. lib. 3. Paris. consil. 33. num. 1. lib. 2. Rimi. in d. l. si non speciali, nu. 3. Et ideo si in testamento conficiendo esset cœtina, vel partes, inter testes, & testatorem, Traç. Iul. Clar. E non

non valeret testamentum, etiam si testes haberent notam vocem testantis, ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Alex. in d. l. si non speciali, nume. 6. Nec quidquam facit, qd. glof. in l. 2. §. idem Labeo, in verbo, Meminerint. ff. de aqua pluua. arden. tenuerit contrarium, quia illa gl. communiter reprobat, vt dicit Rap. ibi, quem refert, & sequitur Corn. consil. 200. in litera G, lib. 2. Porc. infri. de testa. milit. in princ. post nume. 8. Bauer. in §. Sed hec quidem, nu. 4. in f. inst. de testat. Noftris tamen temporibus quidam mulier sagax, maritum suum postquam expirauerat, e lecto extrahi fecit, & alium pro eo supposuit, qui fenestris thalami fere in totum clausis, & capite pannis inuolutis, simulans se propter infirmitatem vix loqui posse condidit testamentum, in quo vxorem instituit heredem, & alios p. sonis diuersa legata reliquit, & omnes testes credebant ipsum esse vere eius maritum, qui quasi in extremis laboraret, fuit deinde quasi diuino miraculo res omnis detecta, & nisi mulier ipsa vna cum notario, qui solus erat particeps fraudis, fuga sibi consulisset, credo, quod non euasisset penam vltimi supplicij.

QVAEST. LX.

SUMMARIVM.

Quo an possint in eadem charta coniunctim facere testamentum.



CCVRRIT etiam in hac materia pulchra qstio, nunquid duae personae possint coniunctim in eadem charta facere testamentum, & se inuicem instituire, & de bonis suis disponere? Respond. quod sic, & est communis opinio, vt ait Bello. consilio 85. numero nouo. Iurunt tamen quasi duo testamenta separatim facta, Sed hec raro contingunt.

QVAEST. LXL.
SUMMARIVM.

Voluntatem testatoris pro lege haberi.



DICTVM est, quae solemnitates in testamento requirantur. Nunc de ipsius testatoris dispositione videamus & vulgaris quidam est regula, qd. in quolibet actu humano duo praecipue considerantur. Potestas, scilicet, & voluntas: in primis ergo videndum est, qd. testator in suo testamento facere possit, de iure de eius voluntate coniecturanda non nulla subiiciemus. In hac autem materia facienda est generalis conclusio, quod voluntas testatoris pro lege habetur, text. est vulgaris in §. disponat in auctent. de nuptijs cum similibus. Quam tamen intellige, ut procedat in his, quae ab ipsius testatoris voluntate dependunt. Ceterum non potest testator facere, quominus leges in suo testamento locum habeant. I. nemo potest. ff. de leg. j. ita dixit glo. in l. in verbo, Caritatis. C. de iur. & habita. quam dicit esse communiter probatam Soc. Iun. consil. 115. nu. 19. lib. 1.

QVAEST. LXII.

SUMMARIVM.

Testator an possit prohibere trebellianica detractionem.

& an in codicillis. ver. Et haec conclusio Remissio.

& an possit testator illam tacite prohibere, vers. Habet etiam.

& an si usus sit testator verbis vniuersalibus, vel equipollentibus, censetur de detractionem trebellianicae prohibuisse, vers. Sed nunquid.

TVICIS quod heredes grauaturs p. fideicommissum relicto hereditate alteri p. de ipso fideicommissio detrahente trebellianica,

vt

vt dixi supra hoc eod. lib. §. Substitutio. **Q**UAERO, nunquid possit testator in testamento prohibere trebellianica detractionem. Haec est terribilis, & ardua questio, in qua adeo varie fuerunt scribentium sententiae, vt aliquando vix discerni possit, quae opinio esset magis communis. Sed omitto superflua, & agas conclusionem, qd. testator potest heredi prohibere trebellianica detractionem, ita tenuit glof. in §. sed quia stipulationes in verbo, Licet. instit. de fideicommiss. here. & ita magis communiter concluditur, vt ait Rom. consil. 206. num. 5. in fin. Ita etiam magis communiter tenent attestat Alex. consil. 29. post num. 2. lib. 5. quem refert Castador. decif. 4. de testa. num. 1. Hanc etiam opinio dicit esse communem Imola in l. Marcellus in si. prin. vers. Et per hoc etiam ff. ad Trebell. quem refert, & sequitur Bencidic. de Bened. de Perusio, & vulgo, Capra nominatus, consil. 36. circa princ. & consil. 84. versic. Circa secundum, Comensis consil. 25. num. 3. Alex. in d. l. Marcellus, in princ. nume. 8. & consil. 67. nume. 1. lib. 1. & consil. 5. nu. 16. lib. 3. & consil. 201. nume. 15. lib. 6. referens idem attestari Paul. de Cas. in auct. sed cum testator. C. ad l. Fal. quem tamen in lib. meo id dicentem non reperio. Ang. Aret. in d. §. Sed quia stipulationes, num. 3. Barb. consil. 10. col. 10. lib. 4. quem refert, & sequitur Io. Dilect. de Arte testandi, tit. 5. caut. 31. nu. 2. in si. Aret. consil. 37. nume. 10. Rom. consil. 239. post nume. 3. Corn. consil. 207. in litera H, lib. 2. Pet. Mathe. in repe. l. filium quem habentem, nu. 107. C. fam. heredit. quem refert, & sequitur Ias. in d. l. Marcellus in princ. num. 40. Bal. Nouel. de do. te in 6. parte. priuileg. 13. post nume. 2. & in eadem 6. parte priuilegio 62. post nu. 1. Ias. consil. 84. post nume. 9. lib. 1. & consil. 89. post num. 2. vers. Successus, eod. vol. & consil. 99. col. 5. vers. Transio ad secundum, lib. 4. & consil. 156. nume. 5. eod. uol. & in d. l. filium quem habentem, post nu. 11. C. fam. heredit. Dec. consil. 81. nume. 3. Claud. in d. l. Marcellus in princ. ubi etiam dicit, quod haec opinio. seruatur in pract. Bertrand. consil. 69. post num. 1. lib. 1. in 2. parte, & consil. 130. num. 1. lib. 3. in secundum

da parte, & consil. 144. num. 2. eod. volum. & consilio 158. post num. 17. eod. uolum. & consilio 205. numero quarto, eod. uol. Galkaula in repet. l. centurio, post nume. 87. vers. Aduerte itaque prim. off. de vul. Picus in repet. l. in quartam, post numer. 101. vers. Secundo & fortius, ubi etiam subdit, qd. ita solet teneri in scholis, & seruatur etiam in practica referens idem at testari Pau. de Castro in l. 1. §. ad munici. num. ff. ad Trebell. qui tamen in lib. meo hoc non dicit. Crotus, in repet. d. l. nemo potest, nume. 30. Probus in Apofit. ad lo. Monac. in cap. i. par. nume. 16. de testa. in 6. Gozad. consil. 45. numero 21. Ruin. consilio 37. numero 15. libro 1. & consilio 77. numero 1. libro 2. & consilio 111. numero 17. eod. uolum. & consilio 169. numero 11. eodem uolum. Ripa in l. nemo potest, numero 44. & seq. ff. de lega. 1. & in l. 1. in princ. post num. 15. ff. ad Trebell. Cotra in verbo, Trebellianica licet, Soc. Iun. consil. 31. post nume. 7. libro 1. & consilio 137. numero 6. eodam uolum. & consil. 70. post num. 19. libro 2. Io. Anni. in rep. l. nemo potest, num. 235. Paris. consilio 16. numero 58. libro secundo, & consilio 22. numero 33. libro tertio, & sic ex quo adfunt tot illustres Doctores attestantes de communis opinio. Doctorum, & obleruancia, fatius, & temerarius esset index, qui in practica auderet illam in dubium reuocare.

Et haec conclusio latis de plano procedit in testamento, sed quid in codicillis? dixi supra §. Codicillis.

Habet etiam haec conclusio minus difficultatis, nuncunque liquido apparet testatorem ita uoluisse, puta, quia expresse dixit, Prohibeo heredi meo detractionem trebellianicae, & hoc modo communem conclusionem esse, quod prohiberi possit, affirmat Paris. consilio 21. numero 34. libro tertio. Sed quid si hoc expresse non dixit, potest tamen ex eius uerbis colligi eum ita uoluisse, nunquid dicendum est, posse testatorem etiam tacite haec trebellianica detractionem prohibere? Respond. quod sic, & est communis opinio, ut dicit Paris. in d. consil. 21. numero 45. Bello. consilio 65. nume. 2.

Dicitur autem testator tacite illam prohibere, quando verba apposta a testatore sunt huiusmodi, ut nihil aliud possint importare, quam trebellianicę detractio nę, & hec est communis conclusio, vt attestatur Bello, in d. consil. 65. nume. 3. quam tamen intelligi secundum ea, quę statim dicam, nā ita absolute intellecta, non esset communis, nec vera.

Sed nunquid si testator vsus sit verbis vniuersalibus, vel æquipollentibus, censetur tacite trebellianicam detrahi prohibuisse, puta, si dixerit uolo, vt heres meus restituat totā, & integra meā hereditatem, uel sine aliqua diminutione, uel plenius, uel huiusmodi? Respond. in hoc articulo magna est inter Doctores tertatio. Aliqui enim tenuerunt, quod per hec verba non censetur prohibita detractio Trebellianicę, & hanc opinionē dixit esse communem Roma. consil. 239. post num. 3. Capra in d. consil. 36. in fin. & consil. 83. in fi. quem refert Gratus consilio 103. num. 14. lib. 2. Crotius in repet. l. nemo potest, nume. 35. ff. de leg. 1. vbi reprehendit Alex. qui dixerat contrariam opin. esse magis communiter approbatā, Bertrand. consil. 148. lib. 3. in prima parte, Bello. consil. 65. num. 1. & consilio 67. au. 1. Contrariam vero sententiam, scilicet quod per huiusmodi uerba uniuersalia, vel æquipollentia censeatur prohibita detractio trebellianicę, dicit esse comunē Alex. consil. 5. post num. 15. lib. 3. quem refert, & sequitur Curt. Iun. consil. 16. post num. 12. & Ripa. in l. cum filiosam. num. 69. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. sed, & quoties, nu. 5. ff. ad trebellia. & Ioan. Dilec. in d. caut. 31. nume. 3. Corf. de potestate regia in materia trebellianicę in 2. dubio, nu. 10. & sequē. Guido Papę Decif. 57. post num. 2. Galiaula in rep. l. centurio, num. 309. Dec. consil. 495. nume. 23. Claud. in d. l. centurio, num. 33. ubi dicit, q̄ fallitur Roma. qui dicit contrarium, Bertrand. si bi contrarius consil. 241. in lib. 3. in prima parte, Ripa in d. l. centurio, numero 130. l. Annibal. in rep. l. nemo potest, num. 250. Paris. consil. 93. nume. 45. lib. 2. & consil. 9. num. 9. & 10. lib. 4. & consil. 21. nume. 85. eod. vol. & consil. 52. nume. 11. eod. vol.

Franciscus Maruffus inter cōsilia Bello. consil. 64. num. 1. & licet contraria opin. æquior videatur, nihilominus ego semper hanc opin. secutus sum, tanquam uerriorem, & magis communem. In ultimis enim uoluntatibus, in quibus mens, & uoluntas testatoris maxime dominant, sufficit quomodocunq; de ipsa mēte testatoris appareat, ut dixi infra q. 76. in 7. regula, & ab hac in practica non recedas, nisi tamen ex aliquibus comētur colligi possit testatorem aliter sensisse. hoc n. ca. su tenenda esset contraria opin. quę, ut dixi, æquior est, & in his casibus bonum est habere iudicem fauorabilem, quia in huiusmodi opi. controuersia, multum potest iudicis religio in persequenda mēte defuncti, cui semper in iudicando adherere debemus.

QVAESTIO LXIII

SUMMARIUM.

Testator an possit prohibere detractiōnem Trebellianicę in filiis primi gradus.
Et quid si possint detrahere duas quartas, uersu. Sed retenta.



ED hec quidē omnia factis de plano procedunt, in liberis nō primi, sed ulterioris gradus, illis n. potest proculdubio testator prohibere trebellianicę detractiōnē, & hac est cōis opi. ut attestat Guido Papę, consil. 140. nu. 5. de qua stantibus his, q̄ in prægallegatis locis tradita sunt per Doctores, non est aliquo modo dubitandum, difficultas est, nunquid testator possit illam prohibere etiā in filiis primi gradus: & in hoc articulo, tantus est opiniois cōfictus, ut multi adhuc dubitent, quę sit magis communis sententia, & in primis quidē, q̄ testator possit prohibere detractiōnem trebellianicę, etiā in filiis primi gradus, & dixit esse comunem opi. Corf. de potestate regia in materia trebellianicę, in primo dubio, per totum quem

quem refert Paris. consil. 17. nume. 18. lib. 2. & consil. 18. num. 98. eod. vol. & consilio 26. num. 26. eod. vol. in quibus tamen consilijs, ipse Paris. non aperit quam putet esse magis comunē, Galiaula in repet. d. l. centurio, post num. 56. vers. Secundo, in quantum, Bertrand. consil. 152. nume. 12. lib. 1. in secunda parte, & consilio 130. num. 5. lib. 3. in secunda parte, Picus in repet. d. l. in quartam, post num. 101. Aldat. in l. cum proponas, C. de pact. quem refert Cotra in uerbo, Trebellianica licet, Rubeus consil. 2. nume. 24. & consilio 41. num. 12. ubi dicit, quod Dec. qui contrarium asseruit, non bene enumerauit Doctores, & consil. 77. nume. 11. Bello, consilio 80. numero 20. Contrariam uerō sententiam, quod scilicet non possit pater prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus, tenuit Bartol. in l. iuubemus, num. 2. & num. 8. C. ad trebell. quam decif. dicit esse communiter approbatam Ias. in l. marcellus. in princ. nu. 53. & seq. ff. ad Trebell. quem refert Gozad. consil. 97. nume. 14. & Paris. consil. 15. nume. 59. lib. 2. & consil. 93. num. 46. eod. vol. Hanc etiam opin. dicit esse magis comunem Ias. consil. 99. col. 6. vers. Et ista opin. lib. 4. & consil. 146. num. 6. eod. vol. Deci. consilio 81. post num. 3. & consil. 269. num. 13. quem refert Gozad. consil. 104. quod est consil. vltimum, nu. 25. & Ioan. Dilec. de arte testandi in d. caut. 31. nu. 4. Gozad. consilio 81. post numerū 15. & consilio 94. post nume. 19. Curt. Iun. consilio 70. nume. 16. & consilio 160. post nume. 10. uersicul. Accedit. Ripa in d. l. Centurio, num. 65. in fi. & in d. l. nemo potest, num. 52. Rubeus sibi contrarius consil. 100. in fi. & consil. 104. num. 1. & consil. 143. numero 6. Soc. Iun. consil. 131. nume. 58. lib. primo. ubi enumerat auctoritates, & consil. 138. num. 7. eod. volum. ubi pariter recenset auctoritates, & dicit ita uisse iudicatum, & consilio 28. num. 2. lib. 2. & consilio 112. num. 3. lib. 3. ubi dicit, quod errant, qui dicunt comunem opin. esse in contrarium, Paris. inter cōsilia Socin. Iun. consil. 132. nume. 1. lib. primo, Gratus consil. 160. numero 25. lib. 2. In signis Doctor, & præceptor meus d. 140. Al b.

consil. 7. num. 6. in fin. Et hanc opin. seruari in curia delphi. attestatur Guido Papę Decif. 50. nume. 1. & in d. consil. 140. num. 5. Non potest negari, quin uere passus sit arduus, & auctoritates magna sint hinc inde, ita vt in tanta uarietate Doctorum mirum non sit, si aliquando iudices vacillant, & bene dixit Curt. Iun. consilio 154. num. 2. quod hæc difficultas indigeret decisiōe Imperatoris. Nihilominus diligenter enumerando auctoritates Doctorum, iuxta supputatiōem huius temporis, proculdubio opin. Bald. est magis comunis, q̄ scilicet non possit per testatorem prohiberi detractio Trebellianicę in filiis primi gradus, quę etiam tanquam æquior, & magis fauens filiis esset tenenda in practica, & ita, si casus continerent, secundum illam consulerem, & iudicarem, si hereditas esset restituenda ex rranco. Sed si hereditas esset restituenda descendenti, cessaret ratio æquitate in fauorem filij, & nullitaret fauor conferuandę agnationis, & sustinenda uoluntatis defuncti, in fauorem descendentiū, quo casu non putarem errare iudicem, qui adhereret contrarię opinio. quod scilicet, etiam filio primi gradus potuisset Trebellianica prohiberi, secundā quā ut scribitur in d. uerbo, Trebellianica, licet sepe fuit iudicatum per nonnullos Doctores uenerandi Collegij Mediolanensis, & cogita super hac distinctione, quia iudicio meo sapit magnam æquitatem, & in dubijs semper tenenda est æquior sententia, & per quam opinioes contrarię ad concordiam reducuntur. Bene uerum est, quod ubi in aliqua ciuitate, uel prouincia esset altera ex istis opinionibus uis recepta, non putarem esse in iudicando a communi obseruantia recedendum.

Sed retenta indistincte opinio. Bal. & communi, quod scilicet testator in filiis primi gradus non possit prohibere detractiōnem Trebellianicę, dicunt aliqui, quod illa intelligenda est, vt procedat, quando tales filij non possunt, nisi unam quartam ex fideicommissio detrahere, p̄ ut est, quando sunt grauati pure hereditatem restituere, secus aurem, quando possunt

unt detrahere duas quartas, prout est, quod sunt grauari restitute hereditatem sub conditione, ut declarauit supra. §. Substitutio. Nam tunc, secundum eos bene potest testator illis prohibere Trebellianicæ detractionem, & ita communiter intelligi attestatur Bello. consil. 80. supra allegato, post num. 20. vers. Secundo resp. deo, & fuit noua declaratio Pauli de Castro ad l. iubemus. C. ad Trebell. vt ipse ait in l. mulier. §. cum proponere tur, post num. 4. ff. ad trebe. quem secutus est Alex. consil. 29. post num. 2. lib. 5. & dicit seruari in practica. Picus in d. l. in quartam, prout illi refert Paris. consil. 16. nu. 27. lib. 2. & consil. 18. num. 105. eod. vol. & consil. 26. numero 37. eod. volum. & consilio 93. numero 99. eodem volum. Ego, vt verum fatear, nunquam potui intelligere, quid sibi velint isti Doctores. Nam quando filius est grauatus pure, quo casu non potest detrahere nisi unam quartam, & sic legitimam, non uideo quo modo trahari possit, an valeat prohibitio Trebellianicæ facta per testatorem, cum præsupponamus eius detractionem eo casu iam esse prohibitam à lege, quæ non uult, quod possit nisi legitimam detrahere, & sic ista declaratio destrueret totam conclusionem. Neque in hoc credo, quod D. Bello. præceptor meus verum dicat, quod scilicet hæc intelligentia sit communis, quia in terminis. l. iubemus, ego ostendi communem opinionem esse in contrarium supra in dicto §. Substitutio, quod scilicet dispositio dicte l. iubemus locum habet, etiam quando detrahuntur duæ quartæ, neque ego reperio Picum in d. l. in quartam dicentem, quod hæc declaratio seruetur in practica, & si diceret credo, quod non esset hoc ei credendum, vt ibi dixi. Prop. eret non attenta hac intelligentia, & declaratione, utroque casu persisto cum communi opinio. scilicet, quod indistincte pater non possit in filijs primæ gradus prohibere detractionem Trebellianicæ, siue possint detrahere unam quartam, siue duas, & hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.

QVAEST. LXIII.

SUMMARIUM.

Testator an possit remittere usufructuario cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri.

Et quid respectu bonorum mobilium, vers. Et hæc quidem.

TVcis, quod usufructuario tenetur præstare heredi cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito usufructu, & de præstanda estimatione earum rerum, quæ vsu consumuntur, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. legatum. quæro, nunquid testator possit in suo testamento remittere usufructuario, quominus teneatur dictam cautionem præstare? Respond. quod non, rex. est expressis in l. r. c. de usufructu. & hæc est etiam communis opinio, vt dicit Socinus, consil. 231. nume. 14. lib. 1. quem refert, & sequitur Bello. consil. 54. nu. 3. & Ioan. Dilec. de arte testandi, tit. 8. caut. 1. nu. 1. Hanc etiam conclusionem dicit esse communiter approbatam Io. Annib. in repet. d. l. nemo potest, nu. 164. Nam ex tali remissione, præstatur usufructuario occasio male vtendi, & consequenter delinquendi.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in bonis immobilibus, in quibus proprie cadit usufructus, & militat ratio allegata, ne scilicet usufructuarius in uitæ uteretur ad delinquendum. Sed quid in bonis mobilibus, quæ vsu consumuntur? Respond. Pet. in d. l. r. tenuit, quod hoc casu cautio à testatore remitti possit, ex quo non subest timor delinquendi, cum usufructuarius non teneatur res ipsas restituere, sed earum estimationem iuxta tempus traditionis. Contrarium tenuit Bart. in d. l. r. num. 10. & hæc est communis opinio, vt dicit Alex. consil. 58. nume. 10. lib. 3. Lec. consil. 565. numero 5. Tum quia illa lex generaliter loquitur, ideo est etiam generaliter intelligenda, vt utroque casu

casu locum habeat, tum etiam, quia id à lege introductum fuit in fauorem hæredis, qui ita militat in vno casu, sicut in alio, cui quidem fauori hæredis testator non potest renuocare, ita dicit gl. in l. scire de betis in gloss. fina. C. ut in lega. possideatur quam dicit esse approbatam per Doctores, Guido Papæ consil. 63. num. 4. Sed hæc secunda ratio non satis facit, quia imo potest testator de bonis hæredis, sicut de proprijs disponere, secundum commune opinio, ut dixi infra q. 71. & consequenter etiam illius fauori, sicut proprio renunciare, & est communis opinio, ut dicit Crauetta consil. 174. nu. 10. ubi dicit, quod Guido Papæ in allegato consil. inaduerter locutus est, dicendo, quod illa gloss. est per Doct. approbata, quia imo est communiter reprobatæ, ut ibi per eum, qui in hoc proposito eleganter loquitur, An autem hæres possit hanc cautionem usufructuario remittere, dixi supra. §. legatum.

QVAEST. LXV.

SUMMARIUM.

Testator an possit prohibere infirmationem testamenti a statuto requisitam.

Et quid si incurrent iuramentum, vers. Et hæc quidem.

QVABRO, stat statutum, quod testamenta infirmantur, alias non valeant. Modo testator in suo testamento prohibet illud infirmari, nunquid testamentum ualebit non obstante defectu infirmationis? Respond. quod non, quia testator non potest prohibere infirmationem a statuto requisitam, ita tenuit Bar. in d. l. nemo potest, nu. 8. ff. de leg. j. & est communis opinio, ut attestantur scribentes in ea. l. nemo potest, & in l. accie. ff. in 2. lec. nu. 41. & Ripa. num. 67. & Io. Annib. nu. 272. faciunt ea quæ dixi supra q. 67.

Sed quid si interuenisset iuramentum,

Vide quæ dixi infra lib. 4. §. Donatio. quæst. 18.

QVAEST. LXVI.

SUMMARIUM.

Testator an possit remittere confessionem inuentarij.

Et an heredi, vers. Quo ad primum.

Et an usufructuario, vers. Quo ad secundum.

Et an tutori, vers. Quo ad tertium.

Et quid si non prohibuit, sed simpliciter remissit confessionem inuentarij, vers. Et hæc quidem.

Et an eo casu possit uide. x. non obstante huiusmodi remissione, cogere tutorem, ut inuentarium conficiat, vers. Et hæc quidem.

QVABRO an testator possit in suo testamento remittere confessionem inuentarij? Hæc quæstio potest multipliciter contingere, prout etiam multæ sunt personæ, quæ tenentur inuentarium conficere. Primo, tenetur hæres conficere inuentarium. l. si in prin. C. de iure delib. de quo dixi infra hoc eod. lib. §. si. Item usufructuarius tenetur inuentarium conficere, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. Legatum. Tenetur etiam tutor conficere inuentarium. l. tutor qui repletorium, ff. de admin. tuto. de quo dixi supra lib. 2. §. tutor. De his ergo singulis videndum est.

Quo ad primum de herede, aliqui simpliciter dicunt, quod testator non potest remittere heredi confessionem inuentarij, & dicit Franc. Crem. inter consil. Alex. consil. 62. nume. 1. lib. 4. quia tenent communiter Doctores, sed hæc resolutio, ita indistincte intellecta non est pura. Ideo debes considerare, quod ex non confessione inuentarij, oritur plures effectus in præiudicium hæredis, quorum aliqui concernunt beneficium creditorum defuncti, pota, quia si hæres non facit inuentarium,

tenetur,

teneatur creditoribus vltra vires hereditarias, & sic de proprio satisfacere, vt dixi in d. §. fin. aliquis vero concernunt beneficium legatariorum, & fideicommissariorum, quia heres non consciens inuentarium, non detrahit falcidiam, neque trebellianicam sed teneatur prestare integra legata, & fideicommissa, vt dixi infra §. substitutio. Dico ergo, aut queris, an testator possit remittere heredi confessionem inuentarij in preiudicium: & fraudem creditorum, & Respond. quod non potest, quia creditoribus suis non potest aliquo modo testator in suo testamento preiudicare, & ita uolunt communiter Doctores, vt dicit D. Crauetta compater meus consil. 174. numero 11. ita etiam tenent communiter Doctores attestatur Io. Annib. in repet. d. l. nemo potest, nume. 406. & ideo huiusmodi remissione non attemptata, si heres non confecerit inuentarium, tenebitur nihilominus ipsis creditoribus insolidum satisfacere. Aut vero queris, an possit testator illam remittere in preiudicium legatariorum, & fideicommissariorum, & Bald. in l. fin. num. 6. C. Arb. tutele, tenuit, quod non, sed in contrarium est communis opinio, quod scilicet in preiudicium legatariorum, fideicommissariorum, & coheredu, possit testator remittere confessionem inuentarij, & dicit Paris. consil. 68. num. 57. lib. 2. quod ita communiter concluditur. Haec etiam opinio contra Bald. esse communem attestatur Crauetta in d. consil. 174. nu. 11. Didacus in c. primo, nu. 17. de testamento. & ideo hoc casu poterit heres, etiam si inuentarium non confecerit, retinere sibi falcidiam, & Trebellianicam in eorum preiudicium, Sicut n. potuit testator ipsius nihil relinquere, ita multo magis & in eo quod relinquit, poterit eis iudicare, faciunt que dixi infra q. 70.

Quoad secundum, an scilicet, possit testator remittere usufructuario confessionem inuentarij, dic, quod non, & hęc est communis opinio. vt dicit Soc. Iun. consil. 113. numero 18. lib. 1. Bellon. consil. 54. nume. 3. Quod manifesta ratio ne comprobatur, si enim testator non potest remittere usufructuario cautionem

de vtendo fruendo, & c. vt dixi supra q. 64. neque etiam debet posse remittere confessionem inuentarij, quę est necessarium antecedens ad ipsam cautionem prestantam.

Quoad tertium, an possit testator remittere tutore confessionem inuentarij, dic, quod sic, tex. est clarus in l. si. C. arb. tute. & ita tenuit Barto. in d. l. nemo potest, numero 12. & ita communiter tenetur, ut ait Claud. ibi, nu. 31. Hanc etiam opinio dicit esse communem Iaf. in d. l. nemo potest, in secunda lect. num. 65. & seq. Licet enim tutor, qui inuentarium non facit videatur esse in dolo. d. l. tutor qui repertorium in princ. tamen ex quo aliquando interest pupillorum, illud non confici, ne secreta patrimonij pandantur, vt ibi, presumendum est testatorem illud remisisse in beneficium pupilli, & ideo dicendum est, huiusmodi remissionem confessionis inuentarij a testatore factam valere, & obseruandam esse.

Sed hoc quidem de plano procedit, vbi testator expresse prohibuit confici inuentarium, Potest enim videri hoc casu id fecisse ad beneficium ipsius pupilli, vt supra dictum est, Sed quid si non expresse prohibuit, sed simpliciter remisit tutore ipsius inuentarij confessionem, quo casu potius videtur id in gratia tutoris fecisse Respond. quod vtroque casu idem dicendum est. Verbalis enim tantum est differentia, vtrum dicatur, veto fieri inuentarium, vel remitto confessionem inuentarij, & ita Docto. communiter non faciunt hanc differentiam, ut dicit Crot. in repe. d. l. nemo potest, nume. 49. quem refert Io. Annib. in repe. eiusdem. l. nemo potest, nume. 388. Et hanc opinio, quod vtroque casu idem sit dicendum, attestatur esse magis communem Ripa, in d. l. nemo potest, num. 85. Vt verum fatear, subtiliter considerando contraria opinio est multum colorata, & sapit etiam maiorem æquitatem, & aliquando dum essent scholasticis Bononię, illam disputando sustinui in circulis, tamē in practica non recedas à communi.

Sed quid si testator confessionem inuentarij tutore in testamento remisit,

serit, nunquid poterit iudex illum cogere, vt inuentarium conficiat, remissione ipsa non attemptata? Respond. q. sic, si ita minori expedire ei visum fuerit; ita tenet Bar. in d. l. nemo potest, nume. 12. qui in hoc est communiter receptus, vt attestatur Did. lib. 2. resolutionum, cap. 14. nu. 4. Potuit enim testator putare e re pupilli futurum, vt inuentarium non conficeretur, & in hoc falli, vel forte tale quod post testamentum conditum, aut mortē testatoris emerit, quod noua prouisione indigere videret, & hęc opinio, tanquam verior, & æquior tenenda est.

QVAEST. LXVII. SUMMARIVM.

*Testator an possit prohibere diuisionem inter heredes.
Et an vsque ad certum tempus, versus se, Scias tamen.*



Vero, an testator possit prohibere diuisionem inter heredes? Rñ. q. non, & hęc opinio faret esse cōm. Curt. Jun. consil. 12. nu. 1.

Scias tamē, q. hęc conclusio intelligenda est, ut procedat qñ testator absque alia adiectione, in perpetuum diuisionem ipsam prohibuit. Sed si prohibitio facta esset ad tempus certum, vel vsque ad uitam alicuius personę tantum, utique valeret, & hęc est communis opinio, vt dicit Grattus consil. 66. nu. 24. li. 2. Hęc etiam conclusionem dicit esse ab omnibus approbatam Crot. in repet. d. l. nemo potest, num. 88.

QVAEST. LXVIII. SUMMARIVM.

Testator an possit concedere legatario licentiam, ut propria auctoritate capiat possessionem, si heres resistat, versus se. Sed quid si heres.

*possessionem rei legatę.
Et quid si heres resistat, versus se. Sed quid si heres.*



Vt scis, quod legatarius debet capere rem legatam de manu heredis, alias si eam accipiat propria auctoritate, illam amittit, ut est in iure notissimum, & tradunt omnes in l. non est dubium. C. de lega. Querō nunquid possit testator in suo testamento concedere licentiam legatario, ut propria auctoritate capiat possessionem rei legatę? Respond. quod sic, ita dicit Bar. in l. nemo potest, num. 10. & est communis opinio. ut attestatur scribentes ibi, & in specie Iaf. in 2. lectu. num. 48. & Ripa. num. 61. Cum enim illud in heredis fauorem à iure introductum fuerit, merito potest testator illi de rogare, ut dixi supra q. 64. versic. Et hęc quidem.

Sed quid si heres rem ipsam legatam possideat, & legatario volenti propria auctoritate eam apprehendere virtute licentię sibi à testatore concessę, resistat, nunquid poterit etiam per vim illam apprehendere? Respond. quod nō, & est communis opinio, vt dicit Ripa. in l. centurio, num. 52. & seq. ff. de vulga. quem refert, & sequitur nouissime. D. Plotius in sua eleganti repetit. li. si quando. C. unde vi, post num. 54.

QVAEST. LXIX. SUMMARIVM.

*Testator an possit primare heredem hereditate, si aliquid fecerit, vel non fecerit.
Et quid operetur eiusmodi primatio, versus se. Intellige tamen.
Et cui restituenda sit eo casu hereditas, si testator id non expressit, versus se. Sed pone.*

Querō,



V A R R O Nuquid testator possit priuare heredem hereditate, si aliquid fecerit, vel non fecerit contra eius voluntatem, puta, si nupserit sine consilio alicuius, vel huiusmodi? Respond. quod sic, & est communis opinio. ut dicit Craueta, consil. r. post num. 3. versi. Non obstat. Sicut enim licet testator rei sui adiungere quamcumque conditionem uoluerit non turpem, neque improbam, ita & licere ei debet, in ipsius conditionis defectum heredem priuare hereditate sibi relicta.

Intellige tamen, non ut talis priuatio ipso iure operetur, ita ut heres definat esse heres, hoc enim secundum communes iuris regulas esse non potest. Sed ualeat huiusmodi priuatio in vim fideicommissi, ut scilicet si contrafecerit teneatur hereditatem restituere per fideicommissum ita tenuit Paul. de Cast. conf. 300. numer. 1. lib. 1. & est communis opinio. ut dicit Bertrand. conf. 191. nu. 5. lib. 3. in secunda parte, Craueta in d. consilio r. numero 66.

Sed pone, testator non dixit, cui hereditas restitui debeat in casum priuationis. Quero si heres contrafecerit, cui teneatur illam restituere? Respond. quod si ad sunt coheredes, vel substituti illis debet restitui, si uero non adsint, debet restitui ueniens ab intestato, ita dixit Bar. in l. pater familias. nu. 7. ff. de her. instit. & est eorum conclusio, ut attestatur Ias. in l. fin. §. si. post num. 3. ff. si cert. pet. Quod nota, quia quotidiē testatores relinquentes usum fructum uxoris sui, solent apponere penam priuationis hereditatis, si heres aliquam molestantiam illis intulerit.

QVAEST. LXX.

S V M M A R I V M.

Testator an possit in suo testamento iubere, ne eius bona pro legatis sint tacite hypothecata.



I nscis, quod bona testatoris sunt pro legatis per eum relicta tacite hypotheca legatariis, de quo dixi supra §. legatum.

Quaro, nunquid testator possit in suo testamento iubere, ne eius bona sint legatariis hypothecata? Respond. quod sic, ita dicit gl. in l. 1. in glo. unica. C. ut in post. legat. quam sequuntur magis communiter Doctores vt attestatur Alex. in d. l. nemo potest, num. 1. Ita etiam tenere communiter scribentes attestatur Crot. in repet. d. l. nemo potest, nu. 45. Sicut enim potuisset testator nihil eis legare, ita potuisset debuit illam qualitatem adijcere legato, quae sibi placuit, & in proposito faciunt ea, quae dixi, supr. q. 66. vers. quo ad primum.

QVAEST. LXXI.

S V M M A R I V M.

Testator an possit obligare bona heredis, uer. Sed nunquid. Et an possit prohibere heredi alienationem rerum suarum, uer. Item quero. Et an possit grauare fideicommissum heredi super re prius ab eo ipsi heredi donata, uer. Sed pone.



I tem quero, nunquid poterit testator expresse obligare & hypothecare bona heredis? Respon. hoc in hoc articulo varie loquuntur, Tu dic, aut testator obligauit bona heredis nomine heredis, vel pro eo de rato promissa, & tunc potuit testator illa hypothecare, intelligendo tamen, ut supra dixi, quia scilicet heres, ad eundem hereditatem censetur ratificasse ipsam obligationem factam per defunctum, Aut uero defunctus in ipsa obligatione nullam mentionem fecit de ipso herede, sed simpliciter obligauit eius bona, & tunc per aditionem hereditatis factam per heredem non censetur confirmata ipsa hypotheca, quantum ad hoc, vt

QVAEST. LXXII.

S V M M A R I V M.

Testator an possit prohibere filio, si detrahat legitimam de fideicommissio. Et quid, si non ipse filius grauatus sit, sed eius haeres, uel substitutus pupillari, uer. In secundo casu. Et quid, si filius ad pubertatem peruenerit, uer. Et ideo. Et quid, si fideicommissum simpliciter in ius etiam fuerit, uer. Tertius est casus.



D i x i sup. quaest. 62. quod testator potest prohibere heredi detractionem tribellianicam. Quero nunc, an possit in suo testamento prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommissio? Hec quaestio, licet prima facie videatur facillime resolutio, ex quo tenentur communes regulas, non potest pater in praedictum legitimam filiorum aliquid ordinare, sed de ipsa legitima reijciatur omne onus, omnis conditio, & grauamen, ut dixi supra §. legitima. q. Est tamen ardua quaestio, & in ea multi Doctores conuincuntur. Tu igitur pro intelligentia distingues tres casus. Primus est, quod si filius ipse nominatus est fideicommissio grauatus. Secundus est, quando non filius, sed eius haeres, uel substitutus pupillaris est in specie grauatus fideicommissio. Tertius est, quando fideicommissum est simpliciter iniunctum, puta, quia testator non grauauit in specie, neque ipsum filium, neque eius heredem, aut substitutum pupillarem, sed simpliciter dixit, uolo, ut haereditas mea restituat Titio, si filius meus si ne liberis decefferit, &c.

Circa primum, quando filius ipse est grauatus fideicommissio, fac conclusio, quod siue testator expresse prohibeat filio, ne de fideicommissio detrahat legitimam, siue simpliciter illum grauauerit, ut haereditate restituat, semper filius potest legitimam ex fideicommissio detrahere, quia testator non potest, (ut dixi)

ut creditor possit agere hypothecaria contra heredem possidentem ipsam rem obligatam a defuncto, sed bene si creditor ipsam rem possideret, & haeres uellet ab eodem illam auocare, possit creditor repellere heredem exceptione, & opponere confirmationem obligationis factae per defunctum resultantem ex eius aditione, possit etiam creditor agere contra heredem aditione pignoratitia contraria, quae est personalis, ut scilicet tradat pignus tibi contra futuram defuncto, iuxta no. in l. si Titio. ff. de pignori. hypothecaria uero ut dixi agere non potest, & haec distinctio colligitur ex traditis per Ale. in l. si heredis seruus. col. 2. versi. In ea. gl. ibi. ff. de legat. 1. quam ita declaratum dicit esse ueriores, & magis communem, Negulan. de pignori. in 2. membro secundae partis, num. 52. in fin.

Item quero, nunquid possit testator prohibere heredi alienationem rerum ipsius heredis? Respon. quod non, ita tenet Bar. in l. filius. §. diui. post nu. 8. ff. de leg. 1. & est communis opinio. ut dicit Rip. in d. §. diui. nu. 54. & seq.

Sed pone, Testator donauerat inter uiuos alteri aliquam rem, deinde illum sibi heredem in testamento instituit. Quero, nunquid poterit in ipso testamento super rem per eum donata grauare heredem fideicommissio? Respon. glo. in l. si mulier in princ. in uerbo, si mortis. ff. de lega. 3. tenet, quod non, quasi onus imponi non potest rei, quae non sit habita ex iudicio, uel eius. Sed tu dic contrarium, modo testator in specie, & nominatim iusserit illam rem restitui per fideicommissum, text. est clarus in l. sequens quaestio in fin. ff. de leg. 2. Nec curandum est de illa glossa in dicta l. si mulier, quia per Doctores communiter reprehenditur, ut attestatur Paris. consilio 2. numero 42. lib. 3. & consilio 33. numero 79. eod. volumin. Bene uerum est, quod si testator in genere grauauerit hereditatem suam ad restituendum quidquid ad eum peruenerit in tali fideicommissio non uenient ea, quae testator prius inter uiuos heredi donauerit, sed solum ea, quae ex uoluntate eius uoluntate ad eum peruenerint.

legitima filiorum aliquid onus imponere, & consequenter non potest etiam expresse grauari filium primi gradus, ne detrahat ipsam legitimam de fideicommissio, & hæc est communis opinio, ut dicit Galiaul. in repet. l. centurio, num. 409. & quod non valeat grauari in iunctum in legitima, quando nominatim est in iunctum ipsi filio, attestatur esse communem opinio. Cur. Iun. consil. 71. nume. 8. & ideo poterit hoc casu filius non obstante ipsa prohibitione detrahere legitimam de fideicommissio, nisi ipse non detraheret, poterit eius hæres, uel substitutus ex persona ipsius filij illam detrahere, nam hoc ius detrahendi legitimam ad hæredes extraneos transmittitur secundum conclusionem, quæ est indubitabilis, & de plano procedit secundum omnes, ut dicit Paris. consil. 30. num. 8. lib. 3. & hic primus casus modicam habet difficultatem, & hæc quidem conclusio locum habet etiam in misse, licet, n. alias miles possit in suo testamento prohibere, ne legitima de fideicommissio detraheretur, secundum communem opinio, de qua per Galiaul. in repet. d. l. centurio, post num. 87. Ripam in ead. l. centurio, num. 45. Hodie tamen secus est, nam de iure nouissime miles non potest priuare filium legitimam.

In secundo casu, quando expresse grauatus est heres, uel substitutus pupillaris ipsius filij, pariter non videtur dubitandum, quominus possit pater eos grauare, ut totam hereditatem, tam ipsius patris, quam etiam filij per fideicommissum restituant. rex. est clarus in l. si Titio. §. fin. ff. de lega. 1. & est communis sententia, ut attestatur Ias. in d. §. fin. num. 15. & seq. & num. 39. & in l. ex tribus, num. 2. & seq. C. de inoff. test. Neque hoc casu tractandum est de legitima, quia cum heredi, siue substituto pupilli ex eo iure persona nulla debeat legitima, non possunt ipsi illam detrahere ex fideicommissio, & si tale habet communis opinio, ut dicit Ias. in locis preallegatis. Io. Dilect. de Arte testam. tit. 5. cap. 34. in fin. Non etiam possunt ipsi ex persona filij illam detrahere, quia filius non fuit grauatus, ideo, quantum ad ipsum, non est locus detractioni alicuius legiti-

gime, effect bene ex eorum persona locus detractioni Trebellianicæ, ex quo ipsi sunt grauari fideicommissio, nisi testator illam prohibuisset tacite, uel expresse, quod proculdubio facere potuisset, cum non esset ipsi ex liberis primi gradus, ut late dixi supra q. 63. Et si dicas, nonne filius transmittit deductionem legitimam ad suos hæredes, etiam extraneos? Respond. q. filio, qui non erat grauatus, non competebar aliquid ius detrahendi legitimam, ut fratim dixi, merito illud ius quod non erat, non potuit ad hæredes transmitti. Postquam autem talis legitima peruenit in ipsos hæredes filij, non habet amplius nomen legitimæ, sed de ea iudicatur, tanquam de reliquo hereditatis, merito potuit hæres filij, uel substitutus pupillaris in ea grauari, ipsi enim huiusmodi hereditatem habere dicuntur ex iudicio, & dispositione ipsius patris testantis, & consequenter potuit pater in ipsa hereditate illis quodcumque grauamen imponere, & hæc est communis ratio Doctorum, ut dicit Ias. in d. §. fin. nu. 6.

Et ideo hæc omnia cessarant, ubi cunq; filius ad pubertatem peruenisset, uel tempore facti fideicommissi iam pubes fuisset, his enim casibus, potest filius de sua legitima libere disponere, & testari, non obstante ipso fideicommissio, & si non testetur, uel de ea disponat, censetur non testando uoluisse illam relinquere heredi suo ab intestato, merito illius hæres, siue ex testamento, siue ab intestato possit ex persona filij sibi legitimam retinere ex fideicommissio, quia illam habere uideatur ex iudicio ipsius filij, non autem ex dispositione testatoris, & propterea ab ipso testatore in illa grauari non potuit, & sic istud fideicommissum, siue grauamen, quantum ad legitimam, & quantum ad propria bona ipsius filij, statim eueniente pubertate euanescit. Et hoc sine dubio est de intentione omnium Doctorum, ut dicit Ruin. consil. 58. post num. 19. lib. 2. supradens, quod aliter sentire, uel dicere esse erroneum.

Tertius est casus, quando testator in specie aliquem fideicommissio non grauat, sed simpliciter dixit, si filius meus ne libe-

ne liberis decesserit, uolo, q. bona mea restituantur Titio, & in hoc Doctores multum torquentur, an censetur tale fideicommissum iniunctum filio, an uero eius heredi. Utilitas autem est maxima, quia est iniunctum filio poterit ex eo detrahi legitima per eius heredem ex persona filij, si uero est iniunctum heredi, non poterit hæres detrahere legitimam, neque ex persona filij, quia ipse non fuit grauatus, neque ex persona propria, quia illi non debetur legitima, & magis communis sententia est, q. fideicommissum in dubio censetur restitutum ab eo, quo relinquij potest, & sic ab herede filij, uel ab eius substituto pupillari, non autem ab ipso filio, & consequenter, quod iste heres filij non possit de ipso fideicommissio aliquo modo detrahere legitimam, & ita passim allegatur tenere Bar. in l. qui duos in fin. ff. de vulg. quem communiter omnes sequuntur, ut dicit Alex. consil. 67. nu. 2. lib. 1. & in l. 1. §. si post nu. 3. ff. de vulg. Hanc etiam opinio dicit esse communem Alex. consil. 12. nu. 32. lib. 3. & in l. con. gredi. §. cum filij, nu. 7. & seq. ff. de vulg. quem refert Paris. consil. 81. nu. 9. & 10. lib. 2. Ias. consil. 186. co. 7. ver. Non ob. in quantum quarto loco li. 2. & consil. 99. col. 2. ver. Immo fortius li. 4. & in l. ex tribus, nu. 5. C. de inoff. test. & f. d. §. cum filij, nu. 16. quem refert Cur. Iun. in d. consil. 71. nu. 8. & seq. & consil. 72. nu. 10. & Paris. consil. 21. nu. 48. lib. 3. & 10. in Dilect. de arte testandi tit. 5. cap. 3. nu. 2. Claud. in d. l. 1. §. si nu. 7. & seq. Paris. consil. 45. nu. 44. lib. 2. Gratius consil. 134. nu. 45. lib. 1. & consil. 103. nu. 12. lib. 2. A postil. ad Alex. in d. consil. 12. sub nu. 32. lib. 3. Contrarij tamen opinio, quod scilicet in dubio fideicommissum simpliciter restitutum censetur iniunctum ipsi filio instituto, non autem eius heredi, tenent Bar. in d. l. con. heredi. §. cum filij uerfic. Quod si heredes, nu. 3. & hanc opinio dicit esse magis communem Ripa in d. l. Centurio, nume. 128. Dicit etiam Galiaul. in d. l. Centurio, post nu. 409. uerf. aliquando autem facit, se putare, q. d. Iason. decipiatur, asserendo contrariam opinio esse magis communem, & reuera, neque Bar. in d. l. qui duos, dicit id ad quod allegatur, neque multi ex

Doctores, qui pro hac parte adducuntur, loquuntur in his terminis, ut ostendit Galiaul. in loco preallegato. Ceterum, quod quid sit destructio iure, non est in practica recedendum a prima opinio, quæ proculdubio est magis communis, ut ex prædictis apparet, Fauendum est enim uoluntati testatoris, quantum fieri potest, tanto magis ubi de præiudicio filiorum, non tractatur, & alias cum hæc dubitatio fuisset mihi proposita in facto a quodam arbitro non Doctore, in loco Seralialis agri Alexandrini, & ego, alij etiam negocij impliciter, petiissem terminum octo dierum, ad deliberandum quid sentire in hoc articulo, ille arbiter dixit se ualde mirari, q. ego peterem terminum in questione tam clara, in qua duo alij Doctores ex improbitate responderant, dixi mei moris non esse, in questionibus præsertim arduis, non inspectis libris respondere. Tandem excitati nonnullis motibus, cum res non uideretur carere difficultate, partes acquieuerunt, ut amicabiliter componeretur, & ita factum fuit.

Hæc caute omnia intellige, ut procedant quando filius ipse est adhuc pupillus, nam si esset pubes tempore iniuncti fideicommissi, uel etiam postea ad pubertatem peruenisset, tunc indistincte, siue fideicommissum sit iniunctum expresse ipsi filio, siue eius heredi, siue sit in dubio tempore detrahitur legitima de fideicommissio, per rationem, quam posui supra uerficul. Et ideo.

QVAEST. LXXIII.

SVMARIUM.

Testator an possit prohibere filio alienationem siue legitimam Remissive.
Testator an possit legare administratori uel tutori liberationem a ratione reddenda, uer. Item quæro Remissive.
Testator an possit prohibere heredi, ne detrahat fideicommissum, uer. Sed quæro.
Tract. Iul. Clar. F. Quarto



Vero, nūquid testator possit prohibere filio alienationem suā legitimā? dixi supra hoc eodem lib. §. Legitima.

Ita m quæro. an possit testator legare administratori. vel tutori liberationē a ratione reddenda? dixi supra hoc eod. lib. §. Legatum.

Sed quæro, nunquid testator possit prohibere heredi, ne detrahat falcidiā? Rñ. q̄ sic, text. est in auct. sed cum testator. C. ad l. Fal. & est communis opi. vt dicit Io. Annib. in rep. d. l. nemo potest, nu. 191. ff. de lega. r. & hoc nemo dubitat.

An autem possit prohibere detractionem trebellianicę, vel legitimā? dixi supra q. 62. & seq. q. 72.

QVAEST. LXXIII.

S V M M A R I V M.

Testator an possit prohibere ius accrescendi, & quid in successione vniuersali, versiculo.
Aut vero.

q̄ an eo casu res reducatur ad causam intestati, versiculo, Punctus est.

QVAERO, nunquid testator possit in suo testamento prohibere ius accrescendi? Hęc est trita quaestio, sed non ab omnibus bene intellecta, scire igitur debet, quod ius accrescendi potest dupliciter considerari, scilicet in particulari, & in vniuerso. In particulari habet locum ius accrescendi, puta, inter legatarios, quando sunt inter se coniuncti, iuxta notata in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. quia altero repudiante, illius portio alteri accrescit. q̄ quod dixi. r. e. li. §. i. accrescendi, in vniuerso aut considerari potest ius accrescendi inter ipsos institutos, quia si alter heredum repudiet hereditatem, vel decedat priuilegiū adeat, illius portio accrescit coheredi, vt habetur per Doctores in rubr. C. quando non peten. par. & dixi in d. §. ius accrescendi, & hoc casu procedit

ius accrescendi, non solum inter institutos in quota parte hereditatis, sed etiam inter institutum in re certa, & hereditatem vniuersalem, nam si hares vniuersalis repudiet hereditatem, vel decedat priuilegiū adeat, tota hereditas accrescit instituto in re certa, vt latius dixi supra hoc eod. lib. §. Institutio. Si ergo quæris, nunquid testator possit prohibere ius accrescendi, est distinguendum, nam aut loquimur in iure accrescendi, quod veretur circa particularem successionem, pro ut est in legatis, & in fideicommissis cū vniuersalibus, & in illis potest testator prohibere ius accrescendi, siue expresse, siue etiam simpliciter prohibendo, ne plus petere possit, & eo casu, si coniunctus repudiet legatum, vel fideicommissum accrescat heredi instituto, & hic casus apud Doctores nullam habet difficultatem.

Aut vero loquimur in successione vniuersali, & sic in institutionibus, puta, si testator instituat aliquem in re certa, & prohibeat ne quid ultra petere possit, & contingat heredem vniuersalem repudiare, nunquid possit prohibere, ne reliquum hereditatis accrescat illi instituto in re certa, & videtur quod nullo modo id facere possit, quia si illud residuum non accrescit instituto in re certa, necesse est, quod deuoluatur ad heredes ab intestato, & sic resultaret, absurdum, quod scilicet institutus in re certa succederet ex testamento in ipsa re sibi relicta, in residuo autem succederent proximiores ab intestato, & sic daretur casus, in quo aliquis decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus contra communem regulam iuris, de qua in lege ius nostrum, ff. de regulis iuris.

Breuitus non videtur dubitandum in hoc, quod scilicet, testator non potest prohibere ius accrescendi in institutionibus, & quod talis prohibitio non valet, quantum ad hoc, vt testator possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quia hoc esset valde absurdum, vt statim dixi, & in hoc omnes conueniunt, vt affirmat Decius in dic. l. ius accrescendi, numero 4.

Pun-

Punctus est, vtrum prohibitio ipsa non valeat quoad hoc, vt ea non obstante, sit locus iuri accrescendi, & sic institutus in re certa habeat totam hereditatem, an autem prohibitio valeat, ita quod nihil accrescat ipsi instituto in re certa, & consequenter testamentum annulletur, etiā quod ad ipsam institutionem in re certa, & res penitus reducatur ad causam intestati, & in hoc varia sunt opi. Doctorum. Aliqui enim tenent, quod non obstante prohibitione tota hereditas accrescat instituto in re certa, & hæc fuit opinio Dyni, quam dicit esse communiter approbatā Gulsi. de Benedic. in prima parte repet. cap. Kayncius, folio 208, nume. 272. Hanc etiā dicit esse communem Alex. in l. si quis priore, post num. 6. ff. ad Trebell. Dec. in d. Rubr. C. quando non pet. par. in prima lectura, post num. 3. versic. Sed ista responsio, & in secunda lectura, num. 21. Sapia in l. vnica, nume. 61. C. quan. non peten. par. Curt. Sen. conf. 74. num. 3. quem refert, & sequitur Spc. Lun. conf. 111. num. 16. libr. 1. Crot. in repet. l. re coniuncti, num. 61. & sequē. Ripa in d. l. re coniuncti, num. 134. Gratus conf. 53. num. 108. lib. 2. A. post. ad Alex. conf. 162. sub num. 10. libr. 2. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imò talis prohibitio valeat, & consequenter, q̄ testamentum ipsum corrumpat, & res tota reducatur ad causam intestati, tenuit Bart. in l. quoties. §. si duo, num. 1. & seq. ff. de hered. instit. & hanc opin. dicit communiter teneri Corij. in l. quoties, nume. 37. in fi. C. de hered. insti. quem refert Dec. in l. r. num. 2. C. de testa. militar. Hanc etiā opin. dicit esse communem Iaf. in d. l. re coniuncti, & conf. 8. col. 9. vers. De cimo istud lib. 3. quem refert D. Crauetra in suo elegantissimo tractatu de antiq. temp. in 4. parte, sectione prima, nu. 130. Vt vides opin. Dyni, contra Bart. est pro eulubio magis communis. Ego tamen considerabam, quod ius accrescendi dicitur pronouere, ex tacito iudicio testatoris, ut latius dixi in d. §. ius accrescendi. Propterea, ubicunq; testator verbis ad id expresse concepit prohiberet ius accrescendi, non dubitarem sequi opin. Bart.

quia ubi expresse quid à testatore dispositum reperitur, illud debet præferri tacite eius menti, quæ ex coniecturis colligi possit. pariter etiam vbi subessent coniecturæ adeo liquidæ, ut aperte conijci posset, testatorem nullo modo voluisse, q̄ talis institutus in re certa haberet residuum hereditatis, facile inclinare in sententiā Bart. quia bonus iudex semper dēt amplecti in iudicando illam opin. quæ magis conuenit verisimili menti testatoris. Confulto tamen, quōd de facili quis non recedat ab opin. Dyni, quæ magis fauet sustinendo testamento, & præterea (ut dixi) est magis communis, & ideo in practica sequenda.

QVAESTIO LXXV.

S V M M A R I V M.

Contractus an possint in testamento celebrari.

QVAERO, nunquid in testamento possit celebrari contractus? Respond. gl. vulgaris, quæ semper ad hoc solet allegari in l. hæredes palam. §. fin. in gl. fin. in fin. ff. de testa. tenuit simpliciter, q̄ sic, & illam dicit esse communiter approbatam Paris. conf. 2. num. 19. libro 3. & conf. 46. num. 36. lib. 4. & dicit Rom. conf. 161. num. 6. in fin. q̄ communis omnium sententia illum sequitur, quem refert Dec. conf. 196. post num. 1. versic. Ex quibus omnibus, & conf. 292. post nu. 2. versic. Verū supradictis, & Boer. decif. 353. num. 4. Didac. in Rub. de testa. in 3. par. post numer. 17. illam tamen intellige, ut procedat, quando conuentiones, & contractus, qui celebrantur in actu testamenti, non sunt penitus extraneæ ab ipso testamento, sed si essent contractus penitus extraneæ, non possent in ipso testamento celebrari, ita declarant Doctores per me supra allegati, & hanc dicit esse communem

F 2 nem

nem sententiam Alci. in l. 1. §. qui præsēt. num. 21. ff. de verb. oblig. & ita tene.

QVAEST. LXXVI.

SVM MAR IVM.

Testatoris voluntas ante omnia attendi debet. Reg. 1

Et quid in fideicommissis, ibid. versio. Idq; maxime.

Et quid in alijs substitutionibus, ibid. versio. In alijs tamen.

Ubi clare non apparet de mente testatoris, verbi est inhaerendum. Reg. 2.

Vna pars testamenti iper aliam declaratur. Reg. 3

Verbum aequivoicum positum in una parte testamenti, debet interpretari prout reperitur clare positum in alia parte testamenti, ibidem. versio. Hinc inferitur.

Et quid si in una substitutione testator mentionem fecerit de filijs masculis, in alia vero simpliciter tantum de filijs, ibid. versio. Sed potest.

Et nunquid hac regula locum habeat etiam de uno testamento ad aliud ibid. versio. Sed nunquid.

Testator in dubio censetur velle minus gravare heredem quam fieri possit.

Reg. 4.

Dispositio testatoris facta in unum casum, non extenditur ad alium. Reg. 5.

In dubio mens testatoris praesumitur conformis dispositioni iuris communis.

Reg. 6.

Et ubi ad sint statuta praesumitur conformis dispositioni statutorum, ibid. versio. Scias tamen.

Dispositio testatoris facta de personis, quae sibi ab intestato succedere possent, intelligitur facta eo modo, & ordine, quo de iure ad successionem vocarentur, ibid. versio. Secundo inferitur.

Testator substituit proximiores, an censetur vocasse proximiores ultimi decedentis, an ipsius testatoris, ibid. versio. Sed hic occurrit.



Iximus de potestate testatoris, nunc de eius voluntate videndum est. In hac autem materia cum praeceditis. §. praesertim ubi de substitutionibus & fideicommissis tractatum est, multa iam a nobis explicata sunt, hoc loco breviter praemissis non nullis conclusionibus duas tantum questiones attingemus.

In ultimis voluntatibus, vbi cumque de aliqua re controuersi contingat, semper, & ante omnia, ipsius testatoris voluntas attendi debet. l. non aliter. ff. de leg. 3. cum similibus. & est communis regula, ut attestatur Paris. consilio 4r. numero 15. libr. 2. & consilio 52. numero 6. eo. vol. & consilio 78. numero 16. eo. vol. & consilio 90. numero 10. eo. vol. & consilio 23. numero 9. libr. 3. & consil. 25. numero 31. eo. vol. & consil. 53. numero 10. eo. vol. & hanc regulam dicit esse ab omnibus approbatam Soc. Iun. consil. 110. nu. 10. libr. 3. Adde, quod non solum attendenda est testatoris voluntas expressa (hoc enim absque dubio praecedit, ut dixi supra q. 61.) sed et illa, quae ex coniecturis colligitur, l. cum proponebatur in fin. ff. de leg. 2. cum similibus. & est communis regula, ut dicit Dec. in l. prima, post uim. 4. C. de collatio.

Idque maxime in fideicommissis locum habet, in illis enim licet voluntas testatoris ex verbis expressis colligi non possit, sed tantum ex coniecturis, illa tamen attendenda est, adeo ut plerumque propter coniecturatam mentem testatoris, a vi, & proprietate verborum sit recedendum l. haeredes mei. §. cum ita cum ibi no. ff. ad Trebe. & est communis conclusio, ut dicit Paris. consilio 43. numero 24. libr. 2. & consilio 75. numero 50. eo. uol. & consil. 17. numero 17. libr. 3. & consilio 25. numero 35. eo. vol. Quia modo fideicommissa ipsa ampliuntur, restringuntur, extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem, & causam, propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum, adeo ut talis ratio, & causa potius attendi debeat, quam verba expressa. l. cum pater. §. dalcissimus, vbi nota. ff. de leg. 2. & est communis

communis conclusio, ut dicit Paris. consilio 6. numero 20. libr. 3. & consil. 18. numero 21. eod. vol. & consil. 22. numero 37. eod. vol. & consil. 25. numero 29. eod. vol. & coniecturata mens testatoris in fideicommissis adeo potens est, ut plerumque operetur, quod aliqui admittant, qui alias non admittebant, & aliqui excludantur, qui alias non excluderent, & est communis regula, ut dicit Curt. Iun. consil. 57. numero 6.

In alijs tamen substitutionibus, si quae in testamentis factae sunt, haec conclusio non ita absolute praecedit, in eis enim ultra in illis contenta nihil est subaudiendum. Et haec est communis regula, ut dicit Soc. Iun. consil. 101. numero 3. libro primo. Maxime ubi de substitutione non extendenda, aut declaranda, sed inducenda agitur, tunc epim non ita de facili coniecturas raris mentis admittimus, sed illud fideicommissum, siue substitutio, quae in testamento expressa non reperitur, non debet dici facta, & dicens contrarium debet illud ostendere, & haec est communis regula, ut dicit Soc. Iun. consil. 176. nu. 8. libr. 2. & consil. 78. nu. 4. libr. 3. In proposito huius conclusionis videnda sunt, quae dixi supra, §. substitutio.

2. Reg. ubi clare non apparet, quae sit mens testatoris, tunc inhaerendum est verbis ipsius, & haec est communis conclusio, ut dicit Curt. Iun. consil. 169. numero 1. Ceterum, si etiam uerba ipsa dubia essent ita ut colligi non possent, quae mens testatoris fuisset, tunc ante omnia spectanda est ipsius testatoris consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, praeterea qualitas personarum, charitas, & necessitudo. Item, & ex praecedentibus, aut sequentibus verbis coniiciendum est, quid testator senserit. sunt uerba iurisperitorum in l. feruus plurium, §. fina. ff. de leg. primo. Qui ordo a iurisperitis traditus ad inuestigandam mentem testatoris, formaliter, & praecise est obseruandus, ita ut prima coniectura praefertur secundae, & sic successiue, & haec est communis opinio, ut dicit Iason in d. §. si. nu. 2. quod nota.

3. Reg. Dixi, quod una pars testamenti per aliam declaratur, & hoc receptum esse attestatur Aemil. Ferret. in l. g.

filiabus in princ. numero 3. ff. de lega. 1. Regulariter enim mens testatoris praesumitur fuisse in una parte, quae fuit in alia, ita dicit Bar. in l. Centurio, col. 9. versio. Vel quod si in praecedentibus, ff. de vulga. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Soc. Iun. consil. 101. nu. 7. libr. 1.

Hinc inferitur, quod si reperitur aliquod uerbum equiuocum, vel commune, puta, Substituto, in una parte testamenti, debet illud uerbum interpretari, prout reperitur clare positum in alia parte testamenti, ita dicit Bar. in loco praedictato quem sequitur communiter scribentes ut dicit Paris. consil. 73. numero 48. libr. 2. & consil. 86. nu. 55. eod. uol. & consil. 72. nu. 42. libr. 4.

Sed pone, quod testator in aliqua substitutione fecerit mentionem de filiis masculis, deinde in alia substitutione fecerit mentionem simpliciter de filiis, nunquid in hac secunda substitutione debet etiam subintelligi de masculis? dixi supra, §. substitutio.

Sed nunquid, sicut praesumitur de una parte testamenti ad aliam, ita etiam erit praesumendum de uno testamento ad aliud? Respond. quod non, & ideo, si testator in primo testamento aliquid disposuit cum una qualitate, & postea faciat secundum dispositionem, in quo repetat eandem dispositionem, omitta illa qualitate intelligitur talis qualitas potius reiecta quam repetita in secundo testamento, ita tenet Bar. in l. Statius florus in primo numero 2. ff. de iure fisci, qui in hoc potius approbatur, ut dicit Curt. Iun. consil. 193. numero 14.

4. Reg. Testator in dubio censetur uelle minus grauare heredem, quam fieri possit. l. unum ex familia §. si rem. ff. de lega. 2. & est communis regula, ut dicit Soc. Iun. consil. 9. nu. 4. libr. 1.

5. Reg. Dispositio testatoris facta in unum casum, non extenditur ad alium, l. commodissime. ff. de lib. & posthu. & est communis regula, ut dicit Paris. consil. 87. nu. 50. libr. 2. Hanc tamen conclusionem intelligi, ut procedat quando aliter de testatoris ipsius mente non apparet, nam eo casu bene procedit regula, quod

calus omiffus habetur pro omiffio, fed si fubfit coniecturata mēs testatoris, vtiq; difpofitio facta in vnum eafum extenditur ad aliū, l. Titius, §. Lucius, ff. de libe. & pofth. & eft communis regula vt dicit Dec. in l. si mater, post num. 2. v. ff. de. Sed ifte, C. de inf. & fubf. In pofito huius regulę videnda funt, quę dixi fupra, §. fubfittutio.

6. Reg. In dubio mens testatoris prefumitur fuisse conformis difpofitioni iuris communis, ita allegatur dicere Bar. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell. quem in hoc dicit communiter approbati Curt. Iun. confil. 57. post num. 8. Hanc etiam conclusionem attestatur esse communem Gallia re. d. l. Gallus, §. qui dam recte, post nu. 2. 1.

Scias tñ, qd vbi adfunt ftatuta, prefumitur mens testatoris potius fuisse conformis difpofitioni ftatorum, quam iuris communis, & ad hoc allegatur Bar. in d. §. cum ita, num. 4. ff. ad trebell. & est communis conclusio, vt attestatur Soc. confil. 51. nu. 33. lib. 4. Cur. Iun. confil. 168. post num. 63. lib. 2. Hinc inferitur, quod ftante ftatuto, quod extantibus mafculis femine non succedat, si testator in testō suo simpliciter instituat filios suos, non censetur instituisse feminas à ftatuto exclusas, ita allegatur tenere Bal. in l. tres fratres, quem tamen ego ibi hoc dicente non inuenio. ff. de pact. & est communis conclusio, vt dicit Curt. Iun. de feud. in prima parte tertie partis principalis in 12. limit.

Secundo inferitur, qd difpofitio testatoris facta de psonis, quę sibi ab intestato succedere possent, in dubio intelligitur eo modo, & ordine, quo de iure communi, vel municipali ad successione ab intestato vocentur, ita colligit ex nota per Bar. in d. §. cum ita, nu. 4. quem omnes fequuntur, vt dicit Soc. Iun. cofil. 104. numer. 26. lib. 1. & ideo, si plures vocati sunt ad fideicommissum sub nomine collectiuo, puta, fubstituto omnes de familia mea, censentur vocati ordine successiuo, ita ut gradatim proximiores admittantur, secundum quod succedit ab intestato, ita tenuit glo. in l. cum ita, §. in fidei-

commissio, in verbis. Nominati sunt. ff. de leg. 2. quę in hoc est communiter approbata, ut dicit Paris. confil. 3. nu. 4. r. lib. 1. & confil. 38. num. 1. lib. 2. & confil. 51. numero 16. eodem uolum. & confilio 57. nume. 16. eod. uolum. & confil. 75. nume. 6. eod. uolum. & confilio 83. num. 14. eod. uolum. & confilio 5. numero 26. lib. 3. & confilio 50. nume. 28. eod. uolum. & confil. 66. num. 48. eod. uol. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Soc. confil. 43. num. 8. lib. 3. & confil. 86. num. 8. eod. uolum. Cura Iun. confilio 22. numer. 22. Vide quę dixi fupra q. 70. in prima conclusione. In proposito etiam illius glossę videnda sunt ea, quę dixi fupra, §. fubfittutio. Vbi distusus de eius ueritate tractauit.

Sed hic occurrit pulchra questio, & quę sepe contingit in practica, Pone, quod habens plures agnatos, uel cognatos, unum instituat, & eidem per fideicommissum substituat alios proximiores agnatos, uel cognatos. Questio, nunquid prefumatur ex tali substitutione uocati illi agnati uel cognati, quia erunt proximiores ipsius testatoris, an autem proximiores ipsius grauati, cui facta est substitutio? Respond. Aliqui dicunt, quod censentur uocati proximiores ipsius testatoris, quos in dubio prefumitur testator magis dilexisse, quam proximiores eorum quos instituit, & hanc opin. dixit esse communem Ioan. Dilc. de arte testan. tit. 5. caut. 2. r. nu. 3. Hęc tamen opinio, mihi nunquam placuit, & uideatur directo contrariam regulę fupra positę, si enim testator prefumitur uoluisse in suis bonis succedere iuxta ordinem de iure communi constitutum in successibus ab intestato, de necessitate iudicio meo fatendum est, quod femper uoluerit proximiores illius, de cuius hereditate agit illi succedere, non autem eius remotiores, licet sint proximiores ipsius testatoris, quos illi de iure communi proculdubio excluderet. Nec dicatur, quod in fideicommissis succedatur fideicommittenti, non autem grauato, ut dixi fupra, §. substitutio. Quia per hoc non tollit, quominus inter uocatos ab ipfo

testa-

testatore fit succedendum eo gradu, & ordine, secundum quem ipse testator disposuisse presumitur, scilicet secundum quem inter ipsos procederet successio ab intestato, & licet hæc sententia mihi uerior uideatur, tamen propter auctoritatē tenentium contrarium, non audebam me firmare, tandem reperi Soc. Iun. confilio 126. libro primo, qui per totum illud consilium tractat eleganter hanc questionem, & post multa concludit secundum hanc opinionem, quod, scilicet attendatur proximitas ultimo morietis, siue grauati, non autem testatoris, & post relatas multas auctoritates Doctorum, qui illa tenuerunt, numero 56. attestatur eam esse magis communem, subdens, quod nefas putaret ab ea recedere in iudicando. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Gozad. confilio quarto, post numero 31. versicula, Ad sextum, Cum ergo hæc opinio sit uerior, & ex allegatis per Socin. Iunior. in dicto consilio appareat eam etiam esse magis communem, dicerem consulendo, aut iudicando nullo modo esse ab ea recedendum. Vide in hoc proposito, quę dixi fupra, §. substitutio.

7. Reg. Quatenus testator dilexit instituendo, censetur etiam dilexisse substituto, est communis Regula, vt dicit Curt. Iunior. confilio 91. numero octauo. Hinc inferitur, quod si testator in institutione excludit feminas propter mafculos, censetur eas pariter uoluisse excludere in substitutione, ita dixit Bar. in l. fin. numero 2. ff. ad trebell. & est communis conclusio, vt dicit Curt. Iunior. confilio 11. circa fin. Rubens confilio 62. in fin. Hoc tamen limita, vt non procedat, quando ita intelligendo sequeretur mala grammatice, nam eo casu presumendum est illam fuisse mentem testatoris, quę secundum rationem recti sermo nis procedere potest. Ita dicit Barto. in dicta l. fin. post numerum 2. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. Iunior. confilio 57. post numerum 6. quem refert, & sequitur Bello. confilio 53. numero sexto, & libro quarto supputa, cap. 2. num. 6.

QVAEST. LXXVII.

SUMMARIUM.

Filij, uel descendentes positi in conditione an censentur uocati.

Et quid si alius aliqua coniectura, ibid.



ON est hoc loco, in quo de mēte testatoris cōficiēda principaliter agitur, omittenda trita illa, & uulgaria qō, nunquid filij, uel descendentes positi in conditione censentur uocati.

In qua quidē, ne in auctoritatibus citandis (q̄ semper abhorruī) nimius esse uiderer, mihi modum potius, quam copiam querendam esse animaduerti. Citant itaque tantum locos magis insignes, ceteris in quibus obiter huius questionis fit mentio, de industria pretermisissis. Pone ergo, quod testator in suo testamento ita cauerit, instituo Titium mihi herede uolo, vt si ipse Titius sine filiis decesserit, restituar hereditatem Meuo. Qæro, nunquid isti filij Titij, qui non sunt expressè testatore instituti, uel substituti, sed tantum positi in conditione censentur uocati? Utriusq̄ autem huius questionis est maxima, quia si censentur uocati, non poterit Titius tanquam per fideicommissum grauatus vt illis restituar hereditatem, in eorum preiudicium aliquid de ipsa hereditate disponere: si uero non censentur uocati, sed solummodo intelligitur eis referuatum ius legitime successione ab intestato, ipsi quidē, si Titius intestatus decesserit, proculdubio erunt Meuo substituto preferendi, ex quo per eorum existentia defecit conditio, sub qua Meus erat uocatus, sed si Titius factio testamento alium heredem reliquerit, ipsi remanebant exclusi à successione testatoris, & in hoc articulo semper allegatur uulgatissima illa Glossa in leg. Lucius, la secunda in el. fin. ff. de hered. instit. quę uoluit, quod testator ipse liberus censatur per uultu substituto ab intestato tantum, & sic, quod isti fi-

lij, & descendentes non censentur à testatore vocati, sed solummodo sit illis referuam ius legitimæ successiois ab intestato. Hanc aut opin. gl. attestantur esse communiter receptam, ac canonizatam tam in iudicijs, quam in scholis, atq; ab eod non esse censuendo, aut iudicando recedendum, hi qui sequuntur. Imola in l. filiustam §. cum quis ver. Et hec faciūt, ff. de leg. 1. & in d.l. Locius, post nume. 2. ver. In gl. finali. ff. de hered. instit. quem refert Alex. conf. 149. num. 6. lib. 2. Paul. de Castro in l. cum acutissimi, post num. 41. C. de fideicom. Raph. Comen. in d. l. filiustam §. cum quis, quem refert Alex. conf. 38. post num. 6. verfic. & per prædicta, lib. 6. Roma. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad treb. quem refert Guido Papæ. conf. 25. num. 1. & consil. 27. nume. 2. Io. de Ana. conf. 68. circa fin. Alex. consilio 91. num. 6. lib. 1. & consil. 108. num. 3. eod. vol. & consil. 66. num. 5. lib. 2. & consilio 109. num. 4. eod. volum. & consil. 185. nume. 15. eod. vol. & consil. 33. nume. 3. lib. 3. & consil. 13. post nume. 10. lib. 4. & consil. 55. nume. 14. eod. vol. & consil. 39. nume. 7. lib. 6. & consil. 201. nume. 2. lib. 7. & consilio 133. nu. 2. eo. uol. & in d. l. ex facto, §. ex facto post nume. 3. in gl. in verbo, Defecisset. ff. ad Trebell. quem refert Soc. Iun. consil. 27. num. 14. lib. 1. & Boer. decil. 147. post num. 15. uerfic. sed ad prædicta, Arct. consil. 27. in fin. Corn. consil. 21. in litera C, lib. 1. & consil. 118. in litera G, lib. 2. & consil. 119. in litera P, eod. uolum. & consilio 146. in litera A, eod. uol. & consil. 186. in litera D, eod. uolum. & consil. 207. in litera B, eodem uolum. & consil. primo, colum. 10. in litera V, lib. 3. & consil. 186. in princ. eod. uolum. & consil. 243. in litera S, eod. uolum. & consil. 89. in litera E, lib. 4. & consil. 101. in litera A, eodem uolum. & consil. 180. in litera A, eod. uolum. & consil. 226. in litera B, eodem uolum. & in l. prima, nume. 9. C. de cond. inter. Socin. in l. cum auis, post num. 11. ff. de cond. & de monst. & consil. 140. nume. 2. lib. primo, & consil. 42. nume. 1. lib. 3. & consil. 116. nume. 1. eodem uolum. & consil. 30. nume. 1. lib. 4. & consil. 33. num. 3. eod. uolum. & consil. 4. nume. 2. eod. uolum. quem refert Soc.

Iun. conf. 176. num. 16. lib. 2. & consil. 177. nume. 8. & seq. eod. uolum. Guido Papæ conf. 140. paulo ante, nume. 1. & consilio 216. num. 6. & consil. 218. nume. 2. Iaf. in l. pecuniam, num. 1. in fin. ff. de cer. pet. & in l. generaliter in prin. num. 2. C. de inst. & subtit. & consil. 143. post nume. 6. lib. 2. & consil. 206. num. 3. eod. uolum. & consil. 228. col. 3. uerfic. Pro eadem, eodem uolum. & consil. 41. circa fi. lib. 3. & consil. 108. colum. 5. uerfic. Non quoque obstat lib. quarto, Curt. Sen. conf. 42. nume. 14. & consilio 45. nume. 12. quod consilium fuit compilatum per ipsum Curt. & D. Christoforum Butigellam nomine Venerandi Collegij Papiensis, & consil. 63. nume. 3. & 4. & in repet. d. l. primæ, nume. 6. C. de pac. Dec. in d. l. 1. nume. 15. C. de pac. & consil. 91. post nume. 4. uerfic. Sed respondetur, & consil. 270. post num. 1. & consil. 291. in fi. & consil. 422. nume. 2. Claud. in l. centurio, num. 44. ff. de uul. & in d. l. ex facto, §. ex facto, nume. 2. ff. ad trebel. Ruin. consil. 40. nume. 3. in fin. lib. 1. & consil. 108. num. 11. lib. 2. & consil. 111. nume. 3. eod. uolum. & consil. 113. nume. 3. eo. uol. & consil. 179. num. 1. eod. uol. Pet. Girard. sing. 61. Habes. Bertran. conf. 18. post nume. 21. lib. 1. in secunda parte, & consilio 82. nume. 5. & 6. eod. uol. & consil. 31. num. 4. lib. 2. in secunda parte, & consil. 96. num. 6. eo. uol. & consil. 104. post nume. 7. uerfic. Præterea præmittit. eo. uol. & consil. 170. nume. 1. eod. uol. & consil. 183. nume. 2. lib. 3. in secunda parte, & consil. 182. nume. 2. eo. uolum. & consil. 236. nume. 1. eod. uol. & consil. 250. num. 4. eo. uol. & consil. 284. nume. 4. eod. uolum. Gozadi. conf. 104. quod est consil. ult. nume. 7. Ripa in l. Centurio, nume. 159. ff. de uul. & in d. l. ex facto, §. ex facto, numero 10. ff. ad Trebell. & in d. l. 1. numero 7. C. de pac. Conset. in reperto. Abbatis in uerbo; substitutio. 4 post ad Gujd. Papæ consil. 22. sub numero 5. Rubens consilio 144. post nume. 1. Paris. consil. 18. nume. 10. lib. 2. & consilio 31. num. 3. eo. uol. & consil. 37. nume. 19. eod. uol. & consil. 63. nume. 9. eod. uol. & consil. 74. nume. 3. eod. uol. & consil. 75. nume. 44. eo. uol. et consil. 78. num. 6. eod. uol. et consil. 86. num. 6. eod. uol. et consil. 87. num. 7. eo.

eo. uolum. & consil. 14. nu. 5. lib. 3. & consil. 17. num. 27. eod. vol. & consil. 42. nume. 2. eo. uol. & consil. 53. num. 9. eod. vol. Cotta in verbo, Filij in conditione. Bello. cō. fil. 81. nume. 4. Purpurat. in d. l. 1. numero 112. C. de pac. Socii. Iun. consil. 65. nume. 60. & num. 65. lib. 1. & consil. 111. nume. 25. & num. 30. eo. vol. & consil. 118. nume. 10. eo. vol. & consil. 119. num. 9. eod. uolum. & consil. 126. nume. 29. eod. vol. & consil. 108. num. 6. lib. 2. & consil. 141. nume. 3. eod. vol. & consil. 151. num. 10. eod. vol. & consil. 154. num. 4. eo. vol. Craueria consil. 109. nume. 2. & consil. 155. num. 2. & consil. 88. post nume. 3. uerfic. 3. confidero. Aemil. ferret in d. l. 1. num. 6. C. de pa. Zuccard. in repet. d. l. primæ, nume. 74. & seq. Gratus, consil. 106. nume. 43. lib. 2. Ioan. Dilec. & Arte testandi tit. 5. caut. 19. nume. 1. & cur. 24. num. 2. & caut. 36. num. 1. Et dicit Guido Papæ decil. 39. post nume. 1. quod hinc opi. feruat curia parlament delphindis in iudicando.

Contrariam uero sententiam, quod scilicet, filij positi in conditione censentur à testatore uocati, saltē tacite, tenuit Odrad. consil. 21. in fin. cuius opin. multos etiam habuit sequaces, quos recentē Barb. consil. 55. col. 5. & seq. lib. 2. subdēs, quod licet Ioan. de Imola in d. l. Lucius dixerit opinio. gloss. esse magis communem, tamen salua pace sua, quod ista est uerior, & communior, quem refert Boer. decil. 175. post num. 20. & Soc. Iun. consil. 168. num. 75. lib. 2. Dicit etiam Soc. consil. 77. post num. 4. lib. 1. quod multi Doctores tenent contra illam gloss. & quod uidit consultum per multos solēnes Doctores, qui dicebant hanc esse communem opin. Modern. quem refert Grattus, consil. 32. nume. 1. lib. 2. & consil. 101. num. 13. eo. vol. Dicit etiam Curt. Sen. consil. 51. post num. 22. quod cum hanc opin. reuerent plurimi Doctores supremæ auctoritatis, & cum sit æqua opinio, ut omnes fatentur, certella in iudicando sequenda est, quia multo tēs errant homines discēdentes ab æquitate, ubi locum habere potest, sequendo subtilitates, referens uerba Ang. in l. sequitur in princ. ff. de uerbo oblig. mouentis, ut caueant ad-

uocari. Doctores, & iudices, quando se qui possunt æquiorē sententiam, ne rigorosam amplectantur, quia perniciose errarent, & tandem subit, quod hæc opin. non potest dici, nisi communis, & sequenda, quem refert Paris. consil. 50. num. 37. lib. 3. Dicit etiam Socin. Iun. consilio 158. num. 71. lib. 2. & consilio 174. nume. 21. eod. vol. quod ab hac opin. tanquam ueriori, & forte hodie communiori non esset iudicando recedendum, & in utroque consil. late recentet auctoritates, dicens, quod non est dubium communem opin. posse mutari temporis cursu, ex quo sæpe contingit, quod aliqua opinio, que a quinquaginta, uel sexaginta annis iupra communiter tenebat, desinat esse communis, si plurimi ex sequentibus contrarium teneant, & quod ita fortasse contingit in ista difficultate. Idem etiam dicit idem Socin. Iun. consil. 110. num. 20. lib. 3. & consil. 145. num. 36. eod. vol. Et dicit Gratus consil. 48. num. 22. lib. primo. qd licet olim opin. illius gloss. esset communis, hodie tamen est dubium, an sit communis, & reuera negari non potest, quia magna sint auctoritates hinc inde, tamē ut potes ex prædictis colligere, non uideatur dubitandum, quin etiam hodie opin. illius gloss. sit magis communis, & credo, quod sint plures Doctores, qui attestantur illam esse communem, quam illi qui tenent opin. contra gloss. Nihilominus, quia contraria opinio, ut omnes fatentur, est æquior, & forte etiam est uerior in puitō iuris, non est ita absolute adharendum opin. illius gloss. sed pro concordia, etiam ex communi mente Doctorem, putare ita posse distingu. Aut ille, qui fuit institutus in testamento, erat extraneus ipsi testatori, & intelligo extraneos omnes illos, qui non sunt descendentes ipsius testatoris, licet sint ei sanguine coniuncti, & tunc procedat opin. gloss. in d. l. Lucius, ut scilicet eius filij in conditione positi non censentur uocati, & hic casus procedit absque dubio, ut dicit Cur. Sen. in dicto consilio 45. numero 2. quod consilium ut dixi, fuit edita sub nomine Venerandi Collegij Papiensis, et dicit Soc. consil. io 73. post numeru 30. lib. quarto quod

q̄ opi. gl. in transuersalibus est multū cōmunis, & indubitata in consulendo, & iudicando. Non enim potest vlla affectio testatoris erga tales filios verisimiliter cōsiderari, vt eorum fauore dicat uoluisse imponere instituto onus fideicommissi. Aut isti filij positi in conditione erūt de scēdentes ipsius testatoris, & tūc, aut nullo subest cōiectura, q̄ testator eos uocare uoluerit, p̄terquā, & simpliciter eos posuit in conditione, & hoc casu etiam procedat opin. gl. & magis communis. s. q̄ lo lum modo censetur testator uoluisse eis reseruare ius legitimū successione ab in testato, non autem uoluisse grauare heredem institutū, vt hereditatem illis restituat. Nam cōditio ipsa nihil ponit in esse & regulariter nō inducit tacitum fidei commissum, nisi vbi ex cōiecturis colligitur mentem testatoris illā fuisse, ut fideicommissum induceretur, & ab hac opi. vbi nullę subest cōiecturę, temerariū esset iudicio meo consulendo, aut iudicando recedere. Aut uero aliqua subest cōiectura metis testatoris, q̄ uoluerit istos filios in conditione positos uocare, & tūc intrepide tenenda est opinio Oldradi, & sequacium, q̄ censentur tacite uocati, & ita dicunt cōter Doctores nostri, etiam qui regulariter negant eos uocatos esse, vt dicit Soc. Iun. consil. 58. num. 373. lib. 2. Dicit etiam Crauetta consil. 62. num. 6. q̄ licet doctores magis communiter videantur sequi gl. in d. l. Lucius, tamen cū tor, & rāte sint auctoritates in cōtrarium, de facili ex aliquibus cōiecturis receditur ab illa communi opi. Idem et dicit Soc. Iun. in d. consil. 110. post num. 20. vers. Verū si quis lib. 3. & hęc conclusionem, q̄ vbi adest aliqua cōiectura, filij, seu decedentes positi in conditione censentur uocati, non solum ad exclusionem ultimi loco substituti, sed etiam ad hoc, ut possint grauari, dicit esse communem Soc. consil. 63. lib. 3. p̄ter illum refert, & sequitur Paris. consil. 78. num. 7. lib. 2. & licet ego non reperiā Soc. in allegato consil. id acceptatē, hęc tamen conclusio proculdubio tanquam communis tenenda est in p̄ctica, neque ab ea esset consulendo, aut iudicando recedendum.

QVAEST. LXXVIII.

SUMMARIUM.

Prosequitur eundem articulum, tractaturq; quid si testator huiusmodi filios in conditione positos grauauerit.



SE D videndum est, quę sint huiusmodi cōiecturę, p̄ter quas sit p̄sumendum, q̄ testator uoluerit tales filios in cōditione positos uocare, & in hoc diligenter aduerte, quia nō sufficit dicere testatorē ita uerisimiliter uoluisse, nisi cōiectura sint sufficientes, & ex ipso testamento colligi possint, & ita communiter concluditur, vt dicit Paris. consil. 77. num. 18. lib. 2. In primis autem Bar. in d. l. Centurio, num. 37. tenuit, q̄ si testator ipso filios grauauerit, censetur etiam in necessariam cōsequentiā eos uocasse, alias enim non ualere grauamen, tanquam relictuū ab eo, qui non fuisse honoratus, & ideo testator iusserit hereditatem suam restituī Titio, si filius ipsius testatoris sine liberis decesserit, & etiam si filij ipsius filij quę instituit, pariter sine liberis decesserint, secundum hanc opin. Bar. uidebatur tacite uocati etiam filij ipsius filij, qui sunt instituti, licet tūc positi in conditione, ex quo testator eos pariter grauauit, iubendo eis decedentibus sine filijs, hereditatem suam restituī, quos tamen grauare non potuisset (ut dixi) nisi p̄supponamus, q̄ eos prius honorasset, & sic uocasset, & hęc dixit esse communem theoreticam doctorum Corn. consilio primo, column. 9. in litera R. lib. 3. Socin. consil. 259. nume. 5. lib. 3. Dicit etiam Corn. consil. 22. col. 3. in litera R. lib. 2. & consil. 258. in litera R. lib. 3. se uidisse quosdam consulentes qui allegabant Paul. de Cas. in l. ab eo. C. de fideicommiss. dicentem, q̄ hęc opin. Bart. sit communis, & credo, q̄ Corn. in consilijs supra allegatis sentiat de Alex. qui ita allegat, consil. 64. num. 2. libro 5. licet reuera Paul. de Cast. in l. cūris,

cūris, quę communiter habentur, ibi, hoc non dicat. Dicit etiam Cur. Sen. consil. 51. post num. 20. vers. Si ita est, quem refert Bertrand. consil. 173. post num. 24. lib. 6. q̄ uidet magis communis ista sententia Bart. quotiescumque cū grauamine concurret aliqua cōiectura mentis testatoris, hęc etiam opi. dicit esse hodię magis communē Socin. Iun. in d. consil. 110. num. 21. Ferd. Loaz. in Apoll. ad re. pet. Galiaud. supra d. l. Centurio, sub num. 458. & hęc opin. Bartol. dicit sequari in actu p̄ctico, iudicando, & consulendo, Ang. Aret. in §. final. in fin. in d. pupi. substituit. quem refert Dec. in l. prima, post numero 15. C. de pact. Et secundum hanc opin. Bart. in facti contingencia iudicare solet curia parliamenti delphi. vt dicit Guido Pap. in d. decil. 39. & refert etiam se audiuisse Crauetta consil. 155. numero 5. iam etiam dicit teneri iudicando, & consulendo Manca consil. 92. num. 10. li. 3. & secundum illam fuisse iudicatum attestatur Ripa in d. l. prima. num. 16. C. de pac. p̄ter etiam intellexi proximo diebus iudicatum fuisse in Venet. Collegio huius ciuitatis.

Sed quidquid dicant p̄allegati doctores (salua eorum Reuerentia) opin. contra Bart. est magis communis, quod scilicet ex eo quod filij positi in conditione sint grauati, non tamen p̄ter hoc censentur uocati, sed quod quantum ad ipsos tales grauamen p̄terius reijciatur tanquam iniunctum personis a testatore non honoratis, & censetur in iunctis sub duplici cōditiōe, scilicet si ipse sine liberis decesserit, vel si ei filij pariter sine liberis decesserint, & ita hanc opin. contra Bart. esse magis communem attestatur Alex. consil. 219. num. 2. li. 2. vbi dicit, q̄ opin. Bart. est damnata, & consil. 13. col. 2. lib. 4. prout illum refert Soc. consil. 69. post nume. 7. vers. ic. P̄terea, & secundo lib. 3. & consil. 104. post num. 8. vers. 2. respondet lib. 3. Ego tamen non reperio Alex. in d. consil. 13. attestantem de communi in hoc articulo, licet multos alleget qui tenent contra Bart. eandē opi. contra Bar. attestant esse magis communē Soc. consil. 62. post num. 10. lib. 3. In d. di-

1. Centurio, num. 57. & in d. l. prima post num. 12. C. de pactis, vbi dicit, q̄ Bart. lolet cōmuniter in hoc rephēdi per scribentes, & consil. 305. col. 2. versic. Sed p̄missis, & col. 5. lib. 3. Cur. Sen. consil. 421. num. 7. & consil. 45. se p̄ allegato, nume. 15. & consil. 63. num. 7. quem refert, & sequitur Ruin. consil. 136. numer. 16. lib. 3. Dec. consilio. 270. post num. 1. versic. Nē obstat, & consil. 291. in fin. & consil. 384. post num. 6. versic. Secundo non obstat, & consil. 422. numer. 2. Cur. Iun. consil. 11. num. 2. Ruin. consil. 113. nume. 4. libe. 2. & consil. 114. num. 4. eo. vol. Acml. Ferret. in d. l. prima, numero 8. C. de pact. & consil. 59. post num. 5. Bertrand. consil. 129. num. 1. lib. 2. in 2. parte, & consil. 182. num. 3. lib. 3. in 2. parte, & consil. 236. post num. 1. eo. vol. & consil. 251. num. 3. eod. vol. Ripa in d. l. Centurio, num. 166. & seq. & in d. l. prima, num. 11. C. de pactis. Re lo. consil. 81. post nume. 5. Paris. consil. 31. numero 4. lib. 2. & consilio 44. numero 7. eo. vol. & consil. 87. num. 3. eo. vol. Soc. Iun. sibi cōtrarius consil. 112. numer. 2. lib. primo, & consil. 118. num. 22. eo. vol. & nouissime idem attestatur Illu. vir. & summa eruditionis P. Didacus in c. Raynurius. §. 3. num. 3. cuius scripta in titulum de testamentis nuper edita ad manus meas peruenerunt, postquam hic §. iam serē p̄ maiori parte erat impressus, vbi dicit apud se dubium non esse hanc sententiam contra Bart. frequentiori calculo receptā fuisse. Et sic (vt uides) non est dubitandum, quin hęc opin. contra Bar. sit magis communis. Quia tamen multi, & magne auctoritatis doctores tenent cum Bar. cuius sententię merito de ferre debent omnes sint p̄fessores, bōnum esset etiam ex communi mente scribentium opiniones cōcordare, distinguendo tres casus. Primus casus est, quādo expresse grauamen iniunctum est ipsi filio instituto, sub duplici tamen cōditiōne, puta, in summo filium meum, & si filius meus sine filijs decesserit, vel eius heredi sine filijs decesserint, uolo, ut p̄dictus filius meus restituat hereditatem meam Titio. & hoc casu ex quō filius expresse est grauatus, non autem eius filij;

filij, non videtur tractandū, an tales filij censeantur vocati, vel grauati, cum illis nullum sit grauamen iniunctū, & ita etiam videtur fuisse de mēte Bar. quem omnes sequunt, ita vt nemo discreper, vt ait Bello. in d. conf. 87. nu. 6. qui refert et attestari Socin. consil. 218. colum. 3. libr. 2. & Cur. Iun. consilio 239. numero 20. qui dicit, quod in hoc omnes transeunt cum Bar. **Secundus est casus**, quando expresse grauamen est iniunctum ipsis filiis in conditione postis, puta, quia testator dixit, instituo filium meum, & si filius meus sine filijs decesserit, volo, vt restituant hereditatem meam Titio, & si filij nati, vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filijs decesserint, volo, vt restituant hereditatem meā eidē Titio, quo casu, vt verum fateamur, opi. Bar. videtur magis conformis menti testatoris, & etiam æquior. **Dico ergo**, quod aut isti filij sunt ex descendētib. ipsius testatoris, & tunc teneo opin. Bar. quod censeantur vocati, ex quo in illis considerat ordinata affectio testatoris, vt sui descendentes illi succedant. **Aut** sunt extranei, scilicet q. non sunt descendentes testatoris, & tunc absolute teneo opin. contra Bar. quod non censeantur vocati, sed quod quantum ad ipsos, grauamen rejiciatur. **Tertius autem est casus**, quando grauamen nō est expresse iniunctum ipsi filio instituto, neque etiam eius filijs in conditione postis, sed simpliciter testor dixit, si filius meus sine filijs decesserit, vel etiam eius filij sine liberis decesserint, volo, vt hereditas mea pertineat ad filium, & hoc casu pariter est tenenda opi. contra Bar. quæ (vt dixi) p. caldubio est magis cōmunis, vt scilicet tales filij in conditione postis non censeantur vocati, nec grauati, sed censeantur iniunctum grauamen filio instituto sub duplici conditione, ut si dixi. Bene verū est, quod si tales filij essent ex descendētib. testatoris, & ultra grauamen adesset aliqua alia etiam leuis coniectura mētis testatoris, de facili inclinarem in sententiam Bar. & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, intrepide confulerem, & iudicarem.

QVAEST. LXXIX.

S V M M A R I V M.

Succesſiue tractatur quid ſi teſtator in tali ſubſtitutione appoſuerit verbum maſculis.

& quid ſi ſint ex deſcendentibus ipſius teſtatoris, verſi. Tertia coniectura.

& quid ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum, verſi. Quarta allegatur.

& quid ſi teſtator adiecerit, quia vult bona ſua in familia conſeruari, verſicul. Quinta eſt.

ROSEQVENDO alias coniecturas, ex quibus colligi poſſit mentem teſtatoris fuiſſe, vt ſi filij in conditione poſiti censeantur vocati. Reperio, quod Guido Papæ deciſio. 184. dicit ſibi videri optimam coniecturam, ſi **teſtator in conditione ipſa appoſuerit verbum maſculis**, puta, quia dicat, ſi filius meus ſine liberis, & deſcendentib. maſculis decesserit, ſubſtituo Caium, nam hoc caſu, ſecundū eū, illa qualitas maſculinitatis adiecta operabitur, vt censeantur uocati. Sed tu tene contrariū, eadem enim ratio vtroque caſu miſtitat, & propterea iſta coniectura communiter non recipitur, ut attestatur Ripa in d. l. Centurio. nume. 162. & in d. l. i. num. 8. C. de pac. quem refert excellēs doctōr, & multa eruditionis d. Hiero. Manfred. li. 1. attentatorum in 6. parte, nu. 2. vbi, & ipſe fateri videtur contra Guido. Papæ eſſe communem doctōrum opinionem. Hanc etiam opinio, contra Guido Papæ, dicit eſſe magis cōmunem Pariſ. conſilio 31. numero 12. lib. 2. & conſilio 44. numero 1. eod. volu. Socin. Iun. conſilio 118. numero 15. libro 1. & conſilio 117. numero 20. & ſequen. lib. 2. & ita contra iſtam coniecturam in fa. ſi contingētia iudicauit curia parlamētī Delphina. vt ipſemet Guido Papæ refert in d. deciſ. 184. & deciſ. 800.

&

& licet Dec. conſilio 346. circa prin. dicat, quod illud dictum Papæ non eſt contra communem opin. & quod imō non habet contradicentem, Tu tamē ipſe per te videre potes in locis præallegatis, an Dec. verum dicat, & ideo conſulendo, aut iudicando nullo modo adhæreas dictæ opin. Guidonis Papæ, quia caret ſubſtantia veritatis.

Tertia coniectura allegatur, quando iſti filij poſiti in conditione ſunt ex deſcendentibus ipſius teſtatoris, & ſecundum hanc coniecturam, cōcluſio gloſ. in d. l. Lucius, eſſe limitanda, vt non procederet in deſcendentibus, & hæc fuit opi. Saly. in l. prima, num. 5. C. de cond. inſer. tis, pro qua facere videntur ea, quæ dixi ſupra §. ſubſtitutio q. Sed tamen hæc ſalencia cōmuniter damnata, vt dicit Ripa in d. l. Centurio. poſt nume. 159. verſic. Tertio verba, & dicit Soc. conſil. 136. poſt num. 8. col. ſi. verſic. Ex quibus patet, p. cōmunis opi. eſt in contrarium, & ita inter auſtiores ſupra allegatos in q. 77 potes videre multos in ſpecie loquentes de deſcendentibus, & atteſtantes etiam in illis, opin. glo. eſſe magis communem, & de hoc non eſt dubitandum.

Quarta allegatur coniectura, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, ſemper ſub illa conditione, ſi ſine filijs, & c. quo caſu, cum teſtator toties pouerit iſtos filios, ſiue deſcendentes in conditione, videtur eos maxime dilexiſſe, & conſequenter ſumendā eſſe coniecturam, quod eos vocare uoluerit, & hæc fuit opin. Petr. de Anch. conſil. 74. num. 2. in fin. ubi ſubdit, quod hæc modificatio ad dictam glo. ſibi videtur iuſtiſſima, & æquæ. Hæc tamen coniectura, ita ſimpliciter deducta communiter reprobat, ut dicit Ripa in d. l. Centurio, nu. 165. & reuera multi ex doctōribus ſequentibus opi. glo. & atteſtantibus illam eſſe communem, loquuntur in caſu, in quo teſtator fuerat digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & tamen eo, non obſtante, tranſeunt cū opi. ipſius glo. Ideo propter hanc ſolam coniecturam non eſt in præſentia cōmuni opin. recedendum.

Quinta eſt coniectura, quando teſtator expreſſit rationem, quia, ſcilicet uolebat bona ſua in maſculis, & familia conſeruari, nam eo caſu utique cenſetur uoluiſſe inter ipſos deſcendentes inducere fideicommiſſum, & conſequenter eſt, ſi tantummodo ſint in conditione poſiti, tamen cenſentur vocati, & hæc eſt communis, & firma conſuſio, vt atteſtatur Pariſ. conſil. 6. nume. 16. libr. 3. Sed in hoc propoſito uidentur ea, quæ dixi ſupra §. ſubſtitutio.

In his tamen omnibus coniecturis, maxime uigilabit religio iudicare debentis, qui ſecundum ſuam conſcientiā diligenter æſtimabit, an teſtator uerimiliter ipſos filios, ſiue deſcendentes in conditione poſitos, uocare uoluerit, & licet ſingule forte non prodeſſent, ſecundum communes ſententias ſuperius relatas, ſi tamen duæ, uel plures concurrant, & conſcientia ita ſuadeat, poterit intrepide iudicare contra opin. illius gloſ. præſuppoſito tamē ſemper, quod iſti in conditione poſiti, ſint ex deſcendentibus ipſius teſtatoris, alias non eſſet cōmuni opinio, aliquo modo recedendum, vt ſupra ſæpius dixi.

QVAEST. LXXX.

S V M M A R I V M.

Quando plures ſimul ſunt inſtituti, uel ſubſtituti, an cenſentur uocati ſimul, & ſemel: an autem ordine ſucceſſiua.

Et quid ſi uocati ſunt copulatiue.

Concl. 1.

Et quid ſi eo caſu cadat inter ipſos non ſolum ordo charitatis, ſed etiam neceſſitas inſtituendi.

Concl. 2.

Et an cenſentur uocati per fideicommiſſum an uulgariter ſubſtituti, ſi uel uer.

Sed quæro.

Et quid ſi ſint uocati per alternatiuam.

Concl. 3.

Et quid ſi per diſtinctionem CVM. Concl. 4.

Et quid ſi ſub nomine collectiua.

Concl. 5.

ALLA



ALI nunc est qstio ab soluēda circa testatoris mentem interpretandā valde vtilis, & quotidiana, Quā plures simul sūt instituti, vel substituti, an censeantur vocari simul, & semel, an autem ordine successiuo. Et q̄ materia est satis confusa, procedemus per conclusiones, ita vt quantum fieri possit, clarior reddatur. Sciendum est tamen in primis, q̄ inter personas a testatore uocatas, duplex ordo pot̄ considerari, charitatis, scilicet seu affectionis, & necessitatis, Ordo charitatis, seu affectionis est, quādo personę uocatę sunt postq̄ in diuersis gradibus ab intestato, puta, quia instituo fratrem meum, & eius filios, uel huiusmodi, Certum est enim, quod frater meus est mihi in gradu proximior, quam eius filij, neq; erga istas personas a testatore institutas, potest considerari aliqua necessitas eas instituenti, sed tantummodo uoluntas, & sic charitas, uel affectio. Ordo autem necessitatis est, quādo personę, quas testator instituit, erant de necessitate ab ipso testatore instituendę. Intellego de necessitate causatiua, q̄, scilicet eis non institutis, testamentum posset esse nullum, puta, quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex copulato, uel natiuiturum. Quo casu uidetur testator, non solum filium de necessitate instituisse, quę omnino instituire tenebatur, ut dixi supra q. 38. sed etiam nepotem, ne testamentum rumpereur, casu quo filius esset pre-mortuus, & ipse nepos, qui primum locum teneret, reperiretur prateritus.

1. Conclus. Hoc p̄missio, Prima fit conclusio, q̄ quando plures uocatur per copulam, inter quos solum cadit ordo charitatis, & affectionis, absq; vlla necessitate instituti, uel substituti, puta, instituo Titium fratrem meum, & eius filios, tunc tales personę censent uocari simul, & semel, non autem ordine successiuo, & licet Bart. in l. Gallus §. idem recte. ff. de lib. & posth. tenuerit contrariū, hæc tamen conclusio magis communiter tenetur, vt dicit Alex. consil. 129. num. 7. ibi §. Dec. consil. 95. numer. 2. & dicit Cę-

polla consil. ciuili. 52. post num. 4. q̄ ita tenent communiter Doctores, legitur, & canonistę. Hanc etiam conclusionem attestantur esse communem scribentes in d. §. quidam recte, & in specie Imol. post. num. 20. versu. Interdum vero, & d. Jaco. Put. doct. clarissimus, & concius meus, & Iaf. num. 22. & sequi. & Rubens pariter concius meus, numero 37. & sequi. Idem etiam dicit Alex. consil. 22. post num. 8. libro 3. quod est duplicatum in consil. 13. lib. 4. Corn. consil. 229. in litera 1. lib. 3. Socin. consil. 90. num. 1. lib. 1. & consil. 113. num. 1. eod. volu. quod est duplicatum in consil. 238. lib. 2. Guido Papę consil. 122. num. 1. & consil. 135. post num. 1. versu. Sed circa p̄missa, & consil. 136. post num. 1. versu. Sed an dubium. Iaf. consil. 206. numero 2. libro 2. Dec. consilio 205. post num. 2. & consil. 236. post numer. 1. col. 2. versu. Sed illa, & consil. 248. num. 2. & consil. 253. post numer. 3. & in fi. consil. & consil. 291. num. 1. Ruin. consil. 168. numer. 9. lib. 2. Bertrand. consil. 9. num. 1. libro 1. in secunda parte, & consil. 215. num. 5. lib. 3. in secunda parte. Curt. Jun. consil. 22. num. 4. & consil. 128. post num. 1. uersu. Aut quæro, Boer. decis. 185. numer. 6. lo. Dilect. de Arte testandi, tit. 4. caut. 6. numero 1. Berouus in cap. Raynucius, num. 82. & seq.

2. Conclus. Quando inter eos, qui uocantur per copulam, cadit non solum ordo charitatis, sed etiam concurrunt necessitas instituti, salte causatiua, vt est quādo instituitur filius, & nepos ipsius testatoris, eo casu non censentur uocari simul, & semel, sed ordine successiuo scilicet, filius solum in primis, deinde nepos post eum, & hæc est communis opin.: vt attestantur scribentes, in d. §. quidam recte, & in specie Alex. post num. 6. versu. In ea. gl. ibi & Iaf. num. 20. Idem dicit Alexand. consil. 14. num. 10. libro 1. Corn. consil. 156. in litera H, libro 4. Bertrand. in d. consil. 9. num. 1. libro 1. in secunda parte, & consil. 82. numero 2. eod. volum. & consilio 182. numero 1. lib. 3. in secunda parte. Curt. Jun. in d. consil. 128. numero 1. Berouus in ca. Raynucius, numero 68. & seq.

Sed

Sed quæro, an hoc casu censeatur isti filij, & nepotes uocari ordine successiuo p̄ fideicommissum, ita vt filij censeantur grati fideicommissi, vt restituant hæreditatem nepotibus, an autem solum modo testator uocari per uulgarem substitutionem, scilicet nepotes uulgariter substituti in casu, in quo filij non sint hæredes? Respond. quod solummodo censentur uocari per uulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum, & hæc est communis opi. vt attestatur Deci. consil. 205. post nu. 9. & consil. 248. post nu. 6. Paris. col. 82. nu. 1. libro 2. Aemi. Ferrer. consilio 10. numero primo. Vtilitas autem est euides, & maxima, quia si censeatur inductum fideicommissum, non posset filius de ipsa hæreditate liberè disponere, & testari, sed teneretur illam restituere ipsis nepotibus, si uero tantummodo est uulgaris substitutio, filio adente, statim expirat iuxta ea que dixi supra §. Substitutio.

3. Conclus. Quando plures personę, inter quas cadit ordo charitatis, uocantur per alternatiuam, puta, instituo Titium, uel eius filios, tunc uidentur uocari non simul, & semel, sed ordine successiuo, scilicet, primo Titius, & deinde eius filij per fideicommissum, & in hoc Doctores omnes conueniunt, vt dicit Dec. consil. 95. numero 4. circa fi. Et ideo, si quis substituat filios, uel nepotes Titij. hæc alternatiua posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, stat proprie, & non resoluatur in coniunctam, & donec vnus ex filiis superest, nullus ex nepotibus admittitur, ita communiter concluditur, vt dicit Paris. consil. 21. nu. 11. lib. 3.

4. Conclus. Quando plures personę, inter quas cadit ordo charitatis, uocantur per dictionem, CVM, puta, instituo Titium cum Mæzio eius filio, hoc casu Titius, & Mæzius adhibentur simul, & semel, non autem ordine successiuo, & hæc est communis conclusio, vt attestantur scribentes in dic. §. quidam recte, & in specie Iaf. nu. 30. vbi dicit, quod cum ista decisio, omnes indifferenter tenent.

5. Conclus. Quando plures personę uocantur sub nomine collectiuo cum alijs sub duplici denominatione, puta, in-

stituo Titium, & nepotes Mæzij, isti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vno tantum, & ideo faciendę sunt due partes, nulla habita ratione, quod nepotes Mæzij sunt plures numero. & hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. Jun. consilio 104. num. 25. libro 1. & hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.

QVAEST. LXXXI.

SVMMARIVM.

Præteritione filij an testamentum annulletur Remissive.



EXPLICATIS. questionibus, que ad testatoris uoluntatem interpretandam pertinent, videndum est, quib. modis testamenta infirmantur, & in primis, quæro, an præteritione filij, testamentum ipso iure annulletur? dixi late supra quęst. 42. & sequi.

QVAEST. LXXXII.

SVMMARIVM.

Præteritione parentum, uel collateralium, an testamenta annullentur Remissive.

QVAROCTIAM, an propter præteritionem parentum, uel collateralium testamenta annullentur? dixi supra q. 48. & sequi.

Quæst.

QVAEST. LXXXIII.

SUMMARIVM.

Exheredatione filiorum, uel parentum, an testamentum rumpatur: Remissive.



Varo, an ppter exheredationem filij testamentum rumpatur? dixi §. q. 40. & 41. dixi ex quib. causis filius à patre exheredari possit.

QVAEST. LXXXIII.

SUMMARIVM.

Legitimatione filij naturalis, uel spurij, an testamentum rumpatur.



Varo, an legitimatio filij naturalis, uel spurij testm rumpatur? Resp. sic, perinde ac si ipse post testm legitimus natus iunget. & ideo si paret post cõditum testm filium naturalem legitimauerit, uel etiam iam legitimatum pterierit, uel sine causa exheredauerit, rumpit testamentum, poteritq; talis filius legitimatus, si pteritus, dicere testamentum nullum, uel contrabulare, & si sit exheredatus, habet querelam, & hæc est communis conclusio, ut attestat Alex. in ru. ff. de lib. & posthu. post nu. 3. & consilio 139. nu. 1. lib. 2. quem refert Dec. in l. posthumo, in additio. ad primam lecturam, numero 17. in fi. Socij. consil. 126. nume. 5. lib. 2. prout illum refert, & sequit Paris. cons. 7. num. 2. lib. 2. & consil. 55. nume. 2. lib. 3. Iason in d. rub. ff. de lib. & posthu. nume. 5. & seq. & consil. 202. col. 5. versic. Stat ergo lib. 2. Dec. consil. 52. post nu. 1. & cont. 343. post num. 2. vericu. Nec obstat si dicatur, & consil. 365. post nume. 7. versic. Quarto, concludunt, & consil. 366. nu. 5. Regulariter enim legitimatus & comparatur legitimo, ut dixi supra libr. 2. §. filius. & ideo omnia iura loqueria de filiis legitimis, habent etiã locum in legitimatis. & hæc est communis conclusio, ut dicit Socin. in allegato cons. 226. post nume. 5.

QVAEST. LXXXV.

SUMMARIVM.

Testamentum an rumpatur per ingressum religionis. Remissive.



Varo, an per ingressum religionis testamentum rumpatur? dixi supra q. 28. versic. Sed retenta.

QVAEST. LXXXVI.

SUMMARIVM.

Testamentum an rumpatur resur rectione testatoris.



Varo, si testator moriatur, & deinde resurgat, an rumpatur eius testamentum? Est pulchra questio sed de raro contingit. ut si contingeret prout in Lazaro, quem Christus Dñs noster à mortuis suscitauit, tenendũ est, qd Lazarus à mortuis resurgens, hereditatem suã de iure recuperauerit, & ruperit testm, si q prius condiderat, uel tanq; ipsemet (non enim uidetur defunctus qui tam cito renixit) uel tanquam posthumus, qui de nouo natus esset. ita tenuit gl. in l. ex his in glo. 1. ff. de legib. que in hoc est communiter approbata, ut dicit Alb. in d. l. ex his, nu. 1. Alex. in l. si marito, in prin. nu. 5. ff. sol. matr.

QVAEST. LXXXVII.

SUMMARIVM.

Testamentum conditum per metum an sit ipso iure nullum. Remissive.

Quæro

Varo, nunquid testamentum conditum per metum sit ipso iure nullum, an autem ueniat rescindendum ex capite metus dixi infra lib. 7. §. metus.

QVAEST. LXXXVIII.

SUMMARIVM.

Ultima uoluntas an nititur falsa latinitate. Remissive.

Varo, nunquid ultima uoluntas, uel fideicommissum, uitiatur mala grammatica, uel falsa latinitate? dixi supra hoc eo. lib. §. substitutio.

QVAEST. LXXXIX.

SUMMARIVM.

Testamentum, in quo debita solemnitates non interueniunt an sit ipso iure nullum.

Varo, an testamentum, in quo non interueniunt debita solemnitates, sit ipso iure nullum? Respond. quod sic, text. est in l. j. ff. de iniusto rupt. Quæ autem sint solemnitates in testamento requisite, dixi supra q. 35. & seq. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat regulariter, sed si sit testamentum priuilegiatum, puta, cõditum à milite, uel inter liberos, uel ad pias causas, istis casibus, etiam si solemnitates à iure aliã requisite deficiat testamentum sustinetur, ut latius dixi supra q. 6. & q. 8. & q. 15. & c.

QVAEST. XC.

SUMMARIVM.

Ex testamento minus solemniter oriatum naturalis obligatio.
& quid in legatis, uers. Sed hæc quidem.

& an legatarius eo casu possit retinere rem legatam, ope exceptionis, uers. Hinc infertur.

& an hæres teneatur in foro conscientie p. soluere legata in huiusmodi testamento relicta, uers. Secundo infertur.

& quid in hereditate, uers. Ceterum.
& an hæres scriptus possit eam retinere in foro conscientie, uers. Sed quid si iste.
& quid si hæres aliquibus ex legatarij legata persoluit an possit cogi etiam alij prestare, uers. Sed hic occurrit.



ED quæro, an testamentum minus solemniter, uel alias inualidum sit adeo nullum, ut aliquid iuris effectum pducere nõ possit? Respond. quod lex adeo fauet defuncto uo-

luntatib. sustinendis, ut nõ patiat eorum dispositiones etiã nullas, & inualidas omni prorsus effectu carere, sed illis etiã præstat aliquod iuris fomentum, & in primis quidem uidemus, quod licet testamentum sit nullum ex causa pteritionis, uel exheredationis, sustinentur tamen omnia in ipso testamento contenta præter institutionem, de quo late dixi supra q. 52.

Preterea ex testamento, uel ultima uoluntate minus solemniter oritur naturalis obligatio, ita tenet glo. in l. prima, in glo. prima. ff. de cond. inde. & est communis opin. ut attestatur Alber. in l. eum quis citat. ca. princ. C. de iuris, & facti igno. Bald. in l. si post diuisionem in facti in fine. C. de iur. & facti ignor. Corn. consil. 261. in litera Q. libro primo, & consilio 119. colum. 8. in litera G. libro secundo, in quibus cõ filijs allegat Paul. de Casur. idem attestat in lege, secunda, C. de fideicom. qui tamen in libro meo hoc non dicit, Soc. in dicta l. r. colum. 2. uers. Circa secundum, ff. de cond. indebi. Alciat. in capit. nouit, post nu. 30 extra de iudic. Dicit etiam Io. Anni. in repe. l. nemo potest numero tertio, ff. de leg. 1. quod ita dicunt communiter Doctores.

Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, ut procedat in legatis, nam illa. Traët. Iul. Clar. G. c. t.

cet in testamento minus solemniter relicta sint, debetur legatariis naturaliter, & ita loquitur gl. in d. l. 1. & est communis opinio ut dicit Raf. in d. l. cum quis, nu. 9. & sequitur. & in l. plane. §. si coniunctum. post nu. 15. ff. de leg. 1. & conf. 82. col. pen. lib. 3. quem refert Didacus in c. cum esses, nume. 5. de testamento.

Hinc inferitur, quod si legatarius possideat ipsam rem sibi legatam in huiusmodi testamento minus solemniter, poterit illam retinere ope exceptionis, ita tenet Bar. in l. nemo potest, nu. 18. ff. de leg. 1. quem omnes Doctores sequuntur, ut dicit Capic. deci. 89. nu. 2. Et ita communiter tenetur, ut dicit Raf. in d. l. nemo potest in 2. le. nu. 84. quem refert Io. Dilect. de arte testandi tit. 3. caut. 3. nu. 3. & Didacus in d. c. cum esses, post nu. 10. uer. 3. ex hoc. Hanc etiam opinio dicit esse communem Bertran. conf. 212. nu. 19. lib. 1. in 2. parte.

Secundo inferitur, quod haeres tenetur in foro conscientiae persolvere legata in huiusmodi testamento minus solemniter relicta. Ita tenet Abb. in d. c. cum esses, nu. 10. & sequitur. & est communis opinio. ut attestatur Didacus in eo. c. cum esses, post nu. 5. Quae tamen opinio fortissimis argumentis conuincitur a Didaco in loco praesallegato. ut per te uideres potes, & certe, si casus contingeret facile posset sustineri contrarium.

Ceterum in hereditate secus est, illa enim si relicta sit in testamento, si minus solemniter, non debetur heredi scripto, neque naturaliter, & ideo non potest neque ad illam consequendam intentare aliquam actionem, neque si illam possideat, retinere ope alicuius exceptionis, si haeredes ab intestato illam petant, sed tenetur omnino eam illis restituere. & haec est communis opinio. ut dicit Raf. in d. l. nemo potest in prima lectura, nu. 75. & in d. l. si post diuisionem, nu. 5. & sequitur Bertran. in d. confil. 212. nu. 21. in fi. Ripa in d. l. nemo potest, nu. 202. Regulariter enim lex multo plus fauet iustitiam legatis, quam iustitiam in heredis, ut de hoc multa exempla congerunt Doctores in locis praesallegatis.

Sed quid si iste heres scriptus hereditatem ipsam possideat, & haeredes ab intestato eum non molestant, nunquid pote-

rit illam retinere. & erit tutus in foro conscientiae? Respond. quod sic, & ita conueniunt Doctores. ut dicit Capic. in d. deci. 89. nume. 3. Hanc etiam opinio dicit esse communem Ripa in d. l. nemo potest, nu. 99. quae tamen (ut uerum fatear) mihi nunquam placuit, prout neque etiam placeat Didaco in d. c. cum esses, post nu. 10. uer. sexto non possum. Si enim talis hereditas non est illi, neque naturaliter debita, non uideo, quo iure posse debeat illam retinere. & hoc multo magis, si esset in mala fide, quia scilicet haberet scientiam nullitatis testamenti, & certe non audeam pro hac parte consulere, saltem ante factum. Bene posset factum posse teneri communis opinio, ut excutaretur ipse haeres a restitutione perceptorum, & maxime si fuisset in bona fide. Cogita.

Sed hic occurrit una questio, super qua proximis diebus fui interrogatus. Pone, testator condidit testamentum minus solemniter, & consequenter inualidum, in quo pluribus personis diuersa legata reliquit, Haeres scriptus, adita hereditate non nullis persoluit legata a testatore relicta. Cum deinde alius ex legatariis peteret etiam ipse legatum sibi relicto, haeres opponeret testamentum esse inualidum, quod crebatur, an talis exceptio illi prodesset? Respond. quod sic, & consequentes non potest cogi ad alia legata praestanda, ita tenet glo. in l. non dubium. in glo. h. C. de testam. & est communis opinio. ut dicit Ale. in ea. l. non dubium, nu. 3. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

QVAEST. XCI.

SVMMARIVM

Testamentum contraria uoluntate reuocatur & an requiratur, quod fiat aliud testamentum solenne. uer. Sed questio.
Et quid si concurrat ceteris decennij uerfi. Bene uerum est.

Et a quo tempore computandum sit huiusmodi decennium uerfi. Sed nunquid.



Idem est, ex quibus causis testamenta annullentur, vel rumpantur. Nunc est videndum, quemadmodum testamenta reuocentur. Et in primis quidem sciendum est, quod testamentum a testatore conditum contraria uoluntate reuocatur, idque rationi est valde consentaneum, sicut enim in testamentis condendis uoluntas testatoris maxime consideratur, ita etiam in illis reuocandis eiusdem testatoris uoluntas praecipue consideranda est, ut iuxta communes regulas, eo genere quodque dissoluitur, quo colligatum est, uulgata l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

Sed questio, nunquid ad reuocationem testamenti sufficiat, quod testator etiam coram septem testibus dicat se testamentum condidisse, & quod non uult tale testamentum ualere, sed illud reuocat, & annullat, & c. Respond. quod non, sed requiritur, quod faciat aliud testamentum solenne, cum institutione heredis, & alius in testamento requisitis, ita tenet Bar. in l. si iure, nu. 3. ff. de leg. 3. cuius opinio ceteri approbatur, ut dicit Natta in repet. auct. hoc inter, nu. 10. C. de testa. Et est communis opinio. ut dicit Alex. cō sil. 159. post nu. 8. lib. 7. Ruin. conf. 6. nu. 1. lib. 2. Rubens conf. 41. num. 4. & 5. Soc. Iun. conf. 42. nu. 1. li. 3. Non enim potest testamentum solemniter conditum infringi, nisi aliud testamentum conditum sit, ex quo hereditas adiri possit.

Bene uerum est, quod si cum huiusmodi reuocatione coram testibus saltem tribus facta, concurrat perseverantia longi temporis, & sic curus decennij, utique, his concurrentibus, censetur reuocatum primum, text. est singularis in l. Sancimus, C. de testa. & est communis opinio, ut dicit Alexand. in d. l. Sancimus, post nu. 8. uerfi. Extra glōf. Bertran. confil. 213. numero 3. libro 1. in secunda parte.

Sed nunquid istud tempus decennij est

computandum, ut currat a die conditi primi testamenti, an autem a die reuocationis? Resp. quod est computandum a die conditi primi testamenti, ita quod si talis reuocatio fiat intra decennium a die conditi primi testamenti nihil operabitur, ita dicit Glof. in d. l. Sancimus, in gl. si. quam Doct. magis communiter sequuntur ut dicit Raf. in ea. l. Sancimus, nu. 15. Et hanc opinio communiter tenet attestatur Ruin. in d. conf. 6. num. 2. Illam etiam dicit esse magis communem Gul. de Bened. in j. parte repet. cap. Raynucius, fol. 158. num. 8. in fin.

QVAEST. XCII.

SVMMARIVM.

Si testator coram septem testibus reuocet testamentum, quia dicat se uelle in testatū decedere, an id sufficiat.

Q

Varo, quid si testator coram septem testibus dicat, Reuoco, & annullo testamentum a me prius conditum, quia uolo decedere intestatus, nunquid hoc sufficere ad re-

uocationem testamenti? Respond. quod sic, ex quo enim testator asserit se uelle intestatum decedere, censetur instituere uolentes ab intestato, iux. tex. in l. prima §. si haeres. ff. si tab. testam. nul. extab. & ita tenet Bar. in d. l. si iure, post nu. 3. ff. de leg. 3. & ita praecedens conclusio ceteri limitatur, ut dicit Bertran. confil. 12. post nume. 2. libro secundo, in secunda parte. Hanc etiam esse communem opinio. Attestatur Alexand. in d. l. Sancimus, numero 9. & confil. 30. numero tertio, libro tertio, quae refert Decius confil. 582. numero primo, & Bertran. confil. 215. in princip. libro tertio, in prima parte, & Io. Dilect. de arte testam. tit. 10. caut. 3. numero 2. & Didac. in rub. de testa. in secunda parte, post nu. 21. uerfi. Sexta conclusio; Natta in d. auct. hoc inter. num. 11.

QVAEST. XCIII.

SUMMARIUM.

Sit testator testamentum a se conditum incidat, vel cancellet, annullatur illud testamentum.

Et an eo casu hereditas apponitur fisco, vel uenientibus ab intestato, uersiculo. Sed quæro.

Quæro, quid si testator uoluntatem suam non uerbis, sed facto declarat, puta, quia testamentum, a se prius conditum incidat, vel cancellet, nunquid tale testamentum annullabitur? Respond. quod sic, text. est in l. nostram. C. de testa. & ita concludunt communiter Doctores ut ait Crauetta consil. 228. numero primo. Hoc tamen intelligo, ut procedat in testamento condito in scriptis, sed si est testamentum nuncupatum in scriptis redactum, prout hodie communiter testamenta conduntur, & testator forte habens à notario exemplum authenticum, illud incidere, vel cancellare, non crederem hoc solum sufficere ad annullandum, vel reuocandum ipsum testamentum. Bene uerum est, quod si testator ipsum exemplar, seu originale existens apud notarium cancellari faceret, & eadem tale testamentum prorsus reuocatum, & annullatum censeri debere, dummodo legitime appareret cancellationem coram septem testibus factam fuisse ex iussu ipsius testatoris.

Sed quæro, an in casu huiusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem factæ, hereditas transeat ad uenientes ab intestato, an autem applicetur fisco, tanquam si heredes à testatore fuissent reputati indigni, & consequenter fisco ea ab illis auferre possit? Respond. quod si apparet de uoluntate testantis, illa attendi debet, ita communiter dicitur ut ait in sola in cap. cum esses, post numerum 30. uersic. An quando de testa. Si uero non apparet de uoluntate testatoris,

tunc in dubio tenendum est, quod hæreditas uadit ad uenientes ab intestato, non autem ad fisco, & hæc opinio est magis communis, ut dicit Alexand. in d. l. nostram, numero 3. dicit etiam Aug. Arret. in §. ex eo. post numerum 2. uersic. 2. principaliter, instituit quibus. mo. testa. infra. Ita dicunt communiter Doctores. Intellege, quando testator totum testamentum incidit, sed si tantummodo delect nomina heredum, uideatur illos reputasse in dignos, & ideo fisco ab illis auferre poterit hæreditatem, exclusis uenientibus ab intestato.

QVAEST. XCIII.

SUMMARIUM.

Regulariter primum testamentum reuocatur per secundum.

Et quid in testamento condito coram imperatore, uersic. Et hæc quidem.

Et quid si in primo testamento appositum sit ueramentum, uersic. Sed quid sit testator.

Et an eo casu, facta reuocatione, testator dicatur periurus, uersic. Sed nunquid.

Iuramentum in testamento appositum habet uim clausule derogatoria, uersic. Vnum tamen.



Vando testator post conditum primum testamentum, condidit aliud, & sic secundum testamentum ualidum, & si prius, nulla est inter doctores controversia quin regulariter primum tollatur per secundum, text. est in §. posteriori. instituit quibus. mod. testa. in rub. & hæc est communis regula, ut dicit Dec. consil. 264. num. 1. circa finem.

Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in testamentis priuatis consecretis, sed etiam in testamento facto coram Imperatore, uel etiam auctoritate ipsius Imperatoris confirmato, adhuc enim per aliud testamentum eorum sine

consensu Imperatoris postea conditum, reuocatur, ita dicit Barto. in l. omnium, num. 3. C. de testa. qui in hoc est communiter receptus, ut ait Didacus in Rub. de testam. in 2. parte, post numerum 2. faciunt quæ dixi supra lib. 1.

Sed quid si testator in primo testamento appositum iuramentum, promittendo, & iurando, quod illud non reuocasset, nisi quid si postea condidit secundum testamentum, illud primum censetur reuocatum, non obstante illo iuramento? Respond. Aliqui dixerunt, quod secundum testamentum factum post primum iuratum non ualet, & dicit Alber. in l. 1. circa finem. C. de factis. Eccles. quod ita tenent communiter Canon. Tu uero tene contrarium, scilicet, quod non obstante iuramento, primum testamentum per secundum reuocatur, & ita tenet glo. in c. vltima uoluntas, in gl. vnicia post med. r. q. 2. & ita concludunt omnes, ut dicit Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 5. ff. de verb. oblig. quem refert Didac. in rub. de testa. in secunda parte, post numerum 15. & dicit Smol. in cap. conuincit. num. 31. de iure iur. quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem determinationem Doctorum Pau. de Cast. consil. 339. post numerum 1. libr. 1. Alex. in l. pactum, quod dotali, num. 3. C. de pact. & consil. 18. numerum 2. lib. 2. Mayner. in l. nemo potest mutare, colum. 25. & 26. ff. de reg. iur. quem refert Episcopus Loazes in suis allegatis pro Marchio. Velez. fol. 384. num. 160. Alc. in d. c. cum contingat, num. 77. Cotta in uerbo, Testator inducere, col. 1. & sic uides, quod hæc est magis communis opinio. Legistæ & Canon. Quæ etiam optima ratione fundatur, quia nemo potest sibi legē indicere, quominus dispositionem suam in tempus mortis collatam, ante mortem, quandoquunque mutare possit.

Sed nunquid testator reuocando illud primum testamentum erit periurus? Respond. Bar. in d. l. si quis in principio testamenti in princ. num. 14. tenuit, quod non, & dicit Alexand. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 2. quod ita tenent communiter Legistæ, quem refert

Cotta in d. uerbo, Testatorem inducere, col. 2. & Didacus in d. secunda parte, post numerum 15. uersic. Secunda opinio. Sed contrarium est uerius. Quod imo est peritius, & ideo debet petere absolutionem à iuramento, & hæc est communis opinio, ut dicit Alex. in d. consil. 18. nu. 2. Alc. in d. c. cum contingat, num. 78. Natta in d. auct. hoc inter num. 83. & de hoc non uidetur dubitandum.

Vnum tamen nota in hoc proposito, quod tale iuramentum appositum in primo testamento, habet uim clausule derogatoria, & sic operatur, quod non poterit per aliud testamentum reuocari, nisi in ipso secundo testamento apposuerit reuocationem ipsius iuramenti, ita dicit Bar. in l. si quis in principio testamenti in prin. nu. 15. post lo. And. in Mercurial. in c. quod semel, de reg. iur. in sexto, quem sequuntur communiter Doct. ut dicit Bertrād. consil. 143. num. 2. lib. 3. in secunda parte. Hanc etiam opinio dicit esse communem Socin. in d. §. in legatis, col. pen. uersic. Sexto inferitur. Natta in d. auct. hoc inter num. 56. C. de testa.

QVAEST. XCV.

SUMMARIUM.

Donatio facta in penam mutationis testamenti non ualet.

Et quid si heres promittat legatarij legata prestare, uersiculo. In hoc tamen.



Vero etiam, quid si testator in actu codendi testamenti dicat se ita testari, & uolle ipsum testari in aliquo modo reuocare, & si in aliq. reuocaret, eo casu ex tunc donat omnia bona sua heredi scripto &c. Nunquid talis donatio facta in penam mutationis testamenti ualebit, ita quod testator non possit illam per aliam posteriori uoluntate reuocare? Respond.

Tract. Iul. Clar. G 3 Dy.

Dyn. in c. quod semel in fi. verbis de reg. iur. in 6. tenuit, quod talis donatio irrevocabiliter valeat, & hanc opi. dicit esse commune. n. Bal. conf. 338. lib. 2. prout illum refert 103. Dilect. de arte testandi tit. 10. caut. 2. num. 1. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo talis donatio non valeat, tenuit Cy. in l. j. C. de sacrosan. Eccle. & hac opi. est magis communis, ut dicit scribentes in d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & in specie Alex. num. 3. & las. num. 7. & Croc. num. 13. & Butigella, num. 7. Idem dicit Rom. consil. 181. circa prin. Maria. de oblatio. in libello 13. nu. 17. qui dicit, quod ita concludunt communiter Doctores, Alex. conf. 25. nu. 6. lib. 3. & consilio 156. numero 5. libr. 7. ubi dicit, quod ita communiter concluditur. Didacus in rubric. de testam. in secunda parte, numero 17. A postil. ad Dyn. in d. c. quod semel, in fine. Nam lex (ut dixi) noluit reperiri aliquem modum, per quem tolli possit libertas testandi facultas, cum ambulatoria sit hominis voluntas usque ad mortem.

In hoc tamen proposito nota caute- lam, quod si testator faciat, quod haeres mittat legatarijs, vel fideicommissarijs praesentibus, vel si sint absentes, notario eorum nomine stipulanti, prestare illis legata, vel fideicommissa in testamento relicta, eo casu talia legata transeunt in vim contractus, & poterunt probari per duos testes tantum, & ita poterit haeres ex tali promissione conveniri. Ita colligitur ex dictis Bar. in d. l. nemo potest, circa principium, versicula. Contra hoc. ff. de legat. 1. quem scribentes communiter sequuntur, ut dicit Corta in d. verbo, Testatoris inducere columna 2. Hanc etiam dicit esse communem opinionem. Croc. in repet. d. l. nemo, potest. num. 19. Quae tamen decisio praesupposita revocatione testamenti mihi non placeat, quia haeres videtur promississe tanquam haeres, non autem de proprio, argum. eorum, quae notat Bar. in l. cum quis decedens. §. qui testamento. ff. de lega. 3. & forte etiam intentio Bar. in d. l. nemo potest, non fuit haec ad quam allegatur. Cogita.

QVAEST. XCVI.

SUMMARIVM.

Vbi ex secundo testamento non fuerit edita hereditas, nunquid primum censetur nihilominus renovatum.



DIXI supra, quod primum testamento reuocatur per secundum. Quare, quid si ex secundo testamento non fuerit edita hereditas, nunquid nihilominus primum testamento censetur reuocatum? Respond. quod sic. Satis enim est, quod contigerit hereditatem ex secundo testamento adiri potuisse, licet adita non fuerit, & ita communiter tenet, ut dicit Alexan. consil. 37. num. 3. lib. 1. & consilio 87. numero 7. lib. 2. secundo, quem refert Didacus in dicta parte, post numerum 21. versiculo, Septima conclusio. Quoniam, etiam si illud secundum testamentum non fuisset a principio validum, neque postea convalidatum fuisset, sed bene potuisset aliquo casu revalidari, prout potes videre exempla supra, quae 43. versiculo. Sed quid si ipse, & quaestio, 45. versiculo. Sed pone adhuc tamen primum testamentum censetur per istud secundum reuocatum, & annullatum, & hanc dicit esse communem opinionem Ruin. consilio octavo, numero octavo, libro tertio. Ego tamen non credo hanc opinionem esse magis communem, neque veram. Omnes enim ferè Doctores in hac materia loquentes concludunt, ad hoc, ut primum testamentum reuocetur, requiri, quod secundum sit validum, & solemne, ita, quod ex eo aliquando potuerit hereditas adiri. Propterea opinio illa, quam Ruin. dicit communem, non est iudicio meo in practica tenenda, & ita etiam Ruin. ipse in loco praesallegato super ea se non fundat, sed transit ad alia fundamenta.

Quaest.

QVAEST. XCVII.

SUMMARIVM.

Quandoque etiam per secundum testamentum minus solemne reuocatur primum solemne, nonnullis concurrantibus de quibus in l. hac consulti sumus. §. si quis autem. C. de testam.

Et quid si in huiusmodi secundo testamento esset praeteritus vnus ex filijs testatoris, vers. Scias tan.

Et an ex hac ultima voluntate dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato, vers. Item scias.



MVS tamen est casus, in quo testamentum perfectum, & solemne tollitur per secundum testamentum, licet imperfectum, & minus solemne, quando, licet tria concurrunt, primum, quod in illo primo testamento fuerint instituti extranei. Secundi, quod in secundo testamento fuerint instituti venientes ab intestato. Tertium, quod in secundo interueniunt saltem quinque testes. Est de hoc text. singularis in l. hac consulti sumus. §. si quis autem. C. de testam.

Scias tamè, quod dispositio d. §. si quis autem. non habet locum, quando in secundo testamento esset praeteritus aliquis ex filijs ipsius testatoris. Ita tenet Bar. in l. si ex duobus. l. j. §. si prius. nu. 2. ff. de bo. pos. cõtr. & est cõs. opi. ut dicit Alex. in d. §. si quis autem. nu. 9. Faciunt in hoc proposito ea quae dixi supra q. 8. vers. Sed quaero.

Item scias, quod haec vltima voluntas, quae validatur ex dispositione d. §. si quis autem non est testamentum, sed defertur ex illa successio ab intestato. Ita dicit Bal. in d. §. si quis autem. ante nu. 1. & ita communiter tenetur, ut ait Corn. cont. 172. col. 3. in litera H, lib. 2. Quod nota, quia est mirabile, quod causa intestati trahat ad se causam testati, contra regulam quae posita infra §. fi. Et ex hac cõclusionem resultare potest maxima utilitas, ut dixi supra q. 13.

QVAEST. XCVIII.

SUMMARIVM.

Testamentum inter liberos an posteriore testamento reuocetur.

Et quid si in eo sint pariter instituti filij, vers. Hoc tamen.



RETENTA praedicta cõclusionem, quod primum testamentum reuocatur per secundum, Quæro, nunquid locum habeat in testamento condito inter liberos, ita vt, & si sum testamentum inter liberos conditum, simpliciter cõfecto alio posteriore testamento, reuocetur? Respond. quod non nisi in hoc secundo testamento duo concurrant. Primum, quod sit cõstitutum coram septem testibus, & minus solemne, & secundum, quod in eo pater expressè dicat, se primum testamentum reuocare, est de hoc text. expressus 1. auferet. hoc inter. C. de testam. & quod de primo testamento condito inter liberos debeat in secundo fieri mentio specialis, alias non censetur reuocatum per secundum, est communis opinio ut dicit Gomes. in c. 1. num. 171. de constitut. in 6. Boer. decil. 240. post num. 10.

Hoc tamen intellige, ut procedat, quãdo in secundo testamento est institutus haeres extraneus, nãm eo casu utique illa duo requiruntur, de quibus supra. Sed si in secundo testamento pariter essent instituti filij, & istud secundum esset ipsius filius magis tãctabile, non modo primum nõ solemner conditum reuocatur per secundum solemne, sed, quod plus est, etiam si primum esset perfectum, & solemne, & istud secundum magis fauorabile esset imperfectum, & minus solemne, primum in intelligitur reuocatum per istud secundum, ita dicit gl. in auct. de testam. imperfecis, in princip. in verbis. Perfecta, quae est communiter approbata, ut dicit latson in d. auct. hoc inter. num. 1. in fin. Sotom. lun. consilio 145. numero 58. libr. 2.

G 4 Hauc.

Hanc etiam opin. dicit esse communem Rimin. in d. auct. hoc inter col. 1. quem refert Paris. conf. 35. nume. 23. lib. 2. Crott. in cap. 1. col. 8. de const. in 6. quem refert Didac. in rub. de test. in 2. parte. post nu. 19. uers. Sexto deducitur. Soc. in. conf. 127. nume. 10. lib. 1. subdens, q̄ cum hoc sit in iure nostro exploratissimum, non est super eo hesitandum.

QVAEST. XCIX.

SUMMARIUM.

Primum testamentum, in quo adfit clausula derogatoria, an tollatur per secundum.

Et quid si talis clausula erat derogatoria potentia, non voluntatis, uersicul. Hoc tamen.

Et quid si unum tantum testamentum praecesserit. uer. Et hec quidem.

Et quid si primi testamenti derogatorij testator in secundo speciale mentionem facit. uers. Tertius est casus.

Et quomodo dicatur facta illius specialis mentio, uers. Sed quæro.

Et an hoc locum habeant in testamento inter liberos, uers. Hec autem.

Et quibus modis dici possit facta mentio clausula derogatoria, uers. Sed in hoc proposito.

Et quid si appareat testatorem omnino uoluisse secundum testamentum præualere, uers. Ceterum.

Et quid si inter ipsa duo testamenta effluxerit spatium decem annorum, uersicul. Scias etiam.

Et quid si in secundo testamento appositum sit iuramentum, uers. Item scias.

Et quid si secundum testamentum conditum fuerit apud adia, uersicul. Vltimus scias.

Et quid in clausula derogatoria non expressa a testatore, sed a lege subintellecta, uers. Præterea scias.

QVAERO tu si q̄ eo ipso, q̄ testator facit secundum testamentum, censetur reuocasse primum, etiam si de eo nulla mentio facta sit. Pone modo,

q̄ testator in primo testamento appositur clausulam derogatoriã, puta, quia dixerit, & hoc meum testamentum nolo ualere, non obstante quocumque testamento per me posthac condendo, uel nolo aliud testamentum per me in futurum faciendum ualere, & in eo sit descripta oratio Dominica, uel Aue Maria, uel huiusmodi. Nunquid si deinde testator condat aliud posterius testamentum, illud primum censetur reuocatum, & annullatum? Respond. hæc est ualde intricata questio, in qua scribentes varie loquuntur, propterea pro intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus casus est, quando testator in secundo testamento nullam mentionem facit primi testamenti, neque clausulæ derogatoriæ in eo insertæ, & hoc casu omnes concordant, q̄ per huiusmodi testamentum non ita reuocatum primum, habens clausulam derogatoriã, intellige, quando est derogatoria uoluntatis, ut scilicet dicam. Præsumitur enim in secundo testamento defectus uoluntatis, & ideo firmum remanet primum, & in hoc nulla est controuersia inter Doctores.

Secundus est casus, quando testator in secundo testamento appositur clausulam generalem reuocatoriã omnium testamentorum à se prius conditorum, puta, quia dixit cassans, & reuocans omnia, & quæcumque testamenta à me hæcenus condita, quæ clausula communiter solet à notarijs apponi in omnibus testamentis, & in hoc pariter omnes concordant, quod illa non sufficiat ad reuocationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriã. Talis enim reuocatoria generalis, etiam si expresse posita non sit, tacite tamen inest ex natura actus, merito expressa nihil operetur.

Hoc tamen non ita absolute procedit, debes enim scire, quod clausula derogatoria potest dupliciter concipi, ut declarat

Bar.

Bar. in l. si quis in principio testamenti, in princ. nume. 4. in fi. ff. de lega. 3. Primo per uerba respicientia potentiam, puta, nolo me posse condere aliud testamentum, uel nolo posse condere testamentum reuocare. Secundo concipi potest per uerba respicientia uoluntatem, puta si condidero aliud testamentum, nolo illud ualere. Dic ergo, q̄ si quidem est concepta per uerba derogatoria uoluntatis, procedit conclusio, ut non sufficiat generalis reuocatio, sed si esset concepta per uerba derogatoria potentia, utique sufficeret. Et hoc dictum est magis commune, ut dicit Corn. conf. 86. in littera B, lib. 3. & conf. 21. in littera P, libr. 4. Hanc etiam sententiam faceret esse communem Didac. in rub. de testam. in secunda parte, post numer. 19. v. 1. Secunda conclusio. Cum enim nemo possit sibi auferre liberam facultatem testandi, talis clausula derogatoria potest nihil operari, & pro non apposita habetur.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando duo testamenta, uel plura præcesserint istud ultimum testamentum, in quibus omnibus, uel altero eorum, esset appositæ clausulæ derogatoriæ, nam eo casu proculdubio generalis reuocatio non sufficit, sed necesse est fieri mentionem ipsius clausulæ derogatoriæ, secundum magis communem conclusionem, ut dicit Alex. in l. 2. nu. 2. ff. de lib. & posth. Sed quid si unum tantum testamentum præcesserit, in quo sit inserta clausula derogatoria, nunquid sufficit, q̄ in hoc ultimo dicat, Cassans, & irritans omne aliud meum testamentum, &c. Respond. Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, in princ. nu. 9. tenuit, q̄ hoc casu talis reuocatio generalis facta sufficiat, quæ tamen uerba Bar. aut in meo codice sunt corrupta, aut à Doctoribus non fideliter recitata, & dicit Guido Papæ, conf. 65. auero 20. & conf. 125. post num. 3. uersicul. Et hanc ultimam, q̄ ita determinant Doct. omnes indistincte. Sed quidquid dicat Guido Papæ, illa opin. Bart. communiter reprobatur, ut dicit Iaso. in l. Sancimus. post num. 14. uersicul. Quarto fallit. C. de testam. Rub. conf. 24. numer. 12. Natta

in d. auct. hoc inter numer. 35. Et dicit Ruir. conf. 5. post nume. 9. uersic. Nec obstat lib. 2. quod contra Bar. in hoc tenent communiter Doctores, & ideo, etiam si unum tantum modo testamentum præcesserit, tenendum est, quod non sufficiat generalis reuocatio, sed requiratur, quod de ipsa clausula derogatoria fiat specialis mentio, & hæc opin. contra Bar. est magis communis, ut dicit Alex. consilio 25. num. 4. lib. 3. & conf. 7. lib. 4. quod est duplicatum conf. 44. eod. uol. Idem Alexan. conf. 156. nume. 3. lib. 7. & conf. 163. post num. 7. eod. uol. & conf. 171. in princ. eod. uol. quem refert Felyn. in 2. p. nonnulli, num. 5. de rescript. & Tiraque. de legib. consub. glof. 7. nume. 137. Ruit. consilio 10. circa fin. lib. 2. Apostill. ad Bart. in d. l. si quis in principio, sub nume. 9. Didac. in d. rub. de testam. in 2. parte, post num. 19. uers. Tertium hanc Passus est arduus, & multæ sunt auctoritates Doctorum hinc inde, ut uideri potest apud in d. l. 2. nu. 11. ff. de lib. & posth. qui multos refert tenentes cum Bart. & subdit, q̄ si d. Alex. uidisset illas auctoritates, non ita passim dixisset communem sententiam Doctorum esse contra Barto. Sed certe negari non potest, quin opin. contra Bar. si magis communis, propterea consulendo, aut iudicando non esset ab ea recedendum. Illa enim clausula derogatoria in primo testamento appositæ, facit presumi secundum testamentum, in quo non sit illi clausula derogatoriã, fuisse effectum potius ad suggestionem, uel importunitatem alterius, quam ex uoluntate ipsius testatoris, quæ ratio eodem modo operatur, siue unum testamentum tantum, siue plura præcesserint.

Tertius est casus, quando in secundo testamento testator fecit speciale mentionem primi testamenti derogatoriæ, & illud reuocauit, & tunc concludunt Doctores, quod primum sit reuocatum, & annullatum. Ita tenet Dyn. in cap. quod semel, col. 6. de regul. iur. & ita se habet communis opin. ut dicit Saly. in d. l. Sancimus, post num. 6. in 5. q. C. de testame. quem refert Alex. conf. 7. num. 28. libr. 4. quod est duplicatum conf. 44. eod. uol.

Alex.

gatoriam. Ita dicit Bald. in d. Sancimus. post. ut. 6. & est communis sententia, ut ait Nata in d. au. hoc. inter numer. 47. Non enim est presumendum, quod testator uoluerit coram publicis personis auctum elusorium facere.

Præterea scias, quod prædicta omnia locum habent, siue clausula derogatoria in primo testamento, posita sit expresse a testatore, vel sit tacite à lege subintelligenda. Sunt enim aliqui casus, in quibus, etiam si testator non apposuerit clausulam derogatoriam, tamen lex illam uult haberi pro apposta. & ideo etiam illis casibus opus est speciali reuocatione ipsius clausule. Et potest poni exemplum in testamento inter liberos, in quo lex semper subintelligit clausulam derogatoriam, & ideo, nisi in secundo testamento sit de ipso facta mentio specialis, non censetur reuocatum per secundum, iuxta nor. in au. hoc. inter. C. de testam. & dixi supra quæst. prox. Potest etiam poni exemplum in iuramento, quia si in primo testamento appositum sit iuramentum, habet à lege vim clausule derogatoria, & ideo non tollitur per secundum testamentum, nisi de eo fiat specialis mentio, ut dixi supra q. 94. uerfi. Vnum tamen nota.

QVAEST. C.

SUMMARIUM.

Si producantur duo testamenta eodem die confecta, quod eorum præualebit.



QVAERO, pone quod producantur duo testamenta eodem die confecta, quod eorum præualebit? Respon. si qui dem ex le. gura ipsorum testamento rum, aut aliter, apparere potest, quod fuerit posteriore loco cõditum, illud præualebit, si uero non appareat de prioritate, vel posterioritate, eo casu propter incertitudinem neutrum ualeat. Ita dixit gl. in l. fin. in uerbo, Milius est. C. de edict. D. A. dr. tol. ubi dicit, quod hæc est questio Sabbatina, & hæc est communis opin. ut dicit Bertran. cons. 223. lib. 1. in 1. parte, quem refert Boer. dec. 311. nu. 2. Idem dicunt scribentes in d. l. si. & in specie sapia, num. 138. & Cur. iun. num. 89. & hæc in presentia sufficiant.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPALI

CONSALVO FERDINANDO

A CORDVBA,

DVCI SVESSE, ETC.

Ac Infubrum moderatori.

IVLIUS CLARVS S. D.



*V*AE res in hac uita omnibus hominibus iucundissima esse solet, Gloria & laus recte factorum, Magnanime CONSALVE, illa dii immortales nulli sine labore ac periculo contingere posse uoluerunt. Eo quidem (ut opinor) consilio, ut humane mentes sua natura laudis auida, hoc ueluti proposito premio, ad uirtutis studia ardentius incenderentur.

Neque enim ea quæ communi ratione mortalium animos ab otio, & inertia ad uirtutem alliciunt, priuata scilicet aut communis uilitas, aut voluptas, tantam vim in nobis habent, quantam amor ipse uirtutis ac gloriæ. Quis enim unquam ob publica, aut priuata commoda uitam contempsit? qua nihil homini solet esse carius, Quis filiorum salutem, qui nostri corporis imaginem quandam præ se ferunt, ceteris rebus non anteposuit? At hæc omnia, & se quid præterea nobis iucundius esse potest, cogimur desiderio uere laudis non curare atque contemnere. Huius autem rei, si quis forte exempla desideret, illa iam non ex antiquis imperatoribus, sed ex te uno, Princeps Illustris, petenda sunt, Qui fore

um hoste cominus est pugnandum, siue inimicorum propugnaculis, aut muris succedendum inter hostium tela adeo intrepidus versaris simul & militis fortissimi, & egregij imperatoris obiens munera, vt nemo iam sit, qui tuo exemplo vitam, parentes, liberos fortunas, omnia denique humana præ virtute non despiciat; & pro nihilo putet. Tu certe (quod nullus negare ausit) munitissimis hostium oppidis expugnatis, omnium imperatorum in hac prouincia primus, vinci posse Gallos docuisti, ita vt plerique suspicentur, illos non modo Philippum inuicti regis nostri (à quo superiore anno, exercitu, castris, oppidis, exuti fuerant) sed etiam tua virtute ac fortitudine plane perterritos, ad satis equas pacis conditiones descendisse, ne quas nunc in hac regione vrbes atque oppida ex federe sponte restituant, illa tu armis vendicares, totisque prætere Italia finibus arceres. Non solum autem militaris hæc vestra laus, sed illa etiam, quæ ex bonarum literarum eruditione proficiscitur, quamuis minore periculo multa tamen sudore ac labore studiosis querenda est. Nemo inquam somniculosus atque iners, bonus orator, aut philosophus euasit. Nemo iuris scientiam, quæ apud omnes gentes summo semper in precio fuit, sine maximis laboribus ac vigilijs est assecutus. Neque vero hoc à me dictum quis putet, quod literarum studia bellica virtuti comparare, aut preponere velim, vetus iam nimis, & trita est hæc sententia, quam hoc loco in disceptationem questionemque vocare nihil attinet, præsertim apud te, qui non modo fortissimus imperator, sed etiam orator disertissimus, id quod hæc ætate paucis adhuc contigit, nactus es, vt in te Diuum mortales eruditionem atque eloquentiam cum fortitudine atque animi magnitudine coniungerent. Cedant pacis tempore le gibus arma, nos viciſſim dum bellum vigeat furor, iurisperitis ac philosophis imperatores ac milites anteponi æquo animo feremus. Illud vero quod à principio dicere orsus fueram, si ne controuersia vtriusque commune est, scilicet neque pace,

neque

56
neque bello, veram virtutis laudem sine labore ac periculo parari, aut acquiri posse. Memini ego patrem meum virum clariss. hoc argumento sæpe me ad virtutis studium propositis maiorum meorum exemplis citare solere. Ille omnibus hominibus turpe esse dicebat, in otio inertem vitam ducere. ijs autem præcipue quibus deorum munere felicitia ad bonas artes capeſſendas ingenia contigissent, mihi vero turpissimum fore, cuius Auus, frater, auunculus, in sua patria iuris vtriusque scientia præ ceteris floruisse, Pater etiam, Mediolani Senator, Proauus apud Siculos consiliarius, amplissimos essent dignitatum gradus consecuti. Quibus ego simul concitatus, ita me totum literarum studijs tradidi, vt nihil aliud dies noctesque haberem in animo, quam, vt maiorum meorum gloriam aliquo modo posse non solum æquare, sed etiam superare. Itaque cum primum in iurisperitorum ordinem fui cooptatus, summo quidem labore corporis atque animi, magnum hoc, & arduum opus, & omnium forte eorum, quæ hoc scribendi genere hætenus tractata fuerunt longe maximum, efficere sum aggressus, vt scilicet inter dubias & controuersas iuris questiones, receptiores interpretum sententias, septem libris explicarem. Horum ego cum particulas quasdam (vulgo Paragraphos appellamus) in lucem mittere decreuissem, illas tibi dedicare constitui, Princeps Illustriss. tum ut hoc quamuis leui munusculo, testatum erga te animum meum omnibus facerem. tum etiam vt Lilius ipse amplissimi nominis tui ornamento auctus, illa prior in publicum prodiret, Tu itaque illum humaniter accipe, neque enim minor est animi magnitudo, exigua aliorum munera magni æstimare, quam aliis multa, & magnifica largiri. Vale.

Calen. Nouem. M. D. LIX.

Mediolano.

- 1 Donatio unde iudicatur, & an sit contractus nominatus.
- 2 Donatio conditionalis, an sit proprie donatio.
- 3 Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio.
- 4 Donatio causa mortis quid sit.
- 5 Donatio causa mortis, an potius equiparetur contractibus, quam ultimis voluntatibus.
- 6 Filius familias an possit donare causa mortis.
- 7 Usurarius manifestus an possit donare causa mortis.
- 8 Pater an possit donare filio.
- 9 Donatio inter viros, & uxor em, an valeat.
- 10 Ornamenta qua mittuntur sponsis, an ceantur donata.
- 11 Donatio propter nuptias, an hodie peti possit.

- 12 Donatio an possit fieri absenti.
- 13 Et quid si fiat notario stipulenti.
- 14 Donatio an perficiatur nudo pacto.
- 15 Insinuatio quid sit.
- 16 Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari.
- 17 Et quid in donatione facta ecclesiae, &c.
- 18 Et quid in donatione iurata.
- 19 Donatio omnium bonorum, an valeat.
- 20 Et quid si sit iurata.
- 21 Donatio potest ob ingratitudinem reuocari.
- 22 Donatio reuocatur propter superuenientiam liberorum.
- 23 Et quid si sit iurata.
- 24 Donatio inofficiosa potest per filios reuocari.
- 25 Donatio ob causam, & donatio causa mortis quomodo possint reuocari.

IULII CLARI ALEXANDRINI,

IVRECONSULTI CLARISSIMI,
AC REGII SENATORIS,

Ex libro Quarto Sententiarum
Receptarum.

S. DONATIO.



AEC Donationum materia antiquis temporibus frequens erat, & quotidiana: Nunc autem, cum liberalitate prope extincta, mentes hominum avaritia occupavit, non ita, ut solebat, in iudicium foroque versatur. Non tamen propterea omittendæ visæ sunt nonnullæ ex quaestionibus, quæ ad hunc Tractatum pertinent.

SVMMARIVM.



Donatio unde dicitur. Donatio an sit contractus nominatus vel innominatus, verfic. Item quero. & an sit de sui natura contractus reuocabilis, verfic. Et ex hac.



QVAERO, vnde dicitur donatio? Respo. Donatio dicta est a dono, qua si donatio, ita dicit iuriscōsultus in l. Senatus. §. donat. ff. de don. causa mortis.

Item quero, nunquid donatio sit contractus nominatus, vel innominatus? Resp. Gl. in l. adibus. §. j. in verbo, rebus, ff. de dona. & alibi sepe videtur tenere, qd olim esset contractus innominatus, hodie vero sit nominatus. Et certe in hoc, qd hodie sit contractus nominatus, non est magna inter Doctores cōtrouersia, & ita esse hanc communem opi. attestatur Cor. cōf. 101. circa prin. lib. r. Ripa in l. f. nu. 120. C. de reuoc. donatio. Tu veto tene indistinctē, qd olim, & hodie Donatio sit contractus nominatus, & hanc opi. tenuit Bar. vbi que, quam dicit esse communem Alex. in l. inrigentium in prin. num. 6. ff. de pact. fal. in d. l. iuriscōsultum in princ. nume. 8. & in l. f. nu. 13. ff. de cond. causa data. Gomes in §. in personam, post nu. 40. inst. de actio. Habet enim speciale, & elegans nomen, merito debet inter contractus nominatos cōnumerari, iuxta ea que dixi supra hoc eod. libr. §. r.

Et ex hac conclusio inferitur, quod si ceteri contractus nominati non possunt per pōnitentiam reuocari, ita etiam donatio est de sui natura conuulsus irrevocabilis, & in quo pōnitentia non admittitur. & ad hoc solet allegari tex. in l. Aristo. ff. de donat. & hanc opi. dicit esse communem Bertrach. in verbo, Donatio reuocatur, ver. XXVII. & qd dona-

tio perfecta regulariter reuocari non potest, dicit esse communem regulam Imol. in c. f. post nu. 35. ver. Secundo potest, de donatio. Quam tamen limita, & declarata, secundum ea que dixi infra q. 21. & seq.

QVAEST. II.

SVMMARIVM.

Donatio conditionalis an sit proprie donatio. Donatio reciproca an sit proprie donatio, ver. Item quero.



QVAERO, an donatio conditionalis sit proprie donatio? Respon. Gloss. in l. j. in princ. in verbo, Secutum, ff. de donatio. tenuit, quod dicitur proprie donatio, & illam gloss. dicit esse communiter approbatam Curt. lun. in l. r. nume. 73. ff. l. i. cer. pet. Licet enim aliqua dispositio habeat conditionem annexam, illa conditio non est qualitas, que mutet substantiam actus, & ideo nō definit esse vera, & propria donatio.

Item quero, nunquid donatio reciproca, siue vicissimudinaria dicitur proprie donatio? Respon. quod non, ita dicit gloss. in l. licet, in verbo, Mortis causa, C. de pact. que est communiter ab omnibus approbata, vt ait Curti. lunior, cōf. 82. nume. 5. Nam propter vicissitudinem dicitur habere onus annexum, quia tunc quis dat, quantum habere sperat, & ideo non potest proprie dici donatio, & ex hoc inferitur, quod non indiget insinuatione, vt dixi infra quest. 17. versiculo, Sed nunquid.

Quaest.

QVAEST. III.

SVMMARIVM.

Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio.

Et an valeat, etiam si de meritis aliter quam per assertionem donantis non appareat, verfic. Sed hic occurrit. Et an ad hoc ut talis donatio valeat, requiratur quod merita aequiualeant donationi, verfic. Sed nunquid. Et quomodo dicantur merita aequiualeant donationi, verfic. Sed quero.



QVAERO, an donatio remuneratoria, vel antidotalis sit proprie donatio? Respon. quod non potest proprie dici mera donatio, vel mera liberalitas, ita pbat expresse text. in l. Aquilius Regulus. ff. de donat. & ita magis communiter tenet, ut dicit Soc. lun. cōf. 94. num. 13. libro 2. Hanc etiam dicit esse communem, Didac. in cap. cum in officijs, post num. 10. de testam. Licet enim fiat nullo iure cogente, non tamen negari potest, quin saltem naturali ratione, qui beneficium accepit, beneficius sit obligatus, & hec conclusio est maximi effectus, nam ex ea sequitur, qd talis donatio non indiget insinuatione, Item non reuocatur propter superuenientiam filiorum, ut dixi infra q. 23. vers. Item quero. Item valet etiam inter patrem, & filium, ut dixi infra q. 8. vers. Hec tamen, & huiusmodi.

Sed hic occurrit pulchra questio, An scilicet talis donatio, que fit propter merita, valeat etiam si de ipsis meritis aliter, quā per assertionem donantis nō appareat? Respon. quod sic, neque est necesse ad ipsius validitatem, quod merita ipsa probentur. Et hanc dicit esse communem conclusionem Bertrand. cōf. 118. post numerū 1. libro 2. in 2. parte, Episcopus Loazes in suis allegatio. pro Marchione Velez, fol. 133. numero 37. Quam tamen intellige, ut procedat, quādo donatio fit a persona, que potest libere donare, licet nulla merita subessent. Et

ita dicit esse communem opin. Cur. Inu. cōf. 142. num. 3. quem refert Bellon. cōf. 74. post num. 17. secundum quam in facti contingentia iudicauit parlatum delphinale, ut attestatur Guido Papa decif. 95. Secus autem si ipsa donatio fieret inter personas prohibitas, nā eorum non statuit assertio donantis, sed requiritur probatio meritum. ita dicit gloss. in l. si donatione. in gl. f. C. de collat. que ad hoc propositum solet temperari, & quam dicit esse communiter approbatam Bello. in d. cōf. 78. nume. 5. Illam etiam ab omnibus approbari attestatur Alex. in d. l. si donatione, nu. 5. Et ita communiter teneri affirmat Bertrand. cōf. 138. nu. 22. lib. 2. in 2. parte, Et hanc esse communem opinionem, attestatur Pan. de Castro cōf. 345. post num. 4. vers. ficul. Tertio uidetur, libro 1. Cor. cōf. 144. in litera H, libro 2. Si enim illud esset assertio donantis, semper posset eludi prohibito legis attestante donatore merita præcessisse, quod nullo modo est dicendum. Dicitur autem donatio fieri inter personas prohibitas, puta inter patrem & filium, inter virum & uxorem, & huiusmodi, de quibus infra suis locis dicemus.

Sed nunquid, ad hoc, ut talis donatio remuneratoria valeat, requiritur, quod ipsa merita aequiualeant donationi? Respon. quod sic, ita sentit Bar. in l. si quis pro eo. §. r. in fi. ff. de fideiussor. & est communis opin. ut ait Dec. in l. petens, num. 17. C. de pact. Intellige, quando fit inter personas prohibitas, nam limitata causa limitatum producit effectum, & ideo nō possunt merita plus operari circa validitatem ipsius donationis, quam ascendat valor ipsorum meritum. in residuo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria, sed erit donatio simplex. & hec est communis cōclusio, vt dicit Bertrand. cōf. 164. nu. 2. lib. 2. in secunda parte. Vide que dixi infra q. 8. vers. Sed pone, si uero sit facta inter personas non prohibitas, non attenditur, an merita aequiualeant donationi, vel ne, ex quo etiam nullis subsistentibus, meritis donatio ualuisse, & hoc nulla cōtrouersia.

Et 1. 8. 8. 8.

Sed quæro, quomodo dicantur in his casibus merita æquiuale re donationi? Respond. quod in hoc, & an attentis meritis donatio dicatur moderata, vel ne, nõ potest dari certa, & determinata regula, sed standum est arbitrio iudicis. Ita concludunt communiter scribentes, ut attestat las. consil. 154. num. 5. lib. 2. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. p. Marchione Velez, fol. 193. nu. 3. Regulariter enim vbiunque aliquid nõ est à lege certo nõ determinatum, stat arbitrio iudicis vt dixi 3. lib. 2. §. Iudex. Quod nõ, qd si casus contingeret, bonum esset habere iudicem fauorabilem.

QVAEST. III.

SVMMARIVM.

Donatio causa mortis quid sit.

Et an donatio in dubio debeat iudicari causa mortis, vel inter viuos, uers. Sed quæro.

Et quid si fiat ab infirmo, uersic. Et hæc quidem.

Et quid si in donatione facta sit mentio mortis, uers. Ceterum.

Et quid si donator promittat donat ionem non reuocare, uers. Sed pone.



Verò, quid sit donatio causa mortis? Respond. mortis causa donatio est cum quis habere se maulet, quam eum cui donat, magis que eum cui donat, quã heredem suum. Sunc verba Iurisconsulti in l. prima. ff. de donatio. causa mortis.

Sed quæro, nunquid in dubio donatio iudicari debeat inter viuos, an causa mortis? Vtilitas autem huius quaestionis est maxima, nã si est donatio inter viuos non poterit postea reuocari, secus autem si sit donatio causa mortis, ut est in iure notissimum. Dic ergo, quod si quidem in donatione non est facta mentio mortis, quia scilicet non est collata in tempus mortis, hoc casu tenendum est in dubio

quod sit donatio inter viuos, non autem causa mortis. Ita tenet gl. in l. apud Celsum. §. Iulianus, in verbo, Spondiffes. ff. de doli mali exceptio. & est communis opi. vt dicit las. in l. quæ dotis. nu. 26. ff. sol. mac. Hæc enim qualitas, quod sit causa mortis, in dubio præsumi non debet, ideo qui illam allegat, debet eam probare, alias standum est in regula, quod qui cuique donat, censetur velle dominium in donatarium transferre, & consequenter iter viuos, & irreuocabiliter donare.

Et hæc quidem conclusio de plano ꝑcedit, quando donatio fit ab homine sano, vel non nimis grauiter infirmo. Sed quid si facta sit ab infirmo, præsertim existente in articulo mortis, & quem verisimile sit de morte ipsa cogitasse, licet forte in ipsa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Respond. Ant. de Butr. in c. 2. de consuet. tenuit, qd censeri debet donatio causa mortis. Sed in hoc Anto. de Bu. communiter reprobatur, ut dicit Gu. liel. de Benedic. in repet. ca. Raynuitus, in verbo, Testamentum, el quarto, numero 21. & ideo tenendum est, quod imò etiam hoc casu iudicari debeat donatio inter viuos, non autem causa mortis, & ita tenent communiter Doctores, ut ait Ripa de peste, in priuileg. contractuum, post num. 175. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa, lib. 3. repon. cap. 9. post num. 7. & eodem lib. cap. 11. num. 7. Nam, ut dicit text. in l. Seia. §. si. ff. de donatio. causa mortis, talis uideatur potius moriens, quam mortis causa donare. Quam opi. ego etiam sequor, dummodo talis donatio sit facta in forma contractus, sed si esset facta in testamento, uel codicillis, ab infirmo, præcipue existente in mortis articulo, crederem tutius esse ad hære opinio. Ant. de Butr.

Ceterum si in donatione sit facta mentio mortis, tunc proculdubio tenendum est, qd sit donatio causa mortis, nõ autem inter viuos, & hæc conclusio cõmuniter tenetur, ut ait Dec. in l. si. num. 20. C. de pact. illam etiam dicit esse cõmunem Paris. consil. 16. nu. 4. lib. 2. Non enim debemus in dubio à ui, & p̄prietate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamẽ, qd non

non sufficit, qd simpliciter sit facta mentio mortis, sed duo copulatiuè requiruntur. scilicet quod in donatione sit facta mentio mortis, & qd sit collata in tempus mortis, ita cõcludunt Doctores omnes, vt dicit Sigismundus consil. feud. 5. post nu. 4. Quod nota perpetuo.

Sed pone, qd aliquis dicat se donare causa mortis, & in donatione ipsa ꝑmittat illam non reuocare: Quæro, an dicatur donatio inter viuos, an autẽ causa mortis? Rõ. qd ex illa promissione de non reuocando, debet ceteri donatio inter viuos, non autem causa mortis. Tex. est expressus in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis. Et est communis opin. vt ait Didac. in Rub. de testamen. in secunda parte, post num. 11. Et dicit Narra consil. 104. num. 6. & seq. qd in hoc neminem reperit contradicentem. Hæc enim qualitas, scilicet, qd sit irreuocabilis, adeo repugnat ipsi donatioi causa mortis, ut sit illi incõpabilis, & ideo necesse est hoc casu interpretari illud uerbum cã mortis positum in donatione, ut dicamus donantem potius motum fuisse ad donandum propter causam mortis, quã uoluisse mortis causa donare, vt dicit Iuriscõsultus in d. l. vbi ita donatur.

QVAEST. V.

SVMMARIVM.

Donatio causa mortis, an magis comparanda sit contractibus, quam ultimis uoluntatibus.

Et an quantum ad confirmationem, uers. Scias tamen.

Et quid si donatio causa mortis facta sit in testamento, uers. Sed pone.



Verò, nunquid donatio causa mortis magis cõparanda sit contractibus, qd ultimis uoluntatibus? Vtilitas autẽ huius quõis est euadens, nam ex hoc scire poteris, an

donatio causa mortis debeat regulari secundum leges, & statuta loquentia de ultimis uoluntatibus. an autẽ secundum iura loquentia de contractibus. In hoc autem articulo, magna fuit aliquando inter Doctores controuersia. Quidam enim simpliciter dixerunt, qd donatio causa mortis magis accedit contractibus, quam ultimis uoluntati, & hæc dixit esse communem opin. Boerius consil. 34. num. 12. Alij uero simpliciter dixerunt, qd est magis ultima uoluntas, quã contractus, & hæc dicit uideri magis communem Marfil. singulari. 136. longa. Tu dic, qd donatio causa mortis quoad modum, & ordinationem, scilicet dum in esse deducitur, equiparatur contractibus, sed postquam est in esse deducta, quo ad effectum, & efficaciam, censetur uelut ultima uoluntas, & ita intelligenda est gl. ordinaria, quæ ad hoc positum semper allegatur in l. secunda in princip. in verbo, Legatum, ff. de dote præleg. quam dicit esse communiter approbatam Soc. consil. 130. num. 9. lib. 1. quod est duplicatum consil. 235. lib. 2. las. in l. cum antiquitas, num. 2. C. de testam. Hanc etiam opin. dicit esse communem, & alon. in l. 2. numero 1. ff. de legat. primo, & in l. senium, num. 8. in fin. C. qui testam. facere possunt, Ripa d. l. 2. numer. 15. Alciat. in l. secunda in prin. num. 10. ff. de uerb. obli. Et ideo si statutum disponat, quod in contractibus conficiendis debeat in teruenire duo notarij, ita seruandũ erit in donationibus causa mortis, si uero aliud statutum disponat, qd ultimæ uoluntates habeant executionem paratam. pariter donatio causa mortis habebit paratam executionem. Quia illud statutum disponit circa contractus, prout sunt in fieri merito comprehendit donationem causa mortis. Hoc autem disponit de ultimis uoluntatibus iam in esse deductis ideo locum habet etiam in donatione causa mortis, Econuerso autem si statutum disponeret, quod in ultimis uoluntatibus conficiendis deberent interuenire duo notarij, non comprehenderet donationem causa mortis, &c.

Scias tamen, quod licet donatio causa mortis, quo ad effectum, & efficaciam Tract. Iul. Clar. H 3 equi-

equiparetur ultimis voluntatibus. ut supra dictum est, non tamen illis equiparatur quoad confirmationem. Nam ultimæ voluntates non confirmantur nisi adita hereditate. Donatio autem causa mortis confirmatur sola morte donantis, etiam eius hereditate non adita, ita colligitur ex gl. in l. post legatum. §. qui mortis, in verbo, Legatario. ff. de his quibus ut indig. & est communis opinio. ut dicit Alex. in l. aliud. post num. 4. versu. Tamen donatio. C. de collatio. Picus in repet. l. in quartam, columna 2. r. quæ refert Didacus in Rub. de testam. in 3. parte, num. 22. Ripa in d. l. 2. nu. 18. ff. de leg. 1. Rubens consil. 11. nu. 6. Statim enim secuta morte donantis, donatio ipsa, quæ in tempore mortis erat collata, suam recipit perfectionem nisi expectata heredis aditione, secus autem in testamento, quod non recipit perfectionem, nisi hæres adeat hereditatem neque legata, quæ pariter de manu heredis sunt accipienda.

Sed pone, quod aliquis fecerit donationem causa mortis in testamento, nunquid censetur tanquam legatum, vel tanquam donatio causa mortis? Respond. si est facta presenti, censetur donatio causa mortis, sed si est facta absentis, valet in vim fideicommissi, ita dicit Bar. in l. j. circa finem. ff. de donation. causa mortis, cuius opinio communiter tenetur, ut dicit Imola in eadem l. r. nume. 1. quem refert Dec. consil. 196. num. 2. in fin. Bertrand. consil. 168. num. 6. lib. 3. in 2. parte. Paris. consil. 88. nu. 98. lib. 3. qui dicit, quod ita tenet communiter scribentes, quem refert, & sequitur Soc. Iun. consil. 67. numero 17. libr. 3. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat modo talis donatio facta sit ab eo, qui haberet facultatē testandi, alias enim non valeret, neque ut donatio, quia facta absentis. neque ut fideicommissum, quia qui non potest testari, non potest facere fideicommissum, & ita loquuntur Bar. & Doctores in locis præval legatis, & dixi infra q. prox. vers. Sed quæro, & hanc conclusionem uota pro declaratione ad conclusionem quam posui infra q. 12. quod scilicet donatio facta absentis non valet, &c.

QVAEST. VI. SUMMARIUM.

Filius familias an possit donare.

Et an inter viuos, versu. Aut queris.

Et an causa mortis, versu. Aut vero.

Et an cum patris consensu, versu. Si autem.

Et an talis consensus intervenire debeat respectu sui præiudicii, an autem ad integrandam personam filij, versu. Habes, ergo.

Et an debeat expresse interponi, ver. Successive.

Et an filiusfamilias possit donare causa mortis ipsimet patri suo, versu. Quarto etiam.

Et an clausula codicillaris sufficiat donatione causa mortis, factam per filiusfamilias, in testamento, ver. Sed quæro.

Et quid si expresse non dixerit, quod volebat valere in vim donationis causa mortis, versu. Et hæc quidem.



VNC videndum est, quæ per se donare possint, vel non, & in primis quæro, an filiusfamilias possit donare? Respon. quod non, etiam si habeat peculium, text est in l. filiusfamilias. ff. de donatio. Sed quia hæc materia est aliquantulum intricata, & Doctores in ea multum variè loquuntur, ideo distinguendum est in hoc modo.

Aut queris, utrū filiusfamilias possit donare inter viuos, & tunc utique procedit conclusio superius facta, scilicet, quod regulariter non potest donare, & ratio est, quia cum pater habeat in bonis filij usufructum, non debet posse filius, in præiudicium patris usufructus, de bonis ipsis disponere, & ex hac ratione inferri, quod si filius haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreret usufructus, possit illa donare inter viuos, etiam sine consensu patris, & in hoc Doctores communiter conveniunt, ut dicit Crauet. consil. 84. nu. 9. & consil. 92. post num. 1. vers. Sed possit, ubi dicit, quod in hoc nemo est, quod dubitet.

Aut

Aut vero queris, utrum possit donare causa mortis, & tunc rursus est distinguendum, Aut enim queritur, an possit donare causa mortis sine consensu patris, & est expeditum apud omnes, quod non potest donare, neque etiam bona aduenticia, & quæ ad ipsum spectant pleno iure, & hæc opinio dicit esse communem, Abb. consilio 40. in fi. lib. 2. Rub. consil. 46. num. 2. & seq. Et dicit Soc. consil. 112. numero 1. libro 1. quod est duplicatum in consil. 172. lib. 2. quod hæc opinio arbitrantur indubitatè esse de mente Doctor. communiter, prout vera est magis communis, quod quid dixerit Crot. in repet. l. frater à fratre, post num. 32. versu. Sexto queritur. ff. de cond. indeb. quem refert Dida. in rub. de testa. in tertia parte, nu. 8. & licet Bar. in auct. ut liceat matri, & auis, num. 7. tenere uideatur, quod imò possit filiusfamilias bona donare causa mortis, etiam sine patris consensu, non tamen propter hoc esset à prima opinio recedendum, quæ (ut dixi) proculdubio est magis communis, tamen magis cum non parva sit controuersia inter Doctores, an illa lectura super authenticis sit Bartoli, ut dixi infra libr. 7. Bene uerum est, quod Doctores multum laborant in inuenienda ratione, cur potius sit ei permittum huiusmodi bona donare inter viuos, quam causa mortis, sed hæc disputationes in practica parum, vel nihil prosunt.

Si autem queritur, utrum possit donare causa mortis cum patris consensu, dicendum est, quod sic, & est de hoc text. in d. l. filiusfamilias. & hanc conclusionem tenent omnes, ut dicit Ias. in l. sentium, nu. 8. C. qui testam. fac. poss. Crot. in rep. l. frater à fratre, num. 74. Quæ autem sit ratio cur filiusfamilias non possit, etiam cum patris consensu, testari, ut dixi supra libr. 3. §. Testamentum, q. 18. possit tamen donare causa mortis, non satis bene Doctores explicant. Communiter tamen dicitur, quod testamentum, cum sit ultima uoluntas, non potest ex alieno arbitrio pendere, & hæc dicit esse communem rationem, Ias. in d. l. sentium, num. 9. ubi multa in hoc proposito congerit.

Habes ergo, quod in donatione causa mortis

quæ fit per filiumfamilias, requiritur patris consensus. Sed quæro an huiusmodi consensus requiratur ratione præiudicij, quod ipsi patri sit respectu sui usufructus in donatione, quam filius facit alteri, an autem etiam requiratur ad integrandam personam ipsius filij? Hæc est ardua questio, & in qua Doctores inter se multum discordant. Aliqui enim tenuerunt, quod non requiratur ad integrandam personam filij, sed solummodo favore patris, & sic pro interesse sui præiudicij, & hanc opinionem dicit esse communem Io. Maria Russi. in d. l. sentium, prout illa refert Rubens consil. 127. num. 1. Et dicit Alexand. in d. l. 1. §. fuit questum, post nu. 8. quod Bar. & Doctores, communiter reprehendunt gl. in l. 1. §. necessitate. C. de bo. que liber. tenentem, quod requiratur ad integrandam personam filij. Idem dicit Ripa in d. §. fuit questum, num. 3. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod immo requiratur patris consensus, non modo respectu eius præiudicij, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solemnizandum actum, plerique alij tenuerunt, & hanc dicit esse communem Soci. in dicto consilio 112. post nume. 8. uersiculo. Hoc etiam uoluit, & in dicta l. prima, §. fuit questum. ff. ad Trebell. quem refert Didacus in dicta Rubrica, in tertia parte numero sexto, in fin. Rubens consilio 46. num. quinto, & consilio 127. numero octauo, & hæc opinio, tanquam uerior, & magis communis tenenda est. Nam, si patris consensus requireretur solummodo respectu eius præiudicij, sequeretur, quod posset filius donare causa mortis aduenticia sibi pleno iure quæ sita, sine eius consensu, quod tamen est falsum, ut dixi supra uersu. Aut uero queris, vel factum quod posset illa donare ipsi patri cum eius consensu, cuius contrarium magis communiter tenetur, ut dixi infra uersu. Quæro etiam, & tamen hoc casu nullum prorsus præiudicium patris considerari potest, imò potius euidens utilitas, ut patet ad sensum.

Successive quæro, an huiusmodi consensus patris, qui in donatione causa mortis per filium facienda requiritur.

H 4 tur.

tur, debeat expresse interponi, an autem sufficiat, q̄ pater ipsi donationi simpliciter, aut tacite consentiat? Resp. q̄ requiritur expressus consensus patris, ita dicit gl. in l. qui in potestate. in prin. in verbo. Nihilomagnis. ff. de testam. & in hoc nullo contradicere, vt ait Soci. in d. consilio 112. num. 7. in fi. quem refert Tiraque. de legib. conubial. in glos. 8. nu. 9. & ex hoc etiam confirmatur conclusio superius facta, q̄ licet talis consensus requiratur ad solemnitatem actus, non autem respectu prejudicij, quia vbicumque agitur de prejudicio alicuius, tunc sola presentia, aut scientia, & taciturnitas inducit consensum sufficientem ad conualidandum actum, vt dixi infra lib. 7. §. consensus.

Quero etiam, nunquid filius fam. possit donare causa mortis ipsi patri, cuius consensus (vt supra dictum est) in ipsa donatione requiritur? Respond. in hoc quoque articulo magna est controuersia inter Doctores, adeo, vt cum aliquando in facto fuisset h. statum, que opin. esset magis communis, opus fuerit maxima librorum resolutione. In primis autem multi tenuerunt, q̄ possit pater consensus suum interponere filio sibi donanti causa mortis. & hanc opin. dicit esse communem Alex. in d. l. i. §. fuit questum. ff. ad trebellia. prout illum refert Guliel. de Bened. in repe. c. Raynuitius, in verbo, Maorem insuper clarum, num. 46. Ego tamen non reperio Alex. ibi, maxime num. 8. ubi tra. stat hunc articulum, attestari de communi opin. nisi forte Gulielmus senserit de verbis Alex. que ego superius retuli in versic. Habes ergo. Idem dicit Bertrand. conf. 156. nu. 10. lib. primo in 2. parte, & consil. 162. post numer. 1. in 2. parte. facta. in d. §. fuit questum, nu. 3. qui dicit, q̄ ita magis communiter tenetur. It pa. in d. §. fuit questum, nu. 2. Contrariam autem sententiam. q̄ in d. pater non possit interponere contentum suum filio sibi donanti causa mortis, tenuit glo. in l. prima in prin. in verbo, Rem acquirit. ff. de aucto. tuto. & dicit Soci. in d. §. fuit questum col. 4. versic. Postremo, q̄ ita tenent communiter Doctores. Hanc etiā opi. dicit esse communem Bal. consil. 62. nu. 3. lib.

4. quem refert Soc. in d. cōf. 112. post nu. 4. versic. Vnde in tanto, & Dec. in d. l. sentiu, nu. 56. C. qui testam. facere poss. & consil. 245. nu. 6. circa finem, & consil. 612. circa finem, & Tiraquel. de legib. conubia. in gl. 8. nu. 115. Imola in d. §. fuit questum col. 6. versic. extra gl. adde, qui dicit, q̄ illa gl. ordinaria in d. l. prima, communiter approbatur, quem refert Soc. consil. 23. nu. 15. lib. 4. & Didac. in d. Rubrica de testamen. in 3. parte, num. 7. Corn. consilio 294. circa prin. lib. primo, quem refert Io. Dilect. de arte testandi titulo primo, caut. 2. numero 4. & Dec. consil. 279. numero 5. Et dicit Paris. consil. 97. numero 21. lib. 3. quod ista opin. reputatur communis, & sic, vt vides ex prædictis nō est dubitandum, quin opinio glos. sit magis communis, & etiam verior, maxime præsupposito pro constanti, quod consensus patris in donatione filii interuenire debeat, non tantum ratione prejudicij, sed etiam ad solemnitatem actus, & sic ad in te grandam personam filii, vt dixi supra versic. Habes ergo. Videtur ergo potius præfatio auctoritatis, quam simplex consensus, quam quidem auctoritatem nemo potest in sui commodum impartiri, vt in simili dixi supra lib. 1. Et ab hac opi. non recedas in iudicando, & si patres uolent à filijs suis sibi fieri facere huiusmodi donationes, poterunt adhibere auctoritatem iudicis, & sufficiet, secundum serē omnes in locis superius allegatis.

Sed quero, Tu scis, q̄ filius fam. non potest testari, ut dixi supra lib. 3. §. testamentum, q. 18. Pone q̄ in testamento aliquid relinquat alteri interueniente consensu patris, & q̄ in ipso testamēto apposta sit clausula codicillaris, q̄ si nō ualeat iure testamēti ualeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis, & c. nūquid tale relictu sustinebitur in uim donationis causa mortis? Respond. aut tale relictu est factum absenti non interueniente nuncio, vel epistola, neque aliquo recipiente nomine ipsius absentis, & tunc proculdubio non potest ualere in uim donationis causa mortis, cum ad ualiditatem donationis requiratur stipulatio, vel pactum, vt dixi infra q. 12. & q. 14. & in hoc uide-

tur

tur concordare omnes doctores, ut dicit Soc. in d. conf. 112. nu. 5. lib. 1. Aut uero ille cui relinquitur est præsens, & tunc bene ualeat in uim donationis causa mortis, & in hoc pariter uidentur concordare doctores, ut dicit Soc. in loco præallegato versic. Aliquando, & secundo, & hoc etiam si expresse non acceptet, nam talis presentia donatarij cum taciturnitate, inducit eius consensus, & consequenter ualeat donatio, ut dixi in d. q. 14. versic. Sed pone.

Et hæc quidem sine difficultate procedunt, quando expresse filius dixit, quod uolebat etiam ualere in uim donationis causa mortis, sed quid si solummodo dixit, quod uolebat ualere in uim codicillorum, vel cuiuscumq; ultimæ uoluntatis? Respond. q̄ adhuc sustinebitur in uim donationis causa mortis, & hæc est communis conclusio, vt dicit Soc. in consilio 125. ante num. 1. lib. 3. Late enim sunt uerba interpretanda, ut actus sustineatur.

QVAESTIO. VII.

SVMMARIVM.

Usurarius manifestus, an possit donare causa mortis.



Varo, tu scis, quod usurarius manifestus nō potest testari, nisi præstita cautione iuxta formam c. quanquã. de usu. in sexto, vt dixi supra lib. 3. §. testamentum, q. 26. Nunquid poterit donare causa mortis? Resp. uarij sunt in hoc articulo opi. doctorum. Nam Bald. in l. exequutorem, num. 11. C. de executio. rei iudic. uidetur tenere, quod sic licet dicat se tremulentijs id alterere, & supponat se iudicio sancte ecclesie, & affirmat, q̄ multi ualentis doctores venerabilis collegij Mediolanensis pro hac parte consuluerunt, quã dicit sibi uideri magis communem Ripa in l. 2. numero 7. ff. delegat. primo, quem refert Didacus in Rubr. de testam. in tercia parte, numero 11. Contrariam tamen sententiam, scilicet, quod in d. usurarius manifestus non possit donare causa mor-

tis, multi tenuerunt. Et dicit Alex. in d. l. discretis, num. 2. C. qui testam. face. post. quod hæc opin. uidetur esse magis communis, quem refert Curt. Jun. in l. eius q̄ in prouincia, num. 4. in fin. ff. si cert. petat. refert etiam, & sequitur Ioan. Dilect. de arte testandi lib. 1. caut. 7. nu. 4. Et hæc ego etiam sequor tanquam tutiorem, & magis communem, aliter enim de facili eludi posset dispositio d. cap. quanquam. Quæ opin. multo magis procederet, ubi huiusmodi donatio causa mortis esset facta in testamento, vel esset de omnibus bonis, vel eorum maiori parte, prout etiam fatentur illi, qui tenent contrariam partem, tunc enim proculdubio apparet illã esse factam in fraudem, & ab hac opi. que fauorabilior est animi non recedas in iudicando.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

Pater an possit donare filio in potestate.
Et an in remuneratione meritorum, uersiculo. Hæc tamen.
Et an requiratur, quod merita æquiualeant donationi, uersic. Scias etiam.
Et quid si non æquiualeant in totum, sed excedant dimidium eius quod donatur, uersic. Sed pone.
Et an ualeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis, uersiculo. Secundum infernr.
Et an ex causa studij, uersic. Tertio inferitur.
Et an donatio facta à patre filio morte cõfirmetur, uersic. Scias etiam.
Et an confirmetur in ratuio, uersic. Sed quero.

Quero, nunquid pater possit donare filio facta in eius potestate ex causa studij? Rñ. q̄ regularis donatio inter patrem, & filium nihil ualeat text. est in l. donationes quas parentes. C. de don. inter uirum, & vxorem. & hæc opin. communiter

muniter per Doctores approbatur, vt dicit Alber. in l. si pater. circa prin. C. de in offic. testam. Illam etiam dicit esse communem Paris. conf. 16. nume. 19. libr. 2. Cum enim regulariter quodquid acquirit filius acquirit patri, impossibile est iuris impossibilitate, quod pater aliquid donare possit filio, ita ut dominium in illum transferatur, cum neque momento apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donantem illico reuersurum.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat in simplici donatione. si quæ nullam causam habet annexam, nisi puram, & merè liberalitatem, ceterò, si donatio innitatur alicui causæ, facile sustinetur. Hinc inferitur, quod si filius in patrem aliqua beneficia contulerit, poterit pater illi donare in remunerationem huiusmodi meritorum, & donatio ipsa valebit. Ita tenet glo. in l. si donatione. in gl. 1. C. de collatio. cuius opin. communiter approbatur, vt ait Dec. in ea. l. si donatione, numero 10. Riminal. conf. 240. numero 3. Talis enim donatio, quæ fit ob remunerationem meritorum, non est proprie donatio, vt dixi supra q. 3. Sed aduerte, quia in hoc non statuit assertio patris attestantis de meritis, etiam si illa exprimeret in specie, sed merita ipsa probanda sunt per filium, ita communitur tenetur, vt dicit las. in repet. l. frater a fratre, post numerum. 44. versic. Secundo licita ff. de cond. inde. Corn. conf. 289. col. fin. in litera D, lib. 4. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Riminal. conf. 44. circa finem lib. 5. Vbi cumque enim donatio fit inter personas prohibitas, semper est necessaria probatio meritorum, vt dixi in allegata q. 3. versic. Sed hic occurrit.

Scias etiam, quod non sufficit subesse aliqua merita, sed requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi, alias autem donatio ipsa non ualebit, nisi quatenus capiunt merita. pro residuo vero cõsëbitur donatio simplex, vt dixi, in ead. q. 3. ver. Sed nunquid.

Sed pone, quod merita non æquiualeant in totum donationi, excedant tamen dimidiam eius, quod donatur, nūquid suf-

ficiet ad hoc, vt merita dicantur æquiualeant donationi? Respond. Bald. in aut. ex testamento. col. 2. uersic. Sed contra hoc fecit. C. de colla. videtur tenere, quod sufficit quod merita saltem nõ sint intra dimidiam iustæ mensuræ, argumen. l. 2. C. de rescrip. ven. sed in cõtrarium est communis opin. vt attestatur Socin. conf. 91. num. 9. lib. 1. scilicet, quod hoc non sufficit, alias enim facile esset facere fraudem legi, si pater faceret aliquam rem magni ualoris sibi filium donari, vt ipse deinde postea illi duplum donare, quod nullo modo est dicendum. Veritas igitur est, quod in hoc autem, merita æquiualeant donationi, vel ne, standum est arbitrio iudicis, ut dixi in d. q. 3. uersic. Sed quæro.

Secundo inferitur, quod si pater aliquid donec filio in præmum emancipationis, talis donatio ualeat, ut traditur in l. ut liberis. C. de collat. & ita communiter cõcluditur, teste Soc. conf. 127. nu. 13. lib. 3. Et si dicas, quod imò talis donatio dicitur donatio simplex, non autem ob causam, quia in emancipatione filius dicitur potius acquirere, & sic fieri melioris conditionis, & ideo improprie uidentur dici huiusmodi donatio fieri in præmum emancipationis. & quod sit donatio simplex attestatur communiter teneri Alexan. conf. 21. post nu. 9. lib. 3. quam etiam opin. dicit esse cõmunem Riminal. conf. 409. nu. 8. Rñd. quod satis potest dici talis donatio fieri præstitente causa emancipationis, ut filius emancipationi consentiat, nam filius non potest à patre iniunctus emancipari. S. generaliter in aut. quibus modis uat. eff. sui. cum similibus.

Tertio inferitur, quod si pater, libros, vel aliquid aliud filio donauerit ex causa sua diuisi, talis donatio facta præexistente dicta causa, sustinetur, nec potest à patre reuocari, ita tenet Ang. in l. r. in ultimis uerbis. ff. sol. matr. & est communis opin. ut ait las. in ea. l. r. num. 52. subdens, quod ab ea non esset recedendum. Hæc tamen decisio non transit sine difficultate, multi enim Doctores, & magne auctoritatis tenuerunt contrariū. l. quod imò talis donatio nõ ualeat, & hanc dicit uideri magis cõmunem Ripa in d. l. r. num. 140. Dicit etiam

Alex

Alex. in l. in quartam, nu. 22. in fin. ff. ad l. Falci. quod magis communis conclusio videtur esse, quod si filius est in potestate, & non sit Doctor, talis donatio non ualeat. Sed quicquid sit, ego si talis cõtingeret, non recederem à prima opin. modo donatio non esset immodica, neque alias ulla suspicio fraudis subesset. Et enim hæc cõstudior ualde fauorabilis, ut scilicet adolescenter erudiantur, quod reip. maxime interest. An autem si pater tradiderit filio libros ex causa studij, censet eos illi donasse, & an filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratribus conferendi dixi supra lib. 3. §. Collatio.

Scias etiam, quod hæc conclusio, quæ habet, quod pater non potest filio donare, intelligenda est, ut procedat ab initio, stante enim iuris impossibilitate, de qua superius dixi, nõ potest huiusmodi donatio aliquo modo in vim cõtractus simpliciter sustineri, sed si pater donationem ipsam non reuocauerit, bene eius morte cõfirmatur, & hæc est communis opin. vt dicit Alber. in l. si pater circa prin. C. de inoff. te. suam.

Sed quæro, tu scis quanta sit uirtus iuramenti, de quo late dixi infra lib. 7. §. Iuramentum. Pone, quod pater in donatione, quam facit filio, apponat iuramentum, nūquid ex uirtute iuramenti donatio ipsa confirmabit, ita quod statim ab initio valida sit? Respon. super hoc articulo aliquando fuit controuersia inter doctores. Nunc autem ferè omnes transierunt eum hæc sententia, quod confirmetur iuramentum, quam in primis tenuit Bal. in l. si. nu. 8. C. de usuc. pro donato, & dicit esse cõmunem Alex. conf. 8. lib. 2. prout illum refert Ruin. conf. l. 121. post. num. 1. lib. 1. licet in libro meo Ale. num. 3. & ubi attestatur de communi, loquat de donatione inter virum & uxorem, Corn. consilio 289. libr. 4. prout illum refert Episcopus Loazes in suis allega. pro Marchione Velez, fol. 84. post. num. 20. Soc. consilio 91. num. 8. lib. 1. & consil. 107. nume. 1. libr. 3. & consil. 31. num. 3. li. 4. Ias. in lectura l. frater à fratre, col. pen. & fin. ff. de condi. indeb. & consil. 184. col. si. versic. Præterea talis, lib. 2. & consil. 118. nu. 1. lib. 4. Dec.

in l. si donatione, num. 33. C. de collatio. & consil. 216. num. 2. & consil. 239. num. 1. & consil. 414. num. 12. & consil. 432. num. 5. & consil. 631. post. num. 5. & consil. 688. post. num. 11. Bertrand. consil. 39. nume. libr. 1. in 2. parte, & consil. 89. num. 2. eod. vol. & consil. 144. num. 1. eod. vol. & consil. 173. num. 3. eod. uol. & consil. 205. num. 7. in fin. eod. vol. & consil. 8. num. 1. lib. 2. in 2. parte, & consil. 138. num. 4. eod. uol. & consil. 97. post. num. 1. ver. Præterea libr. 3. in secunda parte, & consil. 203. nume. 5. eod. uol. & consil. 208. num. 6. eod. uol. in Ripa in l. si inquam, nu. 35. C. de reuocato. donatio. & lib. 3. respon. cap. 5. nu. 2. post. num. 8. Rubens conf. l. 30. num. 5. & consil. 145. num. 10. Paris. consil. 53. nu. 3. lib. 1. & consil. 33. num. 35. libr. 3. Alciat. in cap. cum contingat, num. 207. de iure iur. & in l. probum, in uerbis, Non natura ff. de uerbo. signi. f. Bello, consil. 125. post. numerus 12. Crauetta consil. 19. nu. 1. & consil. 102. post. num. 1. ver. Sed præmissis, & consil. 136. num. 2. Gratus consil. 7. num. 8. lib. 2. & consil. 63. num. 27. eod. uol. in Io. Dilecto de Arte testandi. titu. 3. caut. 22. nu. 2. Duenas regu. 219. in secunda amplificatione. Pro qua opin. Neuz. consil. 8. post. num. 3. ubi recensent auctoritates. A post. l. ad Riminal. consil. 383. sub num. 14. Et secundum hanc opin. in facti cõtingentia iudicauit parlamentum Delphi. vt per Guid. Papa decif. 146. Hæc enim incapacitas, quæ est in cõtractibus inter patrem & filium, est à iure ciuili introducta, & sic nõ impedit oriri naturalem obligationem, quæ præsupposita, non uideatur dubitandum, qui iuramentum confirmetur. Et quia hæc res in practica nullam solet habere difficultatem, ineptus est ferè aduocatus, quod illam uellet ad disceptionem deducere, faciunt quæ dixi infra q. prox. ver. Sed quid si in ipsa.

QVAEST. IX.

S U M M A R I U M.

Donatio inter uirum, & uxorem; an ualeat

Et quid in donatione causa mortis, versio.

Et hæc quidem.

Et quid si appositum sit iuramentum, versio.
Sed quid.

Et quid si talis donatio sit simulata, vel presumpta, ver. Hæc tamen.

Et quid si facta sit in compensationem sine iuramento, vel ignobilitatis, versio. Sed pone.

Et an confirmetur morte donantis, versio.
Scias autem.

Et an eo casu retrotrahatur ad tempus facta ipsius donationis, versio. Sed quæro.

Et quid si excedat summam quingentorum solidorum, versio. Quæro etiam.

QUÆRO, nunquid donatio inter virum, & uxorem valeat? Respond. quod regulariter non valet. l. i. ff. de donat. inter virum, & uxorem. Quod optima ratione introductum fuit, ne scilicet coniuges mutuo amore se spoliarent ut dicit tex. ibi.

Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in donatione inter vivos, sed etiam in donatione causa mortis, nam, & ipsa inter coniuges facta nihil valet, ita dicit gl. in l. 2. in prin. in verbo, Legatū, ff. de dote plegata, quam dicit esse ab omnibus probatam Didacus in rub. de testamen. in tertia parte, num. 2.

Sed quid si in ipsa donatione appositum sit iuramentum; nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio confirmabitur? Respondeo, quod in hac questione varie fuerunt scribentium opiniones, nam Bartol. in l. qui testamentum, ff. de probatio. tenuit, quod talis donatio non confirmatur iuramento. Et dicit Socin. consil. 66. num. 12. & sequi lib. 1. quod longe plures, & excellentiores Doctores, & longe maioris auctoritatis tenent hanc partem. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo huiusmodi donatio inter virum, & uxorem confirmetur iuramento, tenuit Bart. sibi contrarius in l. Seius, & Augerius in fin. ff. ad legem falcidiam. Et dicit Socin. pariter sibi contrarius consilio

77. post num. 15. versio. Nec obstat septima. lib. 1. quod ita concludunt communiter Doctores. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola in c. cum contingat, post num. 89. de iure iuran. Alex. consil. 8. num. 3. lib. 2. & consil. 159. numer. 17. eod. vol. & consil. 152. num. 6. lib. 6. & consilio 54. num. 8. lib. 7. Aracin. consilio 74. num. 6. quem refert Socin. Iun. consil. 44. num. 6. li. 2. Ruin. consilio 32. num. 3. lib. 4. & consil. 137. num. 2. eod. volu. Corn. consil. 163. in litera B, lib. 1. & consilio 37. in litera C, lib. 4. Abb. in cap. si. numero 9. de donat. inter virum, & uxorem, ubi dicit, quod hæc opin. communiter tenetur, & consilio 96. numero. 1. lib. 2. quem refert Grammat. decisio. 103. numero 73. Iason, in l. pacta que contra, numero 5. c. de pact. Dec. in dicta l. pacta que contra, numer. 7. & consilio 202. post numerum 2. & consilio 222. post num. 6. & consilio 240. numero 1. Claud. in l. is cui bonis, numero 24. ff. de verborum obligatio. & in l. si diuortio, numero 11. eodem titulo, Ruin. consilio 190. numero 3. libro primo, & consil. 179. numero tertio, eod. volum. Bertrand. consilio 175. numero tertio, libro primo, in secunda parte, & consilio 163. post numer. 1. libro secundo, in secunda parte, & consilio 208. numero 5. libro tertio, in secunda parte, Rubens consilio 25. numero quinto, & consilio 54. numero tertio, Paris. consilio 86. numero 14. libro tertio. Ripa lib. tertio, respons. cap. quarto, numero 6. & cap. sexto, per totum, & cap. 17. numero 1. Alciac. in dicto cap. cum contingat, numero 196. & in l. probrum, in verbo, Non natu ra, ff. de verborum signif. Bellou. consilio quarto, num. 2. in fi. & consil. 87. nume. 3. Crauetta consilio 81. post num. 1. versio. Sed præmissis, & consilio 229. post num. quartum, versio. Quæ conclusio, & consilio 245. post num. 12. versio. Nec dicitur, Socin. Iun. consilio 47. numero 15. libro tertio, Duënas regula 219. in secunda ampliatione, versio. Scias tamen, Alb. a consilio quarto, numero duodecimo, Didacus in Rubrica de testam. in secunda parte, nume. 10. & ab hac opinio ne, tanquam apud Doctores nostrum tenet.

poris

poris indubitabili, non esset iudicando, aut consulendo recedendum, Potest enim hoc casu iuramentum ipsum oblatum sine interitu salutis æternæ, ideo seruadū est, cum non sit præstitum super promissione, quæ dici possit esse contra bonos mores. Faciunt quæ dixi supra quæst. p. ximā, versio. Sed quæro.

Hæc tamen conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum, & uxorem confirmatur iuramento, intelligenda est, ut procedat in vera donatione, nam si esset donatio simulata, vel presumpta, puta quæ resultat ex confessione dotis receptæ, in casibus in quibus præsumitur facta animo donandi, talis donatio non confirmatur iuramento, ita dixit Cyn. in l. prima. in fi. c. de sacrosan. eccles. & est communis opin. vt ait Socin. consil. 61. columna tertia, libro primo, prout illum refert, & sequitur Didacus, lib. 1. resolut. c. 7. nu. 5. Curt. Iun. consil. 95. num. 4. Gratus consil. 55. nu. 40. lib. 1. Cum enim inter cetera, iuramentum, ad hoc ut valeat, debeat habere comitem veritatem, præsupposita simulatione contractus, nihil potest operari. Bene uerum est, quod huiusmodi donatio simulata, & præsumpta confirmatur morte mariti, vt dixi infra versio. Scias autem, & in hoc proposito, quando confessio dotis receptæ censetur facta animo donandi, videnda sunt ea quæ dixi infra §. dos.

Sed pone, quod maritus ignobilis, aut senex, ducat puellam, vel nobilem uxorem, nunquid ipse poterit in compensationem suæ ignobilitatis, vel senectutis aliquid illi donare? Respond. quod sic, & talis donatio valebit, ita uidetur sensisse gl. unica, in l. si voluntate. C. de dotis p. mil. & est communis opin. vt attestatur Bal. nouell. de dote, in decima parte, numero 8. & seq. Iaf. in l. si diuortio, ff. de verb. oblig. prout illum refert Paris. col. 86. num. 18. lib. 3. licet ego non reperiam Iaf. sibi id attestantem. Tiraquell. de nobilitate, cap. 18. numero 19. & dicit Bar. in d. l. si voluntate in fi. quod ita obseruatur consuetudo, prout illum refert Iason in d. l. si diuortio, post num. 13. quamuis Bar. in libro meo hoc non dicat, &

hæc conclusio, licet in puncto iuris non transeat sine magna difficultate, esset tamen tenenda propter auctoritatem Doctorum, & communem obseruantiam. Item quia est favorabilis mulieribus, quibus in dubio semper fauendum est in rebus honestis, & re uera non potest negari, qui hæc donatio aliquo modo dicatur remuneratoria. Illam tamen ego intelligo, ut procedat in pfo actu dotis constitutenda, sed si fieret post constitutā dotem, crederem de illa esse iudicandum, prout de ceteris donationibus simplicibus, quas mariti faciunt uxoris, alias puellæ, & iuuenes, quæ maritos habet senes, facile ab illis huiusmodi donationes extorquerent ad earum libitum. Solent enim viri, qui sunt ad uenerem min⁹ ualidi, nihil non concedere uxoris suis, vt quod ex una parte deficit, ex alia suppleatur.

Scias autem, quod hæc conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum, & uxorem non valet, declaranda est ut procedat quantum ad hoc, ut ab initio sustineatur, ita quod reuocari non possit, ceterum si post factam donationem maritus uoluntatem non mutauerit, eo casu donatio ipsa morte mariti confirmatur, l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum, & uxorem, & sustineatur in vim relicti, potius quam in uim contractus, & ideo de illa detrahitur falcidia, sicut de legatis & c. Sed hoc intellige, ut procedat, dummodo ante mortem mariti interuenit traditio vera, vel ficta, & sic aliquid quod fungatur vice traditionis, alias uero si interuenisset sola promissio, non confirmaretur morte. Ita dicit Bart. in l. Papin. ff. de donat. inter uirum, & uxorem, & ita tenent communiter Doctores, ut ait Cypolla consil. ciuili octauo, numero 3. Dicit etiam Corn. consilio 124. in litera B, libro quarto, quod in hoc Doctores omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem Paul. de Castro, consilio 138. numero primo, libro primo, ubi attestatur, quod ita Doctores communiter tenent, quem refert Didac⁹ in dicta rub. de testam. in tertia parte, numero tertio. Paris. consilio 128. numero 8. lib. primo.

Et

in hoc proposito, quando scilicet aliqua dicitur fungi vice traditionis, duo possunt exempla adduci. Primum, quando in donatione est appositum constitutum, illud enim habet vim si facta traditio nis, vt dixi infra lib. 7. & ideo operatur, quod donatio ipsa morte donantis confirmetur, & hac conclusio communiter approbatur, vt dicit Soci. in l. r. §. si uir, colum. 3. versio. Quarta, & vltima. ff. de acqui. pos. & dicit Capolla in dicto cons. 8. nume. 4. quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam dicit esse communem, Paris. in dicto consil. 128. nume. 19. Secundum exemplum poni potest, quando non est vera donatio, sed presumpta, seu simulata, puta quia maritus constantem matrimonio confessus fuerit se recepisse dotem, nam huiusmodi confessio presumitur facta animo donandi, ut dixi in d. §. dos. Et confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis hęc vim si facta traditionis, ita dixit mirabiliter glo. in l. quod de suo, in gl. fin. C. de dote cau. non nume. quam dicit esse communiter approbatam Soc. consil. 79. post nu. r. lib. 4. Hanc etiam dicit esse communem Bald. nouel. de dote in x. parte, num. 7. Soci. in l. r. num. 71. ff. solut. matrim. quę refert Didacus libro r. resolut. cap. 7. post numerum 4. versio. Quod si confessio, Quę omnia nota, quia sepe contingunt in practica.

Sed quęro, nunquid hęc confirmatio, quę fit per mortem mariti, operetur, quod donatio ipsa cęseatur facta tempore mortis ipsi mariti, an autem retrorahatur etiam ad tempus factę donationis? Rnd. quod respectu domini non retrorahatur ad tempus factę donationis, sed bene trahitur retro respectu fructuum pęporum, ita dicit gl. in l. talis scriptura, in gl. fin. ff. de legat. r. & hęc opi. communiter tenetur, ut dicit Paul. de Cast. in d. l. talis scriptura, nu. 4. & seq. Alex. in d. l. talis scriptura, numer. 8. Hanc etiam opi. dicit esse communem Crocius in repe. l. si is qui pro emptore, num. 15. ff. de usufr. capio. ubi subtiliter examinat nũc articulum Didac. in rubr. de testam. in 3. parte, numero 5.

Quęro etiam, nunquid huiusmodi donatio confirmetur morte mariti, etiam si excedat summam quingentorum solidorum, dato, quod non sit inuoluta? dixi infra quęst. 17. versio. Sed quęro.

**QVAEST. X.
SVMMARIVM.**

*Ea quę sacer, vel maritus mittunt sponso, an cęseantur donata.
Et quid in his quę ei donantur a consanguineis, vel affinis, versio. Sed nunquid.
Et quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas mariti faciunt vxoribus, versio. Succedunt quęro.*



IRCA hanc materiam donationis inter virum, & vxorem, occurrit alia quęstio quotidiana, nunquid si maritus, aut eius pater mittat aliqd sponse, put quod cotidie heri videm, psumat illud ipsi sponse donatum? Resp. Aut expresse dicitur est, quod donat, & tunc vtique cęsetur donatum. Aut simpliciter missum est nulla facta mentione donationis, & tunc in dubio cęsetur traditum cę ornamentis, non autem animo donandi, ita distinguit Ang. cons. suo, incip. Nicoletus de Tarnagise, quod est, sub nu. 251. in consilij copulatis, & correctis per D. Nicolaum Gambarum a uum meum maternum, de qua compilatione mentionem facit, & ipsi appellat praestantissimum doctorem, Dominum Paulus de Montepico in repe. l. Tria. ff. de legat. secundo, post num. 56. in consilij autem Ang. secundum impressionem quam ego habeo, illud consilium est, sub nume. 339. Hęc autem distinctio Angel. est per doctores approbata, vt dicit Cagnol. in l. contraheus, num. 35. ff. de reg. iur. ita etiā tenere communiter Doctores attestatur Corn. consil. 65. in litera A, lib. 3. & dicit Alex. consilio 155. nume. ro

ro 10. lib. 7. quod ita magis communiter concluditur.

Sed nunquid ea, quę donantur sponso a consanguineis, vel affinis, cęsentur donata contemplatione mariti, an autem contemplatione vxoris? Respond. Aut sunt donata a consanguineis ex parte viri, & cęsentur donata cōtemplatione viri, aut sunt donata a consanguineis vxoris, & cęsentur donata contemplatione vxoris, ita distinguit Bart. in l. sed si plures §. in arrogato, nu. 4. ff. de vulgar. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Taf. in l. vt liberis, nu. 17. C. de collatio. Hanc etiam sententiam dicit esse magis communiter receptam Cagno. in d. l. contraheus, nu. 38.

Succedunt quęro, quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas maritus facit vxori, nunquid cęsentur donata vxori, an autem illi concessę ad vsum, & ornamentum tantum? Resp. Aut istę vestes, siue iocalia sunt vilia, & ad quotidianum vsum, & cęsentur donata, & sic fiunt propria vxoris. Aut vero sunt preciosa, & nō cęsentur donata, sed concessa ad vsum tantum, ita tenet Bart. in l. in his rebus, quę est lex penultima, §. primo, nu. 2. ff. solut. marr. & est communis opi. vt dicit Co. consil. 81. in litera L, libro 1. Bertran. consil. 24. ante nu. 8. lib. primo in secunda parte, & consil. 208. nu. 2. libro secundo in secunda parte.oci. l. un. consil. 134. nu. 40. lib. 3. & quod vestes preciosę & alia ornamenta festina tradita vxori, vel sponte per sponsum, vel maritum, non cęsentur donata, est communis fere omnium sententia, vt dicit Corn. consilio 114. in litera G, lib. 4. Videmus enim, quod mariti illas fieri faciunt potius honoris sui causa, vt scilicet vxores ornatiore conspiciantur, quam in gratiam, siue beneficium ipsarum vxorum, & ab hac opin. nullo modo esset in practica recedendum, & multo magis hoc tempore, quo infelices mariti obsequentes ambitioni vxorum, plus expendunt in earum ornamentis, quam recipiant pro earum dote. Mortuo igitur marito, si inter vxorem, & inter heredes mariti sit controuersia de vestibus, dicit, quod aut constet, quod maritus eas vo-

luit concedere ad vsum vxoris tantum, & sunt heredes viri: Aut constat, quod voluit donare, & sunt vxoris, quę talis donatio fuit ipsius mariti morte confirmata: Aut vero sumus in dubio, & tunc vestes necessarię ad vsum remanent mulieri, alia vero remanent heredibus viri, & hac est communis conclusio, vt dicit Ale. in l. si is qui quadringenta. §. dos legata, nu. 2. ff. ad legem falcidia. qua consulendo, aut iudicando recedi non solet.

QVAEST. XI.

SVMMARIVM.

Donatio propter nuptias, an hodie fit in usu, & an cęseatur ipso iure constituta, an autem agenda fit, ut cęstituratur, versio. Sed quęro.

POST QVAM hoc loco de donationibus inter virum, & vxorem tractari cepimus est non impertinens erit aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.

Scias ergo, quod de iure communi, dos data donationem propter nuptias meretur, & sic maritus cogitur dare tantum vxori ex causa donationis propter nuptias, quantum ipse ex causa dotis ab vxore recepit, & hoc ex dispositione auct. dos data. C. de donatio. propter nup. Dispositio tñ illius aucten. scilicet, quod fiat cōtractus dotis, siue donatio propter nuptias vxori, hodie non est in usu, vt attestatur gl. in aucten. equalitas. in gl. f. C. de pact. conuentus, quam refert Pari. consil. 95. nu. 35. lib. 2. & Canar. de infinuatio. in secunda parte, in d. q. Bal. in d. auct. dos data, nu. 2. in fi. Aliba. consil. 22. nu. 8.

Sed quęro, reuera dispositione iuris communis nunquid huiusmodi donatio propter nuptias cęseatur esse ipso iure constituta, an autem vxor teneatur agere, quod cęstituratur? Respond. Azo, quem refert glo. in d. aucten. dos data.

in gl. i. in fi. tenuit, q̄ huiusmodi donatio censetur ipso iure constituta, & quales dori. Et dicit A postil. ad Bald. in ead. au. ten. dos data, sub nu. 3. q̄ ista videtur esse communis opi. Sed certe ego credo, q̄ hac opin. Azo. non sit communis, nec vera, quinimo si donatio propter nuptias non fuit petita constitui constante matrimonio, non potest postea soluto matrimonio peti: ita tenet gl. in d. auct. dos data, in verbo, exactio, quam dicit esse communiter approbatam Affil. decif. 242. nu. 1. Grammat. decif. 97. num. 4. Bene potest peti, quod constituitur constante matrimonio, licet tempore datę doris, vel promissa, non fuerit petita, nec constituta, & ita communiter seruatur, vt dicit Alber. in d. auct. dos data.

QVAEST. XII. S V M M A R I V M.

Donatio facta absenti non valet, nisi nunciis, vel epistola interueniat.
 & an requiratur, quod talis nunciis sit ad id specialiter destinatus, versicula, Scias tamen.
 & quid si donatarius apprehenderit possessionem rei donatae, ver. Sed pone.
 & quid si facta sit presenti, & tacenti, ver. Sed quid Reuocatio.
 & quid si facta sit absenti, coram quinque testibus, an sustineatur in sum fideicommissi, versicula, Quæro etiam Remissio.
 & an donatio ad pias causas facta absenti valeat, ver. Item quæro.

RAE CEDENTI-
 BVS q̄stionib. visiti est, quæ personæ donare possunt, vel non, Nūc videndum est, q̄ in ipsa donatione requirantur, & in hoc scire debes quod donatio debet fieri presenti, alias, si fiat absenti, non valet,

tex. est in l. absentis. ff. de donatio. & ita volunt Doctores communiter omnes, vt dicit Corn. consil. 73. in litera C. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem Paril. consil. 88. nu. 15. lib. 3. Intellige nisi interueniat nunciis, vel epistola. nam nuncio, vel epistola interueniente potest donatio fieri absenti, ita colligi videtur ex gl. in l. nec ambigi in gl. i. c. de donatio. & est communis opi. vt dicit Card. consil. 254. col. 3. prout illum refert Capic. decif. 180. nu. 8. licet ego illum non inuenierim.

Scias tamen, q̄ ad hoc vt valeat donatio facta absenti cum interuentu nunciij, requiritur, q̄ talis nunciis sit ad hoc specialiter a donante destinatus, alias non perficitur donatio, neque sufficeret, q̄ aliquis motu proprio illam donatario notificaret, Ita tenet glo. supra allegata in d. l. nec ambigi, quam sequitur communis Doct. sententia, vt ait Roma. consil. 295. nu. 1. & seq. quem refert Corn. consil. 254. in litera A, lib. 3. quem forte voluit allegare Capic. vbi supra. Et dicit Mars. in l. si q̄ ne q. nu. 69. ff. de quæst. q̄ illam gl. sequunt communiter Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guido Papæ decif. 222. nu. 2.

Sed pone, quod non solum donatio absenti facta sit verbo tenus, sed etiam post ea ipse donatarius acquisierit possessionem rei donatae, nunquid valebit donatio? Respon. quod adhuc non dicitur perfectus contractus donationis. quo ad acquisitionem domini, nisi nunciis, vel epistola interueniat. & hæc videtur esse communior opinio, vt dicit Capic. in allegata decif. 180. post nu. 9. Cum enim donatio non possit perfici nisi interueniente pacto, & sic cõsensu vtriusq̄, si tã donatũ q̄ donatarij, nõ potest dici iter absentes cõsensu efficax interuenisse, nisi vel nunciis, vel epistola intercedat, vt supra dictum est.

Sed quid si donatio facta sit presenti, sed tacenti? dixi infra quæst. 14. versicula. Sed pone.

Quæro etiam, quid si donatio facta sit absenti coram quinque testibus an sustineatur in vim fideicommissi? dixi supra q. 5. vers. Sed pone.

Item

Item quæro, nunquid hæc cõclusio, que habet, quod donatio facta absenti non valet, habeat locum etiam in donatione, que fit ecclesie, vel p̄ causa, vel pauperibus absentibus? Respon. quod sic, & ideo si aliquis pro ipsis non acceptet, donatio nihil valet, ita dicit gl. in l. illud in verbo, Alia causa. C. de sacrosan. eccle. quam communiter approbat Doctores, vt ait Ruin. consil. 13. nu. 10. lib. 4. & consil. 37. num. 14. eod. vol. Quod nota, quia de facili quis responderet contrarium.

QVAEST. XIII. S V M M A R I V M.

Donatio facta absenti, notario stipulante, an valeat.
 & an possit reuocari, priusquam ab illo absente acceptata sit, versicula, Primo ergo casu.
 & an possit reuocari ante acceptationem, versicula, Aut ergo donator.
 & quid si donatarius decessit ante ratificationem, versicula, Tertius est casus.
 & quid si donatio facta sit presenti, cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium, qui sit absens, versicula, Secundus est articulus.
 & an heres donatoris possit tale pactum reuocare, versicula, Sed pone.



DICTVM est in pcedenti quæstione, q̄ donatio facta absenti non valet. Pone, quod aliquis donet absenti, cum interuentu notarij, qui pro ipso absente stipulatus fuerit, & acceptauerit, nunquid donatio valebit? Respon. ista est ardua quæstio in qua magna est cõfusio inter scribentes, propterea pro faciliiori intelligentia scire debes, quod dupliciter potest considerari donatio collata in absentem. Primo, quando ego dono aliquam rem Titio absenti. Secundo, quando ego dono aliquam rem Titio presenti, hæc conditione adiecta, vt aliquo ca-

su aduenientes res perueniat ad Caium absentem. Certum est enim in iure, quod licet regulariter alter alteri stipulari non possit, potest tamen donator in donatione apponere legem rei suæ, vt aliquo casu adueniente perueniat in tertium, lege in traditionib. cum ibi nota. ff. de pact. & ex huiusmodi pacto, seu stipulatione acquirit illi tertio actio utilis sine cessione, l. quoties. C. de donatio. quæ sub mo. & ita tenet Bar. in l. stipulatio ista §. si stipuler, nu. 3. in fi. ff. de verbo. oblig. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Socin. consil. 115. num. 1. lib. 4. & licet tex. in d. l. quoties. loquatur quando appositum est pactum, vt aliquid ex re donata præstet, tamen intelligendum est etiam, vt procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia, & hæc opin. est communis, & tenenda, vt ait Soci. consil. 236. nu. 1. lib. 2.

Primo ergo casu, quando aliquis donat Titio absenti, medio notarij stipulantis, & acceptantis, non videtur dubitandum, quin donatio ipsa valeat, & quæratur actio sine cessione, potest enim notarius alteri stipulari, &c. vt late dixi infra hoc eod. lib. §. stipulatio. Et ita hanc conclusionem esse in iure receptissimam attestatur Socin. l. un. consil. 67. nume. 4. lib. 3. Sed difficultas est, nunquid antequam Titius ratificet, vel acceptet, ipsa donatio dicatur perfecta, ita quod ab ipso donante non possit postea reuocari? Respon. aut donator ante acceptationem, vel ratificationem donatarij, simpliciter donationem ipsam reuocauit, & reperio, quod Pau. de Castro. in vulgato suo consil. 195. post nu. 3. vers. Sola vero reuocatio, lib. 2. tenet, quod talis simplex reuocatio facta per donantem, non impedit, quominus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perficitur, tali reuocatione non attenda, licet à multis illa decisio Pauli de Castro in contrarium allegetur, & in hoc credo, q̄ opi. Pa. de Ca. sit verã, & communis, quãuis plerique attestentur communem opi. esse in contrarium, scilicet quod imò potest ante ratificationem donatarij per donantem reuocari, & in specie Cagnolus in l. quo tutela §. nec pacificando in fin. ff. de Tract. Iul. Clar. I reg.

reg. iur. q. em refert Tiraquel. de constituto, in 30 limitat. num. 9. Alia. consil. 36. nu. 1. Quinimò Ale. inc. cum contingat, nu. 324. & seq. vsq; ad nu. 331. tenet, quòd talis donatio ante ratificationem non valeat, & quòd si donatarius ante ratificationem moriatur, non possint eius heredes illam ratificare, & dicit, quòd est magis communis opin. Et idem tenet in l. 2. § ex his, nu. 1. ff. de verb. obli. subdens, q. secundum hanc opinionem pluries consultuit, & ostendit illam esse communem, & de iure veram, Sed certe, vt dixi, contraria opi. est magis communis, scilicet quòd non possit reuocari, prout illam esse magis communem attestatur Gozad. consil. 87. circa fin. & ex infra dicendis magis apparebit.

Aut vero donator non tantum simpliciter donationem ipsam adhuc non acceptatam reuocauit, sed etiam rem donatam in alium cum effectu transfuit, & tunc multi adhuc allegant Paul. de Castr. in l. g. consil. tenere, q. prima donatio per secundam reuocari possit. Tamen ni fallor, Paulus de Castr. loquitur in alijsterniuis, prout infra dicam. Bene verum est, quòd ex eius verbis colligitur, q. ipse fuit in hac sententia, dum ait, quòd superueniens ratificatio, seu acceptatio, non preiudicat ijs, quibus medio tempore fuit ius questum, & secundum hanc opinionem, q. secunda donatio preiudicat primæ non ratificatæ, consuluit Deci. consil. 226. & eam dicit esse communem Cagnolus in l. fin. nu. 272. C. de pat. Contrariam tamen sententiam, scilicet, quòd imò per huiusmodi donationem, intercedente stipulatione notarij, abtenti factam, sit questum ius donatario irreuocabiliter, etiam ante ratificationem, ita quòd non possit deinde donator rem ipsam in alium transferre, tenuit Soc. iun. consil. 118. post num. 12. versicu. Non obstat tertia, lib. 2. vbi dicit, q. licet sit magna auctoritas Paul. de Castr. & Decij, tamen in hoc eorum opin. non videtur tenenda, & de eis dici posset illud, quòdque bonus dormitat Homerus, & ibidem post nu. 16. dicit, quòd contra eos est communis opin. quem refert Didacus in Rubrica de testam. in tertia parte, post

nu. 13. licet nõ satis perfecte iudicio meo. Hanc etiam opin. sentit esse magis communem Socin. iunior consilio 121. num. 8. & sequen. libr. 3. Et dicit Apostil. ad Deci. in lege contrarius, sub num. 22. ff. de regul. iur. quòd hæc opin. de iure erat verior, & communis, licet Apostil. ad Alexã. consil. 31. sub num. 16. lib. 6. dicat, quòd hodie opinio Decij est crebrior, & regia constitutione in regno Francie confirmata, quem refert Tiraquel. de constituto in 30. limitat. num. 9. Ego vero in hoc secundo casu considerabam, quòd aut pr. satis donatarius ante secundam donationem adeptus erat possessionem rei donate, & tunc, cum adipiscendo possessionem videatur ratam habuisse donationem, non est dubitandum, quin prima donatio proualeat secundæ. Omnes conueniunt, quòd in istis terminis, etiam tacita duntaxat ratificatio sufficiat, ad hoc vt donatio irrevocabiliter perficiatur. Aut vero primo donatario non fuit tradita possessio, sed secundo, & tunc puto, quòd res careat omni difficultate, nam etiam si prima donatio fuisset facta presenti, & acceptanti, adhuc esset preferendus secundus donatarius, cui fuisset tradita res, secundum regulam, l. quoties. C. de rei vendicatio. Aut non fuit tradita res primo, neque secundo donatario, & tunc in pari causa censërem primu esse preferendum, etiam si secundus prius acceptasset, licet hoc non trãteat sine scrupulo, etiam presupposita pro vera illa opin. quòd simplex reuocatio donatoris non sufficiat, quam etiam tenuit Paul. de Castr. in allegat. consil. vt supra dixi, & vera hic passus est ualde dubius & periculosus.

Tertius est casus, quando donator donationem non reuocauit, neque rem in alium trãstulit, sed antequam donatarius acceptaret, vel ratificaret, decessit, & hoc casu consuluit Paul. de Castr. (si bene aduertatur,) quòd heredes donatarij non possunt ratificare huiusmodi donationem in preiudicium heredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quibus (vt ipse dicit) iam erat ius questum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorum.

rum bonorum, sed certe licet magna sit auctoritas Pauli de Castro, illa sua opin. mihi nunquam placuit. ex ea enim sequitur vniuersum, quòd regulariter est maximè absurdum, scilicet, quòd hæres, qui repræsentat personam defuncti, possit eius factum contrahere. Præterea, si (ut ipsemet Paul. ibidem tenuit) ipse donator uiuens non possit sola reuocatione impedire ratificationem donatarij, ut dixi supra uersiculo, Primo ergo casu, quãto minus dicendum est, quòd poterit illam impedire sola morte, q. in hoc casu non infert expressam, neque tacitam trãslationem, nam acquisitio quæ fit per heredem, non dicitur proprie fieri per viã alienationis à defuncto, saltem respectu alicuius rei particularis, cum sit alienatio necessaria legalis, ex qua non potest in proposito inferri aliqua reuocatio voluntatis declaratio, & si casus contingeret, credo, q. non erraret iudex, qui contra opin. Pauli de Castro, sententiam in hoc casu proferret, quæ etiam expresse conuincitur, ex traditis per Doctores, quos allegaui infra, vers. Sed pone.

Secundus est articulus, quando quis donat alicui presenti, cū pacto, quòd aliquo casu adueniente, res perueniat in alium tertiu absentem, & hoc casu non est pariter dubitandum, quin talis conuentio ualeat, & illi absentij quæratu aditio sine cessione, siue notarius, siue etiam ipsemet donator stipularus fuerit pro ipso tertio absente, ut dixi supra in principi. quæst. Pariter etiam non est dubitandum, quin secuta ratificatio illius tertij, si perfecta donatio, ita q. irrevocabiliter sit ipsi absentij ius questum. Difficultas est, nunquid possit donator postea huiusmodi pactum reuocare, antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatum. Dic ergo quòd si quidem notarius pro absente acceptauit, non potest amplius illud pactum reuocari in preiudicium absentis, cui mediante stipulatione notarij fuit ius questum, etiam si donator, & donatarius concorditer vellent illud reuocare, & in hoc omnes concordant, ut dicit Socin. iun. in d. consilio. 118. num. 13. lib. 2. Hanc etiam opin. communem esse attestatur Dida-

cus libro primo resolut. cap. 14. num. 11. Sed quid si nullus pro ipso absente acceptauit, nunquid poterit reuocari? Responso. Barto. in l. qui Romæ §. Flauius. nu. 1. ff. de verb. obli. g. tenuit, quòd possit donator tale pactum remittere in preiudicium ipsius absentis. & opin. Bartol. dicit esse communem Socin. in dicto §. Flauius. numero sexto, & consilio 115. numero 12. libro 4. Iason in dicto §. Flauius, numero 14. & in l. secunda. num. 66. C. de iure emphyteut. quem refert Cagnol. in l. id. quod nostrum, numero 12. ff. de reg. iur. Rñn. consilio 182. post numeru 21. uers. Nec obstat, libro 1. Præea in Rub. de pactis, numero 143. Et dicit Lidacus in dicto cap. 14. numero. 17. quòd communiter Doctores sequuntur Barto. idem dicit Gratius, consilio 25. post num. 39. uers. Non obli. libro primo. Contrariam autem sententiam, scilicet, quòd imò nõ possit hoc casu tale pactum in preiudicium ipsius tertij absentis, etiã ante eius acceptationem remitti, dicit esse communem Guiliel. de Benedict. in repet. ca. Raincius. in verbo, si abique liberis, et secundo, num. 23. Roder. Xuarez in repet. l. quoniam in prioribus i declarat. l. regni, quæst. 8. num. 2. vbi plures enumerat tenentes hanc opin. & dicit, quòd ferè omnis schola scribentium tenet contra Bart. idem etiam dicit Xuarez alleg. 19. Duenas reg. 216. in fin. & certe non potest negari, quin, ppter varias rationes, & auctoritates Doctorum hinc inde, passus non sit valde arduus, & periculosus. Ego tamen, si casus contingeret, non derem consulendo, aut iudicando recedere ab opin. Bart. quam credo esse verior. & magis communem, modo tamen res esset integra, quia scilicet res adhuc tradita non esset per donatarium illi tertio, vel etiam nondum euentus casus, in cuius euentum donatio in illum tertium collata fuerat, nam ijs casibus crederem non posse reuocari, prout etiam fatentur omnes, teste Didaco in d. c. 14. post num. 13. vers. Principaliter, & quinto, in quo capitulo ipse Didacus multum eleganter tractat hanc materiam.

Sed pone, quòd donator ipse dum
I 2 uiue-

viueret hoc pactū in fauorem tertij ab-
sentis appositum nō reuocauerit. nunq̄
eo mortuo poterit ipsius hāres illud re-
uocare? Rñ. q̄ non. & est communis opin.
vt attestat Soc. in d. §. flauus, nu. 19. Ex-
ea in d. rub. de pactis, nu. 174. Didac. in d.
c. 14. nu. 17. Videtur quodam modo dona-
tio ipsa cōfirmata morte donantis, ita ut
res nō possit amplius dici integra, & con-
sequenter non possit donatio reuocari.

Q V A E S T. XIII.

S V M M A R I V M.

Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.

Et quid in donatione causa mortis, versio.

Et hęc quidem.

Et quid in donatione remuneratoria, versio.

Quero an dispositio.

Et quid si donatio facta sit presenti, & ta-

centi, versio. Sed pone.

Et quid in pacto, siue promissione de do-

nando, versio. Dispositio d. legis.



De iure digestorū in do-
natione requirebatur, q̄
interueniret stipulatio,
vel traditio, hodie vero
ex dispositioe. l. si quis ar-
gentū. §. si autem hoc.
C. de don. donatio non

requirit stipulationem uel traditionem,
sed nudo pacto perficitur.

Et hęc quidem cōclusio de plano p-
cedit in donatione inter uiuos, put lo-
qui videtur rex. in d. l. si quis argentum,
sed punctus est utrum habeat locum etiā
in donatione causa mortis, ut scilicet etiam ip-
sa nudo pacto perficiatur? Rñ. q̄ sic, ita te-
net gl. in l. cum pater. §. Menio. i. uerbo,
Donabat. ff. de leg. secundo, quē in hoc
est communiter approbata, ut dicit Cor.
co. n. 228. in litera B, lib. 3. & conf. 237. in

litera C, lib. 4. Soc. conf. 125. nu. 1. li. 3. Et
dicit Ruin. conf. 54. nu. 4. li. 1. q̄ cum illa
glo. concordant communiter Doctores.
Hanc etiam opin. dicit esse communem
Alex. conf. 113. nu. 5. li. 5. & in l. 2. num. 7.
ff. de leg. 1. & in l. cum ex causa, quam le-
git cum l. cum tempus, nu. 2. & post nu. 4.
ff. de re iud. quem refert Berrand. conf.
168. nu. 5. lib. 3. in 2. parte. Iaf. in §. in per-
sonam, nu. 61. inst. de actio. Dec. cōf. 245.
circa fi. Bert. conf. 156. num. 11. & 12. lib.
1. in 2. parte, & conf. 207. post nu. 1. eod.
vol. Gomes. in d. §. in personam, post nu.
43. vers. Item circa illud, quem refert Di-
dac. in Rub. de testam. in tertia parte, nu.
14. Nulla enim subest ratio diuersitatis,
cur aliud hoc casu dici debeat i donatio-
ne causa mortis, quam in alijs donatio-
nibus statutum sit.

Quero an dispositio d. l. si quis argen-
tum habeat locū in donatione remunera-
toria? Respon. q̄ nō. Ita tenet Bar. in l. iu-
ris gentiū. §. quinimo, nu. 20. ff. de pact. &
hanc opi. dicit esse communem Iaf. in d.
§. quinimo, nu. 19. & seq. Cum enim hac
donatio non possit proprie dici liberali-
tas, ut dixi supra q. tertia, nō videntur il-
li conuenire uerba d. l. si quis argentum.
Ego tamen si auderem facile inclinarem
in contrariam sententiam, quē etiam a-
quior videtur, Magis enim fauendum ui-
deretur huic donationi, quē fouetur pre-
existente causa benemeritorum, quā sim-
plici donationi, q̄ soli liberalitati immi-
tatur. In iudicando tamen non recedas à
cōmuni, q̄ lex magis fauet liberalitati.

Item quero, nunquid dispositio d. l. si
quis argentum, habeat locum in donatio-
ne preſumpta? Respon. q̄ non, ita dicit
Bar. in d. §. quinimo, post nu. 20. q̄ in hoc
communiter approbatur, ut ait Ale. in l.
fialiquā, in vltimis uerbis. ff. de acq. poss.
Hoc enim casu, duē improprietates, seu
duo specialia concurrent. Primum, q̄
preſumeretur donatio ubi non esset, se-
cundum, q̄ ex pacto nudo daretur actio.
Exemplum autem huius donationis pre-
ſumptę poni potest in confessione dotis
facta constante matrimonio, ut dixi in-
fra. §. dos.

Sed pone, ego dono alicui qui est pre-
sens,

sens, & tacet, nunquid talis presentia
cum taciturnitate inducit consensum,
ita quod censetur inductum pactum, &
consequenter valeat donatio iuxta dispo-
sitionem d. l. si quis argentum? Respon-
d. quod sic, & est communis opi. vt ait Ca-
gnol. in l. semper qui nō prohibet, nu-
mero 3. ff. de reg. iur. Exea in Rubrica
de pact. numero 98. quem refert Dida-
cus in Rubr. de testam. in tertia par-
te, post nu. 13. vers. Verum si donatarius
& si dicas, q̄ secundum communem con-
clusionem de qua supra, dispositio d. l. si
quis argentum nō habet locum in dona-
tione preſumpta? Respon. q̄ hoc casu nō
est consensus preſumptus, nā promissio
facta presenti, est vere, & pprie pactum
vt dixi infra hoc eo. lib. §. pactum.

Dispositio d. l. si quis argentum, pro-
culdubio locum habet in donatione, sed
quid in pacto, siue promissione de do-
nando? Respon. in hoc articulo docto-
res sunt varij, nam aliqui tenuerunt,
quod nō, & hanc opi. dixit esse com-
munem Aciat. in l. prima in princ. post
num. 16. ff. de verborum obligatio. Ali-
qui uero tenuerunt contrarium, scilicet,
quod imō etiam si non interueniat stipu-
latio, neque traditio, talis promissio ua-
let, & obligat promittentem, etiam solo
pacto nudo interueniente, & hanc opi.
dicit esse communem Soc. conf. 102. post
num. 4. lib. 3. Gomes. in §. in personam,
numero. 39. & seq. inst. de actio. Ripa lib.
tertio respon. cap. 14. num. 1. & seq. & hęc
opin. tanquam uerior, & magis commu-
nis mihi magis placet, nam considerato
efectu, & substantia uerborum, nihil al-
iud est promissio donandi, q̄ donatio, &
in dubio temp. inclinare debemus in sen-
tentiam, per quam actus efficax reddat.

Q V A E S T I O X V.

S V M M A R I V M.

Donatio excedens summam quingentorum so-

lidorum debet infirmari.

Infirmitas quid sit, versio. Quæro ergo.

Et quomodo fiat, versio. Quæro etiam.

Et an requiratur, quod fiat in loco iudicij,

uersio. Vltimus quæro.

Et an in infirmatione requiratur decretum

iudicis, versio. Item quæro.



CIENDVM est etiam

q̄ ex dispositioe l. sanc-
mus. in prin. C. de dona-
tio. cautum fuit, q̄ om-
nes donationes excede-
tes summam trecetorū

solidorū deberent infirmari, sed deinde
summa fuit auēta per l. penul. §. si C. de
donatio. usque ad summam quingento-
rum solidorum. Fac ergo regulam, q̄ in
quacunque donatione excedente summa
quingentorum solidorum, necessario re-
quiritur, q̄ donatio ipsa infirmetur, alias
non ualeat. Isti autem quingenti solidi ho-
die faciunt summam septingentorum seu
torum istius tēporis, & ita interpreta-
tur communis opin. ut dicit Bellon. con-
sil. 74. nu. 22. imō Duesias in regula 224.
limit. 19. in fi. dicit, q̄ hodie ualet etiam
ultra mille aureos. Et in proposito, quo
modo intelligatur solidus legalis, dixi in
fra lib. 7. §. solidus. Quod nota, ne forte
tibi eueniat, prout illi iudici Mōtis Pul-
ciani, qui reuocauit quandam donatio-
nem faciam ultra trecentas libras, quate-
nus excedebat summam viginti quinq̄ li-
brarum, de quo mentionē facit Io. An.
in additio. ad Spe. in ti. de donatio. §. por-
ro i ultima A post. circa fi. ubi refert Ros.
de illo dicentem, q̄ nō erat iurista, licet
gustasset de brodio iuris. Et quia hoc lo-
co incidit mentio infirmationis, cuius ma-
teria multoties cōtingit in practica, non
solum propter dispositionem iuris com-
munis, sed etiam propter statuta, quæ in
multis locis disponūt infirmationes do-
nationum vel testamentorum fieri debe-
re, nō impertinens erit aliqua pramitte-
re ad intelligentiam terminorum.

Quæro ergo, quid sit infirmatio? Re-
spon. q̄ est per superiorem auctoritatis
præfatio, & licet hæc nō sit bona, neque
cōgrua diffinitio, neque descriptio, ta-
men consuetudo videtur hæc descriptio
nē admittere, ut dicit Alb. in l. illud, post
num. 2. C. de sacrosan. eccl. & in hoc non

Traç. Iul. Clar. I 3 infir-

infitto, quia plerunq; in huiusmodi dif-
finitionibus tempus contere, est pro-
fus inutile.

Quero etiam quomodo fiat infinuatio,
& an possit fieri unico contextu cum
ipsa donatione? Respon. quod sic, & id-
eo practica infinuationis scienda est, qd
donatio redigatur ad scripturam, & post
ea coram iudice publicet, & registretur
apud acta, uel etia sufficit, qd donatio ip-
sa scribatur, & publicetur coram, iudi-
ce absque alia scriptura uel registratioe.
& ita apud nos seruari attestat Io. And.
in additio. ad d. S. porro sub num. 4. in fi.
Hanc etiam esse communem opin. & ita
communiter seruari attestatur Guido Pa-
pae consil. 23. num. 11. Imola in cap. cum
contingat, nu. 9. de iureiur. quem refert
Corn. consil. 36. in litera A. lib. 3. ita etia
apud nos seruari dicit Ant. Canar. de in-
finuat. in prima parte, nu. 4. & seq.

Uterius quero, nunquid requiratur,
quod infinuatio fiat in loco iudicij? Re-
spon. quod non, sed sufficit, quod fiat co-
ram iudice, etiam alibi, quam in loco iu-
dicij, & ita communiter obseruatur, ut di-
cit Io. And. in additio. supra allegata.
Imol. in d. c. cum contingat, post. num. 93.
Est enim hic actus, qui non requirit ple-
nam causae cognitionem, praeerea; est
actus voluntariae iurisdictionis, ut tenet
doctores, teste Canar. de infinuat. in pri-
ma parte, num. 14. merito potest ubique
exerceri, intellige modo sit locus honestus,
& carens suspitione.

Item quero, an in infinuatione requi-
ratur decretum iudicis? Respon. quod no, ita
tenet Bar. in l. modestinus, post. nu. 3. ff.
de donatio. & est communis opi. ut dicit
Corn. in d. consil. 36. in litera B. libro 3.
Cum enim donatio ipsa dependeat ex so-
la donantis voluntate, non est opus neq;
causae cognitione, neque decreto, sed so-
la ipsius iudicis praesentia sufficit.

QVAEST. XVI.

S V M M A R I V M.

Infinuatio an requiratur in donatione tacita,
uel praesumpta.


Et an in pacto gratuito, uel simplici libera-
tione, uerfi. Item quero.

Et an in pacto de non petendo, uerfi. Ea-
demque ratione.

Et quid in cessione facta ex causa donati-
onis, uerfi. Idemque si sit.

Et quid in donatione reciproca, uerfi. Sed
nunquid.

Et quid in donatione ob causam, uerfi. Sed
quid dicendum.



I sic praemissis, redeo
ad conclusionem superius
facta, scilicet, qd in qua-
cunque donatione, qd ex-
cedat summam quingento-
rum solidorum, requiri-
tur infinuatio, alias nihil ualet, & in pri-
mis quero, an haec conclusio habeat locum
etia in donatione tacita, uel praesumpta?
Respon. quod etiam in illa requiritur in-
finuatio, ita colligitur ex doct. Bar. in l. r.
nu. 2. ff. de donatio. quam dicit esse com-
muniter approbatam Curt. Jun. conf. 126.
circa finem. potuisset allegare Bartol. hoc
clarius dicentem in l. fin. in prin. num. 3.
C. de iure dot. ubi infert ad confessiones
quas mariti faciunt de dotibus receptis,
quae habent uim donationis tacitae, seu
praesumptae, & est ualde notabilis decisio
& quae aliquando mihi magnum hono-
rem fecit in practica.

Item quero, an etiam in pacto gratui-
to, siue liberatione simplici, facta, non ex-
pressa causa, requiratur infinuatio? Respon.
quod sic, si excedit summam quingento-
rum solidorum. ita tenet gl. vulgarissima
in l. si quis obligatione. ff. de regul. iur. &
est communis opin. ut dicit Ale. in l. cre-
ditori, nu. 4. C. de pact. quem refert Dec.
ibi. num. 12. & in d. l. si quis obligatione,
num. 10. & doc. in d. l. creditor in secun-
do notab. Calcan. consilio 25. numer. 23.
Iaf. consil. 199. columna secunda, uerf. cu.
Sexto, istam. lib. 2. Curt. Jun. consilio. 47.
numero 3. Cagnol. in d. l. si quis obliga-
tione, numero 4. quem refert Duenas re-
gula 224. in prima ampliat. Alciat. in l.
dedisse. ff. de uerborum signific. qui dicit
quod hoc communiter approbatur. Di-
ac. lib. 2. resol. cap. 4. numero 8. & quod
in

in pactis liberatorijs requiratur infinuatio,
dicit communiter teneri Claud. in d.
l. creditor, numer. 1. Cum enim appa-
reat de animo donandi ex quo nulla cau-
sa subest, idem iudicatur, quod de dona-
tione expressa.

Itademque ratione habebit locum con-
clusio, etiam in pacto de non petendo, na
si debitum sit liquidum, & excedat sum-
mam quingentorum solidorum, erit ne-
cessaria infinuatio, & ita magis commu-
niter tenetur, ut dicit Alex. in l. Nese-
nius, §. fin. in fin. ff. ad legem Falcidiam.
Hanc etiam dicit esse communem opin.
Ripa in l. si uiguan, num. 39.

Idemque si sit facta cessio ex causa don-
ationis, pariter erit necessaria infinuatio,
& haec est communis conclusio, ut ait
Curt. Jun. conf. 126. paulo ante finem. Nam
ubi apparet de intentione, non est cur-
randum, quomodo uerba concepta fue-
rint, & generaliter, qd remissio uel renun-
ciatio, uel indebita solutio licenter facta,
sit donatio, & infinuatio indigeat, dicit
esse magis communem opi. Calcan. conf.
25. post nu. 23. uerf. Sed potest.

Sed nunquid in donatione reciproca,
seu uicissitudinaria requiritur infinuatio?
Respon. non, ita consiluit Oldrad. conf.
139. num. 13. & haec opi. est per omnes ap-
probata, ut ait Curt. Jun. conf. 81. nu. 10.
5. Talis enim non dicitur proprie dona-
tio, ut dixi supra quaest. secunda uerf. cul.
Item qu. 10.

Sed quid dicendum in donatione ob
causam? Respon. quod in illa non requiri-
tur infinuatio, praesertim si est facta ani-
mo remunerandi, ita tenet Bar. in l. qui-
lius Regulas, num. 3. ff. de donatio. qui in
hoc communiter approbatur, ut dicit So-
cin. Jun. consilio 77. num. 162. lib. 1. Idem
etiam dicendum est, ubi facta esset dona-
tio ob causam uel causam de futuro, maxi-
me si essent onerosae, & tendentes ad di-
minutionem patrimonii, uel bonorum fu-
tutorum, secundum Bart. in loco praalle-
gato, & est communis opi. ut dicit Alex.
consilio 113. num. 31. lib. 6. Huiusmodi
enim donationes, cum aliam habeant
causam quam liberalitatis, proprie dona-
tiones dici non possunt, ut dixi supra.

QVAEST. XVII.

S V M M A R I V M.

Infinuatio an requiratur in donatione facta
ecclesiae.

Donatio non infinuata nunquid annulletur in
totum, an autem solummodo quatenus ex-
cedit summam quingentorum solidorum,
uerfi. Sed quero.

Et an donatio inter uirum, & uxorem qua
tenet non est infinuata confirmetur mor-
te, uerfi. Sed hic incidenter.

Et quid si in donatione apposta sit clausula
quod uult censeri plures donationes non
excedentes summam quingentorum soli-
dorum, uerfi. Sed pone.

Et an possit per pactum renouari infinu-
tione, uerfi. Sed nunquid.



SUCCESSIVE quero,
nunquid praedicta con-
clusio, qd habet infinu-
tione requiri in qua-
cunque donatione exce-
det summam quingento-
rum solidorum, habeat locum et in dona-
tione facta ecclesiae uel pie causae? Respon.
quod no, illa enim ualet absque infinu-
tione, & licet per dispositione. l. illud. C.
de sacrosanc. eccle. solummodo concedere
tur donari ecclesiae sine infinuatione, ut
que ad summam quingentorum solidorum,
quo tempore non licebat priuatis
donare sine infinuatione, nisi usque ad
summam trecentorum solidorum, tam-
ex quo post illam lege superuenit dispo-
sitione. l. pen. C. de donatio. quae cancellat
etiam priuatis donari sine infinuatione
usque ad summam quingentorum solidorum,
pariter etiam extendi debuit priuile-
gium ecclesiae ultra illam summam, &
sic hodie tenendum est, quod ualet don-
atio facta ecclesiae ultra quingentos soli-
dos, sine infinuatione. Ita tenet Bart. in
d. l. illud, nu. 4. & ita communiter teneri
attestatur Feli. in c. ecclesiae S. Marię, post
nu. 82. de constit. Hanc etiam opi. dicit
esse comunem Iaf. conf. 169. nu. 8. lib. 3.

Ripa lib. 3. Resp. c. 1. r. num. 10. Petrus Resbuff. de privilegijs scholarium priui. 64. quem refert Duennas reg. 224. in sexta limitatione. Cum enim necessitas in finem ad proueniatur ex dispositione iuris ciuilibus, illa attendi non debet in praeiudicium ecclesiae, vel pijs causis, ut dixi supra lib. 1.

Sed quæro, ego feci donationem alicui de summa mille aureorum, & non feci illam insinuari, nunquid donatio uitiabitur in totum, an autem solum quatenus excedit summam quingentorum solidorum? Respond. q. solummodo uitiatur, quatenus excedit summam quingentorum solidorum, tex. est in l. sancimus in prin. C. de donatio.

Sed hic incidenter quæro, Tu scis, q. donatio inter virum, & uxorem confirmatur morte, ut dixi supra q. 9. ver. Scias autem. scis etiam, quod si excedit summam quingentorum solidorum, ad hoc ut confirmetur morte, requiritur, quod sit insinuata, alijs uero si non sit insinuata, non confirmatur, ut est tex. expressus in l. donationes, la prima, C. de donatio. inter uir. & uxor. Nunquid talis donatio excedens quingentos solidos, & non insinuata non confirmabitur in aliquo, & sic prorsus corruet, an autem sustinebitur usque ad summam quingentorum solidorum? Respond. Salic. in d. l. donationes, la prima, post num. 3. tenuit, quod in nihilo confirmabitur, ex quo hoc casu est defectus in re, & in persona. in re, quia non fuit insinuata, in persona, quia inter coniuges non ualeat donatio, Tu uero teneas contrarium, prout etiam expresse sonant uerba d. l. donationes. dum dicit amplioris qualitatis, &c. & ita illud dictum Salic. est magis communiter reprobatur, ut dicit Bellon. consilio 4. post num. 11. & hæc etiam opin. est æquior.

Sed pone, aliquis fecit donationem, quæ in totum excedebat summam quingentorum solidorum, sed in instrumento appositum clausulam, quod uolebat teneri plures donationes non excedentes prorsus summam quingentorum solidorum, nunquid hæc cautela proderit, ita ut donatio ipsa propter defectum insinuationis non uitiatur? Rnd. q. nihil proderit, tanquam facta in fraudem legis insinuationem requirentis, & ideo donatio ipsa nihilominus uitiatur, ita dicit Bar. in d. l. medestinus, nu. 10. ff. de donatio. cuius opin. communiter approbatur, ut dicit Alexan. in l. si filiosfam. §. fin. post nu. 25. ver. Sed certe Bal. ff. sol. matr. quem refert Didac. lib. 2. resol. c. 16. post num. 4. Roman. conf. 26. post num. 2. ubi dicit, quod hæc est omnium opinio. Hanc etiam opin. dicit esse communem Socin. consil. 77. post num. 10. libr. 1. Canar. de insinua. in secunda parte quæst. 25. Alijs facile posset eludi dispositio legis, apponendo in donatione cuiusvis summe illam clausulam, quod nullo pacto est dicendum.

Sed nunquid poterunt partes renunciare insinuationi, dixi infra hoc eo. lib. §. renunciatio.

QVAEST. XVII. SUMMARIUM.

Inramentum an suppleat defectum insinuationis.

Et quid si non fuerit renunciatum insinuationi, ueris. Retenta igitur.

Et quid si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post contractum, ueris, scias etiam.

QVAERO, nunquid conclusio superius facta, q. scilicet quæcumque donatio excedens summam quingentorum aureorum uideatur insinuari, alijs sit nulla, habeat locum etiam in donatione iurata, & sic nunquid iuramentum suppleat defectum insinuationis? Respond. in hoc articulo magna fuit quandoque controuersia inter Doctores, adeo ut vix discerni posset, quæ opinio esset magis communis, nam Bald. in d. l. illud, nu. 9. C. de sacrosanct. eccles. tenuit, quod donatio non insinuata non confirmetur iuramento. Et hanc opi. dixit esse communem

neni Barb. conf. 16. col. 10. lib. 2. & consil. 52. lib. 4. & inter conf. Curtij senioris consil. 66. in fin. Idem dixit Calcan. conf. 19. in fin. ubi etiam refert Profdocim. Idem attestantem in c. cum contingat. de iuramentum. Contraria autem sententiam, scilicet, q. imò confirmetur iuramento, & sic, quod iuramentum suppleat defectum insinuationis, tenuit Io. And. in additio. ad specula. in tit. de instrum. editio. §. porro, in vltima apostilla, & hæc est communis opi. omnium ferè Canon. ut dicit Corn. conf. 22. r. in litera L, lib. 1. & consil. 182. in litera H, lib. 2. quem refert Rubens consil. 59. nume. 22. & Paris. conf. 33. nume. 45. lib. 3. Soc. consil. 76. circa finem lib. 1. & consil. 80. nume. 11. eod. vol. quem refert Dec. conf. 536. num. 14. Bertrand. conf. 22. nume. 5. lib. 2. in 2. parte, & conf. 120. num. 6. & seq. lib. 3. in 2. parte, Ruin. consil. 51. nume. 18. lib. 1. Et dicit Corn. consil. 76. in litera E, lib. 3. quod ita solet communiter teneri, maxime per Canon. Ita etiam tenere communiter Canon. attestatur idem Corn. consil. 69. in litera Y, libr. secundo, Hanc etiam opinionem esse magis communem affirmat Claud. in l. nemo potest, nume. 21. ff. de legat. primo, Ian. de Comp. in d. l. nemo potest, quem refert Bertrand. consil. 30. post nume. 1. lib. 3. in 2. parte. laf. conf. 51. nume. 3. lib. 1. & consil. 118. numer. 2. libr. 4. & conf. 169. num. 9. eodem volum. quem refert Tiraquel. in rep. l. si unquam in præf. numer. 143. C. de reuoc. donatio, Dec. consilio 239. post numer. 3. & consil. 414. post nume. 14. versicul. Tertio, non obstat, & consil. 432. numer. 17. & consilio 488. post nume. 5. versic. Postremo, quem refert Socin. lun. consilio 117. numer. 1. libr. secundo, & Ioan. Dilect. de arte testandi tit. secundo, caut. 10. nume. 3. Bertrand. consilio 177. post num. 3. versic. ad secundum lib. primo, in 2. parte, & consilio 138. numero 8. libr. secundo in secunda parte, & consilio 90. num. 5. lib. 3. In secunda parte, & consilio 97. post nume. 1. eodem volum. & consilio 209. post num. 12. eod. volum. Curt. lun. consil. 34. numero 1. & consil. 47. post nume. 8. & consil. 81. numer. 6. Paris. consil. 26. numero 60. libr. ter-

tio, & consil. 69. numero 97. eod. volum. Ruin. consil. 159. nume. 15. lib. 4. & consil. 182. post nume. 13. versic. Tertio, ad hoc lib. 1. & consil. 180. nume. 14. & seq. eodem volum. Gratus conf. 70. numer. 28. libr. 1. Bellon. conf. 60. nume. 19. Soc. lun. conf. 69. numero 39. libr. 1. & consil. 67. nume. 20. lib. 2. & consil. 130. nume. 19. libr. 3. Ludouicus Testera in l. si inter uirum, col. 5. ff. de rebus dubijs, quem refert Duennas reg. 224. in quinta limitatione, Alciat. in cap. cum contingat, post nume. 170. de iure iurati. Crauetta conf. 118. nume. 1. Apostil. ad Alex. consil. 4. sub num. 10. lib. primo, Alba conf. 4. num. 20. & sic, ut uides, hæc opin. proculdubio est magis communis, à qua consulendo, aut iudicando non esset aliquo modo recedendum. Est enim maxima uirtus iuramenti, ideoque regulariter est seruandum, ubi unquam potest seruari sine interitu salutis æternæ, & licet alias forte magis communis opinio legitimum esset, quod iuramentum non suppleat defectum insinuationis, prout attestat Soci. in allegato conf. 77. circa finem libr. 1. Hodie tamen utraque schola tam legitimum, quam canonisitarum, in hoc concordat, quod iuramento confirmetur, & ita hanc esse communem, & apud legitimos, & canonistas canonizatam opinionem attestatur Ripa lib. tertio respons. cap. quinto, post num. secundum.

Retenta igitur conclusione, q. scilicet donatio non insinuata confirmetur iuramento, scire debes, quod illa intelligenda est, usi procedat, quando in specie fuit ipsi insinuationi renūciatum, potest enim cum iuramento illi renunciari, ut dixi infra hoc eod. lib. §. renunciatio, sed si non fuit renunciatum insinuationi, sic donatio ipsa non confirmatur iuramento, & hæc est opi. legitimum, & canonistarum, ut dicit Corn. consilio 69. in litera O, libr. secundo, à qua licet forte consulendo, aut iudicando non esset recedendum, tamè in puncto iuris non transiret sine difficultate, uideatur enim pariter militare, idem fauor anime, super quo se principaliter fundare uidentur Doctores superius allegati.

Scias etiam, quod hæc conclusio, qd si donatio iurata valet, nõ obstante defectu infirmationis, procedit vbiq; in infirmatio ex forma legis vel statuti, debet interuenire in ipso actu donationis, sed si lex, vel statutum requireret donationem ipsam infirmari intra certum tẽpus, puta infra mensem a die celebrati contractus, vel huiusmodi, eo casu iuramentum appositum contractui non confirmaret donationem, ubi nõ effect infirmata infra illud tempus a statuto præfixum. Ita dicit Feder. de sen. in vulgato suo conf. 181. & est communis cõclusio, vt attestat Cur. lun. conf. 141. qu. 22. Nam iuramentum regulatur secundum tempus contractus, & nõ si postea superueniat causa, ex qua contractus annulletur, non potest uirtus iuramenti ad illius confirmationem extendi.

QVAEST. XIX. SUMMARIUM.

Donatio euenium bonorum non ualet.

Et quid in donatione bonorum presentium tantum, vers. Et ex hac.

Et quid in donatione facta simpliciter bonorum suorum, vers. Eademque.

Et quid in donatione omnium bonorum suorum, vers. Idem dicendum.

Et quid in donatione omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, vers. Pariter etiam.

Et quid in donatione sua hereditatis, vers. Sed quero.

Et quid in donatione causa mortis omnium bonorum suorum presentium, & futurorum, vers. Sed quid si quis.

Et quid si donans reseruauerit sibi aliquid de quo possit testari, vers. Secundo principaliter.

Et quid si reseruauerit sibi usum fructuum, vers. Sed pone.



Vero, nunquid valet donatio omnium bonorum? Respond. quod donatio omnium bonorum presentium, & futurorũ

nihil ualet. Solet ad hoc allegari l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligatio. & est communis opin. vt dicit Bal. in c. in presentia, nume. 36. de probatio. quẽ refert Episcopus Loazes in suis allegationib. pro Marchione Velez, fol. 210. num. 41. Imol. in Rubr. extra de testament. post nume. 15. versic. Quid autem, Roman. conf. 171. num. 1. ubi dicit, quod hæc est communis opin. siue huiusmodi donatio fiat in actu testandi, siue per uia contractus. Idem dicunt scribentes in stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligatio. & in specie Alexan. num. 16. & Ial. nume. 20. Aretin. consil. 54. post num. 2. vers. circa secundum, Abbas. conf. 48. nume. 1. in fin. lib. 2. Corn. consilio 176. in litera N, lib. 1. & consil. 338. in litera L, lib. 3. & consil. 252. in princ. eod. volum. Guido Papa consilio 14. num. 4. 3. fin. in l. licet. nume. 25. C. de pact. Dec. in d. l. fin. nume. 30. C. de pactis, & in dicto capitul. in presentia. in septimo notab. de probatio. & consil. 30. nume. 1. & 2. & consilio 203. post nume. 2. & consilio 251. numero 1. & consilio 655. nume. 7. Purpurat. in dicta l. fin. nume. 238. in fin. Curr. lun. consil. 25. numero 1. Gratus consil. 70. nume. 1. lib. 1. Ripa lib. tertio responsorum cap. 14. num. 1. Ioan. Dilect. de arte testandi titu. decimo cautela secunda, post num. 2. Duennas regul. 217. in princ. ratio est, quia ex tali donatione, quis sibi ipsi adimeret facultatem testandi, quod leges maxime abhorrent, sicut enim in simili uidemus, quod donatio facta in pgnam mutationis testamenti non ualet, vt dixi supra lib. prox. §. testamentum quẽ. 95.

Et ex hac ratione in primis inferitur, quod ubiq; ex donatione omnium bonorum quis non adimeret sibi facultatem testandi, talis donatio utiq; ualet, puta, si quis non donauerit omnia bona sua presentia, & futura, sed bona sua presentia tantum, & ita communiter concluditur, vt ait Ruin. consilio 178. nume. tertio, lib. primo, & consilio 13. numero tertio, libro secundo. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. in dicta l. fin. post nume. 3. Claud.

Claud. in l. pactum, nume. 4. C. de pactis. Poterit enim donator aliqua bona post donationem acquirere, & de illis testari.

Eademque ratione, si quis simpliciter donauerit bona sua, ualet talis donatio, & ita tenent omnes, ut ait Corn. consilio 152. in litera D, libro 3. In huiusmodi enim donatione simpliciter facta, non ueniunt bona postea quaesita, secundum opinionem omnium l. q. totum, vt dicit Eellon. consilio 5. in princ. iubens, qd hæc opinio est adeo firmata, ut quasi uideatur audax temeritas uelle contrarium tenere. Poterit ergo donator de istis bonis postea qualitas disponere, & testari.

Idem dicendum est, ubi quis etiam uerbis uniuersaliter concepis donasset omnia bona sua. adhuc enim in tali donatione non ueniunt bona futura, & ideo ualet donatio. Ita tenet glof. in dicta l. fin. in uerbo, A cõmodauerit quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Dec. consilio 225. numero 4. in fin. & hanc conclusionem dicit esse communem Iason consilio 5. column. 2. versic. Sed præmissis libro 3.

Pariter etiam, si qs donauerit omnia bona sua mobilia, & immobilia, ualet talis donatio, est communis opi. vt dicit Iason in dicto consilio 5. column. 3. versic. Secundo pro ista lib. 3. Dec. consilio 314. numero 10. Nam præterquam, quod in huiusmodi donatione non ueniunt bona futura, certum est, quod secudum magis communem sententiam, in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium non ueniunt iura, & actiones, vt attestantur Doctores præallegat. & sic non est d. nant. adempta facultas testandi.

Sed quero, nõquid ualet donatio ab aliquo simpliciter facta sine hereditatis? Respond. in hoc articulo. variae fuerunt opin. Doctorum, nam aliqui tenuerunt, quod talis donatio ualet, & hæc opin. dicit esse communem Purpurat. in d. l. fin. numero 245. C. de pact. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo talis donatio non ualet, tenuit Bar. in d. l. fin. 14. Et hanc dicit esse. magis commu-

nem Cagnolus in d. l. fin. num. 223. & seq. Bueñas in d. regula. 219. in quarta ampliat. Quẽ mihi etiam magis placet, si enim nomen hereditatis comprehendat omnia bona quẽ quis tempore mortis sue relinquit, non uideo quomodo dici possit per hanc donationem non adimi donatori facultatem testandi.

Sed quid si quis faciat alteri donat.õnem causa mortis omnium bonorum suorum presentium, & futurorum, nõquid talis donatio ualet? Respond. quod ualet donatio omnium bonorum post mortem collata. ita tenet glo. in d. l. fin. in uerbo, A cõmodauerit quam sequuntur communiter Doctores, ut ait Bec. cõsil. 578. nume. 7. in fin. Ita etiam communiter teneri attestatur Imola in Rubrica extra de test. num. 5. Ial. in dicto consil. 5. column. 6. vers. Non obstat tertium lib. 3. Curt. lun. consil. 81. num. 3. Poterit enim donator, ipsa donatione non obstante, aliquid hereditate instituere, qui licet tenetur postea donatario dare iuxta contenta in donatione, poterit tamen retinere falcidiam, &c.

Secundo principaliter ex ratione superius posita, quod, scilicet donatio omnium bonorum non ualet, ne quis eo modo amittere possit facultatem testandi, inferitur, quod si donator in huiusmodi donatione reseruauerit sibi aliquid pro facultate testandi, donatio ipsa ualet, ita dicit Bartol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, numero 6. & est communis opin. vt dicit Soc. lun. consil. 1421. numero 39. libro primo. Talis enim donatio non tollit in totum, sed solummodo restringit testandi facultatem, intellige tamen, ut illud quod reseruatur non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partẽ illius patrimonij, quod donatur.

Sed pone, qd donator sibi reseruauerit uinum fructum bonorum suorum, nõquid stante hac reseruatione donatio sustinebitur? Respond. aut testator reseruauit sibi uinum fructum, hoc expresso, vt de eo possit in uita disponere, & non ualet donatio, ita consuluit Bart. consil. 76. incipien. Pater filio, & ita si eueniente calculo.

calculo receptum est, vt ait Didac. lib. 3. resolut. cap. 12. num. 3. Ad hoc enim vt donatio omnium bonorum valeat, oportet, quod illud quod donator sibi reseruat, sit eius conditionis, ut de eo testari possit, & hæc est cõmunis omnium sententia, ut ait Didac. in d. c. 12. circa fin. Aut vero donator sibi simpliciter reseruauit vsufructum, & tunc cõmunis est opinio, quod donatio ipsa valeat, & licet Paul. de Castro in d. l. fin. num. 10. C. de pactis. tenuerit contrarium, scilicet, qd imò non valeat, tamen contra eum est cõmunis sententia, vt attestat Didac. in d. c. 12. nu. 4. quam etiam dicit receptam esse apud Regni Hispaniæ suprema tribunalia. Quæ multo magis pcederet, vbi expressè donator sibi vsufructu reseruaret cum facultate de eo disponendi tam inter uiuos, quam in vltima voluntate.

QVÆST. XX.

SVMMARIVM.

- Donatio omnium bonorum, an valeat si iurata.*
- Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum nuquid annulletur in totum, an autem pro parte tantum, ver. Item quero.*
- Donatio omnium bonorum facta ecclesie, an valeat ver. Vterius quero.*
- Donatio reciproca omnium bonorum facta inter fratres, vel socios, an valeat, ver. Sed pone.*



ESTAT nũc, vt nonnullas qstiones in hoc pposito occurrẽtes breuiter explicemus, & i primis qro, an conclusio in proxima qstione superius facta, quod scilicet donatio omnium bonorum nihil valet, habeat locum etiam, si talis donatio sit iurata? Respon. quod sic, nam huiusmodi donatio, cum auferat homini liberam testandi factio-

nem, censetur contra bonos mores, & ideo non confirmatur iuramento, ita dicit Bart. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, nume. 3. & ita tenent communiter omnes Doctores, ut dicit Guid. Papa. consilio 214. num. 5. Bertran. consil. 181. numero 1. libro 2. in secunda parte. Hæc etiam dicit esse communem Dec. in l. pactum quod dotali, num. 1. & seq. C. de pactis, quem refert Gratus consilio 19. num. 12. libr. 1. Ripa lib. 3. responsorum, capi. 14. num. 2. Cur. Iun. in d. l. fi. numero 57. C. de pactis, quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fo. 211. num. 42. & Didac. in Rubrica de testam. in secunda parte, numero 4. Cagnolus in d. l. fi. numero 220. Socin. Iun. consilio 44. numero 37. libro 2. Crauetta consilio 139. numero 8. & sequi, ampliat. & ita etiam in simili videmus, quod testamentum iuratum potest, non obstante iuramento, quando cunque contraria voluntate reuocari, ut dixi supra libro 3. §. testamentum q. 44. verfic. Sed quid si testator.

Item quero, nunquid huiusmodi donatio omnium bonorum presentium, & futurorum annulletur in totum, an autem pro parte tantum? Respond. quod annullatur in totum, & hæc est communis opin. vt ait Bald. in d. l. fina. nu. 19. in fin. Curtius Iun. in d. l. fin. post num. 61. ita quod non sustinetur, neque respectu bonorum presentium tantum, neque respectu futurorum tantum, & hanc opinionem dicit esse communem Guido Papa. consilio 214. post numer. 5. Purpurat. in d. l. fin. numero 247. quem refert Duënas in dicta regula. 219. in quinta ampliat. Facile posset disputando teneri contrarium, sicut etiam videmus, quod donatio nulla ex defectu insinuationis sustinetur vsque ad quingentos solidos, ut dixi supra questio. 17. versiculo, Sed quero, in iudicando tamen non recedas à communi.

Vterius quero, nunquid conclusio locum habeat, etiam si huiusmodi donatio esset facta ecclesie? Respon. quod non, sed speciale est in ecclesia, vt valeat donatio omnium bonorum presentium,

& futurorum illi facta, ita tenet Bar. loquendo per verbũ forte, in d. l. fi. nu. 13. & est cõmunis opin. vt dicit Fel. in c. in presentia de probatio, put illum refert Episcopus Loazes in suis allegationibus p Marchione Velez, fol. 246. nu. 27. ego tamen non reperi Fel. d. cap. in presentia. attestantem, de communi, licet ipse teneat hanc sententiam ibi, nu. 5. & 6. ubi loquitur de hoc articulo, Bene attestatur hanc esse communem Purpur. in d. l. fi. num. 242. Paris. in d. c. in presentia, nu. 21. Cagnol. in d. l. fi. nu. 203. quem refert Didac. in Rub. de testa. in 2. parte, num. 5. in fin. & Duënas in dicta regula, 219. in prima limitatione. Si enim potest quis personam suam dicare ecclesie, multo fortius debet etiam posse dedicare ecclesie omnia bona sua presentia, & futura. Non tamen potest negari, quin etiam magna sint auctoritates tenentium contrarium, & forte in puncto iuris illa est verior, nihilominus si casus contingeret propter fauorem ecclesie, non auderẽ à communi opi. recedere iudicando, aut consulendo.

Sed pone, qd duo fratres faciant sibi in vicem mutam donationem omnium bonorum, vel in eam societatem, siue fraternitatem reciprocã, nunquid talis donatio valebit? Respon. qd sic, fauore agnationis consensu de q, & ita cõmuniter tenetur, ut ait Boer. decil. 355. nu. 3. & de hoc non est dubitandum, quia nõ solũ inter fratres, sed inter quosquunque valet donatio omnium bonorum post mortem collata, vt dixi supra q. proxima, vers. Sed quid si quis.

QVÆST. XXI.

SVMMARIVM.

- Donatio potest propter ingratitudinẽ reuocari, & hoc ex aliõ positione l. fi. C. de reuoc. don.*
- Et an propter alias causas quã illas quin que expressas in d. l. fin. vers. Huius autem.*

Et an si donatarius donatorem egenũ aliter reuocet, vers. Quid ergo.

Donatio ob causam an possit propter ingratitudinem reuocari, vers. Sed quero.

Donatio facta ecclesie an possit reuocari propter ingratitudinẽ prelati, vel capituli ver. Item quero.

Et an prelati, qui alicui contulit beneficium, possit huiusmodi collationem ex causa ingratitudinis reuocare, ver. Sed hic quero.

Et an valeat pactum, quod donatio nõ possit propter ingratitudinem reuocari, vers. Quare etiam. Remissio.



Vnc de reuocandis donationibus, videamus & i primis scire debet, qd licet donatio pfecta à suu natura sit contraria irreuocabilis, ut dixi q. 1. ver. Et ex hac. Tñ tres sunt principales cause, propter quas potest donatio reuocari. Prima, pp ingratitudinẽ donatarij. Secunda propter supuenientiam liberorũ. Tertia, quia donatio sit inofficiosa, de quib. omnib. sigillatim tractandum est. Dixi autem primo, qd donatio potest reuocari propter ingratitudinem donatarij, & de hoc est text. in l. fin. C. de reuoc. don. Quod quidem optima ratione sancium fuit, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea irridere donatorem, & ei malefacere.

Huius autẽ ingratitudinis multa possent exempla proponi, quorum quinque ab Imperatore in ipsa l. fi. recensent. Sed nuquid etiã ob alias ingratitudinis causas in ipsa lege nõ expressas poterit donatio reuocari? Respon. qd sic, & ita tenet gloss. in d. l. fi. in verbo, Voluerit, & est cõmunis opi. vt dicit Ripa ibi q. 41. post num. 144. vbi etiam, post nu. 164. attestat ita cõiter teneri. Pro qua opi. facit, quia in simili videmus, qd potest filius à parte exheredari, etiam ob causas à iure non expressas, quæ tamen sunt similes, seu maiores expressas, ut dixi supra lib. 3. §. testa. q. 41. vers. Sed quero.

Quid ergo, si donatariũ donatori indigni

genti alimenta denegauerit? cum enim negans alimenta quodammodo necare videtur, necare. ff. de liber. agnos. negari non potest, quin hæc leg. i. causa causa sit, propter quam donatio pretertextu ingratitude potest reuocari, & ita tenuit gl. in d. l. si. in verbo. Voluerit, & hæc est communis opi. ut attestatur Salyc. in d. l. fin. prout illum refert Ripa in ead. l. si. q. 49. quoniam in libro meo ego non reperiam illum attestari de communi, & licet gl. in l. in condemnatione in gl. r. in ff. de regul. iur. teneat, q. regulariter donatarius non tenetur alere donantem, & illum se qui communiter Doctores attestatur Bald. in d. l. fin. num. 7. quem refert Episcopus Loazes in suis allega. pro Marchione. Velz. fol. 172. num. 30. non tamen esset à prima opin. recedendum, quæ proculdubio est magis communis, & æquior. Quæ tamen intelligenda est ut procedat pro modo facultatum utriusque, scilicet, cā donatoris, quam donatarii, & pro modo etiam rei donate, & si petantur, non aiat aliter, uide quæ dixi infra hoc eod. lib. §. Feud. sm. q. 23.

Sed quæro, an hæc conclusio quæ habet, q. donatio potest propter ingratitude non reuocari, procedat etiam in donatione ob causam? Resp. p. nō, ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo. Inueniatur, quam sequuntur communiter Doctores, ut dicit Ripa in d. l. si. q. 43. Nam donatio ob causam non est proprie donatio, neque liberalitas, sed potius quædam permutatio, merito ubi causa sequatur, non debet propter ingratitude non reuocari.

Item quæro, nunquid donatio facta ecclesie potest reuocari propter ingratitude non prelati, vel capituli? Respond. si queratur de ingratitude prelati tantum vel capituli tantum, res minus habet difficultatis, certum est enim, q. neque solus prelati, neque solum capitulum possunt preiudicare ecclesie, ut dixi supra lib. 2. §. Prelatus. Maior est dubitatio, quando concurrat ingratitude prelati, & capituli simul, & hoc casu Abb. in cap. verū, num. 3. de cond. appo. tenuit, q. potest reuocari. Tu vero tene cōtrarium, q. nō potest aliquo modo reuocari, quia donatio

facta ecclesie, censetur facta Deo, id. capi. verum, qui non potest esse ingratus, cum sit omnium gratiarum liberissimus largitor, & ita hæc sententiam dicit esse communē Ripa li. 2. Resp. cap. 28. num. 20. & in d. l. si. in 52. q. ubi loquitur etiam in casu in quo donator expresse in ipsa donatione apponit pactum, q. potest propter ingratiu. lineam reuocari.

Sed hic quæro, tu scis, q. prelati non ferēs alicui beneficium ecclesiasticum videtur quodammodo donare, nunquid si ille cui contulit beneficium commisit aliquam ingratitude causam in personam conferentis, poterit ipse ea ex causa collationem reuocare? Respon. quod nō, ita tenet Io. And. & communiter Doctores, ut dicit Abb. in c. fin. num. 9. de donat. Nam collatio beneficij illam facit potius ex necessitate officij, quam ex liberalitate, hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doctores. Ripa in d. l. si. num. 158. & seq.

Quæro etiam, nunquid valet pactum appositum in donatione, quod non possit propter ingratitude non reuocari, dixi infra hoc eod. lib. §. Pactum.

QVAEST. XXII.

S V M M A R I V M.

Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione l. si unquam. C. de reuo. don.

Et quid si testator tempore donationis de liberis cogitauit, vers. Ex qua.

Et quid si tempore donationis habebat filios, quibus deinde mortuis alij superuenerint, vers. Secundo inferitur.

Et quid si pater in donatione renunciauit dispositioni d. l. si unquam, vers. scilicet, Tertio inferitur.

Et an dispositio d. l. si unquam, locum habeat etiam in donatione partu bonoru, uel rei alicuius particularis, vers. scilicet, Quarto inferitur.

SVB



SVBSEQVENS causa reuocandæ donationis à iure tradita, est superuenientia liberorum, & quæ materia videbitur forte si nullis omitti potuisse, cui de ea extant duæ repetitiones ampliffime in l. si unquam. C. de reuocandis donationibus altera quidē Ripa, altera uero Tiraquellus in quibus nihil ferè omiffum est. Noli tamen uideri aliqua in re in totum defecisse, attingam igitur solummodo aliqua capita earum questionū, quæ in practica frequentius occurrūt, easque quam breuiffime fieri poterit explicabo, Reliquas studiosus Lector in prædictis repetitionibus diffussissime tractatas inueniet. Facienda est ergo in primis conclusio, quod si post factam donationem, superueniant liberi ipsi donatori, donatio reuocatur ex dispositione d. l. si unquam de reuoc. donat. secundū communem intellectum, ut attestatur Ruin. cons. 107. num. 22. lib. 1. Licet enim illa lex loquatur de donatione facta libertis, est tamen generaliter intelligenda, ut scilicet locū habeat non solum in donatione facta libertis, sed etiā facta cuilibet extraneo, ita dicit gl. r. in d. l. si unquam, & ita communiter tenetur, ut ait Imola in cap. fin. num. 12. circa fin. de don. Hanc etiam opin. dicit esse communem Corn. cons. 4. in litera A, circa fin. lib. 3. & cons. 11. in litera Z, eodem volum. Ripa in d. l. si unquam, in secunda quæst. ubi dicit, quod hæc est communis opi. Legistarum, & Canonistarum. Et dicit Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, Libertis, num. 84. q. hæc opi. est humanior, & receptor, & quod eam practica, & usus ita mordicus retentat, ut ab eius faucibus eruere nemo queat; Non enim est ueriffimile, q. qs velit in sua successione extraneum filius præferre, & sic utroque casu militat eadē ratio, super qua fundatur dispositio d. l. si unquam, quæ est ueriffimilis mens donantis, quia scilicet si tempore donationis de filis cogitasset, huiusmodi donationem non fecisset, ut dicunt communiter Doct. teste Corn. cons. 206. in litera P, lib. 3.

Ex qua quidē ratione in primis infer-

tur, quod si tempore donationis donator de liberis cogitasset, nō esset locus dispositioni d. l. si unquam, & ita communiter tenetur, ut ait Soc. cons. 53. num. 7. lib. 4. lal. cons. 125. col. 2. & 3. li. 1. quem refert Soc. lūn. cons. 67. num. 51. lib. 2. ita etiam communiter concludi attestatur Alba. cō. si. 102. num. 2. Puta (secundum aliquos) si donatio esset facta in contractu matrimonij, nam eo casu utique præsumit donator de liberis cogitasse, quorum suscipiendorum causa solēt matrimonia contrahi, ideo talis donatio non reuocatur ex dispositione d. l. si unquam. ita dicit Signorol. cons. 69. post nu. 12. vers. Præterea cum mater, & est communis opi. ut dicit Tiraquel. in d. l. si unquam, in præf. num. 71. quem refert Boer. decil. 59. nu. 9. licet illū corrupe alleget in uerbo, Prius num. 62. cum seq. Hæc tamen conclusio mihi nō multum placet, & uidetur aperte repugnare communi regulæ, q. si dēt expresse constare, q. donator de liberis cogitauerit, & in dubio præsumit non cogitasse, quæ regula colligit ex dictis Bar. in d. §. Imper. nu. 8. qui in hoc communiter approbat, ut dicit Soc. in l. 2. in prin. col. 1. ff. sol. matr. & si opin. Signor. vera esset idem & nullo: fortius esset dicendum in quocunq. coniugato habili ad prolem suscipiendam, quod iudicio meo esset valde absurdum.

Secundo inferitur, q. si donator tempore donationis iam habebat filios, etiam si alij filij deinde superueniant, non debet donatio reuocari, & ita colligit ex uerbis ipsius. l. si unquam, ubi filios non hñs, à contratio sensu. Sed quid si pater habens filium iam natum, illi donationem fecerit, nūqd si postea alij filij superueniant, donatio ipsa reuocabitur? Respon. hic casus non est comprehensus in dispositione d. l. si unquam, sed cadit sub dispositione l. si totas. C. de inof. donat. & ideo dicitur, q. talis donatio facta filio reuocatur propter superuenientiam aliorum filiorum, non quidem in totum, sed tanquā inofficiosa reuocatur solummodo usq; ad legitimā partē bonorū filijs postea natis competentem, & ita tenent communiter Doct. ut dicit Corn. consil. 11. in litera Z. li. 3.

Hanc

Hanc etiam dicit esse communem opin. Bertrand. consil. 163. post num. 4. lib. 2. in secunda parte. Ripa in d. l. si unquam, q. 7. Soc. Iun. consil. 83. num. 30. lib. 3. licet postea, nu. 28. videatur inclinare in contrariam sententiam, Tiraquel. in d. l. si unquam in verbo, Libertis, num. 75. & seq. Didac. lib. 1. resolut. c. 19. num. 1. si autem esset facta extraneo, bene reuocaretur in totum, ut dixi infra q. 24. versicul. Aut vero,

Tertio inferitur, quod si pater in donatione ipsa renunciauerit beneficio l. si unquam, donatio ipsa non reuocatur, ex quo proculdubio pater renunciando ipsi legi censetur de liberis cogitasse. Hoc autem de plano procederet, presupponendo, quod pater posset in praerudicium filiorum renūciare dispositioni d. l. si unquam, sed hic articulus est adeo dubius, vt vix discerni possit quae opin. verior sit, aut magis communis, & dicit Grat. consil. 50. num. 65. lib. 1. quod sup. hac q. est tanta disputatio, quod indigeret constitutione Imperatoria, cū hincinde sint infiniti Doctores attestantes hincinde esse communem opin. In primis autem Bart. in l. Titia, §. Imperator, num. 7. ff. de legat. secundo, tenuit, quod posset pater in praerudicium filiorum renūciare beneficio d. l. si unquam, & hanc opinionem dicit esse communem Soc. consil. 147. num. 17. lib. 1. & consilio 263. num. 13. lib. 2. quem refert Natta consil. 125. num. 1. & las. in l. si quis in conscribendo, nume. 8. C. de pactis, & consil. 125. col. 3. lib. 1. Dec. in d. l. si quis in conscribendo, nume. 24. Bertrand. consil. 162. ante fin. lib. 2. in prima parte, & consilio 32. col. 2. lib. 3. in prima parte, & consil. 179. num. 1. lib. 2. in secunda parte, & consil. 220. nu. 8. lib. 3. in secunda parte. Ripa in d. l. si unquam, q. 51. & lib. 3. respons. c. 15. circa finem, Tiraquel. in d. l. si unquam in praefat. num. 174. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod d. imo non possit pater renūciare dispositioni d. legis in praerudicium filiorum, multi quoque tenuerunt, & dicit Soc. in l. cum auis, col. 19. ff. de condition. & demonstratio, quod d. haec est communis opin. Moder. Hanc etiam opin.

dicit esse communem Alciat. in l. pacta quae contra, C. de pact. Paris. consil. 73. num. 32. lib. 1. vbi refert auctoritates, Soc. Iun. consil. 137. num. 2. lib. 2. & sic vt vides hic articulus tā propter auctoritates, quam propter rationes hincinde adductas, est valde dubius, & piculosus, & reuera connumerando decisiones Doctorum, suspicor opin. Bart. quod scilicet possit renūciare, esse magis communem, Sed contraria opin. mihi semper magis placuit, nūquam enim potui mihi persuadere, quod dispositio d. l. si unquam, non sit inducta tam fauore filiorum, quā ipsius donantis. Hanc etiam opi. est proculdubio magis equa, & benigna, & secundum eā pluries fuisse iudicatum attestatur doctores supra allegati, & in hanc pariter inclinavit senatus in cā, D. Hieron. Louati, Tamen pro concordia posset ita distingui, Aut nō constat, quod donator voluerit renūciare dispositioni d. l. si unquam, quia, scilicet in genere tantum renūciauit omnibus legibus, & omni iuris auxilio, vel hmoi, nulla facta mentione dispositionis d. l. si unquam, & hoc casu intrepide tenendum est cum opinio ne negatiua, quod nullo modo censetur renūciatum d. legis, & quod talis renūciatio non obstare, donatio ipsa superuenientibus liberis reuocetur. Aut vero fuit renūciatum in specie dispositioni, si unquam, & tūc si quidem donans erat maior 25. ann. posset teneri opin. Bartol. quod potuerit renūciare, & quod donatio propter superuenientiam liberorum non reuocetur. Aut erat minor, & tunc teneo, quod talis renūciatio nihil proflus operetur, & r. que in hoc facio vim an in donatione sit appositum iuramentum vel non, sicut enim donatio etiam iurata reuocatur ex dispositione l. si unquam, vt dixi infra quæst. 23. Idem dicendum est, etiam si addita sit renūciatio d. legis. Quae enim facilitate minor inducitur ad donandum, eadē etiam inducitur ad renūciandum, & iurandum, maxime atreuto, quod hodie in omnibus instrumentis passim, & indistincte notarij apponunt iuramentum, cuius virtutem, plerique contrahentium ignorat,

ed

sed vbi donans est maior, & in specie renūciauit dispositioni. l. si unquam, forte tutius esset (ut dixi) tenere cum Bartol. nam dispositio l. si unquam, fundatur in praesumpta mente donantis, quae cessat, ubi de contraria eius mente expresse apparet, & hoc multo magis procederet, si donatio esset iurata, & maxime si iuramentum esset in specie appositum ipsi renūciationi, & secundum hanc distinctionem, fiscalis contingeret, quōderem, & iudicarem.

Quarto inferitur, quod ad hoc ut sit locus dispositioni d. l. si unquam, necesse est donationem esse tantae importantiae, quā uerisimiliter donator non fecisset, si de filijs cogitasset. Habebit ergo proculdubio locus dispositio d. l. in donatione omnium bonorum, sed, & in donatione maioris partis bonorum, imo etiam in donatione cuiuslibet partis bonorum, etiam infra dimidiam, & hec est communis opin. ut ait Ripa in l. 1. nume. 6. C. de pact. & in d. l. si unquam in 7. quod quem refert Arelaten. in Apost. ad Alciat. de praesumpt. in prima regula, praesumpt. 13. numero 2. Tiraquel. in d. l. si unquam, in uerbo, Omnia, uel partem aliquam, nume. 24. quem refert Didac. lib. 1. resolut. cap. 19. circa finem. Fortius etiam (secundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei particularis, & hanc esse communem opinionem attestatur Ruin. consil. 173. nume. 13. in fin. lib. 1. Ripa in d. l. si unquam. in 8. quod quem refert Arelat. in loco proxime allegato, Soci. Iun. consil. 83. nu. 19. lib. 3. Et quod dispositio d. l. locum habeat et in donatione rei particularis, quae sit magni ualoris, dicit esse communem Claud. in lex factio, post nu. 11. ff. de uulg. Ceterū si esse donata res modi, momenti, certe talis donatio minime propter superuenientiam liberorum reuocatur, ita tenet Zmo. loquendo per uerbum forte in c. 6. nu. 21. de donatio, & est communis opi. ut ait Dec. consilio 181. nu. 3. Non enim est uerisimile, quod donator, etiam si de liberis cogitasset, ad huiusmodi donatione abstinuisset, & hoc casu bonum esset habere iudicem fauorabilem, nam quae donatio dicitur magna, uel parua, inspecta qualitate

personarum, standum est iudicis arbitrio iuxta ea quae dixi supra lib. 2. §. iudex.

QVAEST. XXIII.

SUMMARIUM.

- Dispositio, l. si unquam, an locum habeat etiam si in donatione appositum fuerit iuramentum.*
Et an locum habeat in donatione facta ecclesiae, uerfi. Quæro etiam.
Et an locum habeat in donatione ob causam uerfi. Item quæro.
Et an habeat locum in legatis, uerfi. Vltimus quæro Remissive.
Et an habeat locum in legitimatione filij spurij, uel naturalis, uer. Successive quæro Remissive.
Et an habeat locum si post donationem nascatur donanti filius naturalis tantum, uerfi. Sed quæro.
Et quid si natus esset ante donationem, sed fuerit post ipsam donationem legitimus, uer. Sed quid si filius.
Et an reuocatio quæsit ex dispositione d. l. si unquam fiat ipse iure, uerfi. Præterea quæro.
Et quid si liberi post donationem nati moriantur uiuo testatore, an donatio recomalescat, uer. Vltimo quæro.
Et an si donator uiuens nihil dixit, possint eius heredes donationem ipsam reuocare, uer. Sed quid si pater.

S T A T ergo firma conclusio, quod propter superuenientiam liberorum donatio reuocatur. Quæro, nunc, an hæc conclusio locum habeat, etiam si in ipsa donatione appositum sit iuramentum, vt scilicet adhuc non obstante iuramento reuocetur? Respond. quod sic, ita tenet Bart. in dicto. §. Imperator, nu. 11. & est conueneris opin. vt dicit Corne. consil. 30. in fin. libro 4. Soc. consil. 215. nume. 2. lib. 2. quod est duplicatum in consil. 22. num. 7. lib. 4. Traç. Iul. Clar. K Ber

Bertran. conf. 175. post nume. 12. libro 1. in secunda parte. Ripa in d. l. si vnquam in tertia q. & lib. 3. responforu. capit. 15. nume. 17. Paris. conf. 72. num. 15. libro 1. Nam iuramentum semper debet intelligi rebus sic stantibus, merito vbi que post dispositionem iuratum tale quid superuenit, quod tempore iuramenti praestitit veri similiter dispositionem ipsam impediuisset, non debet iuramentum aliquid operari, & hoc proculdubio procedit, vbi in tali donatione iurata non fuerit in specie, nec in genere renunciatum dispositioni. l. si vnquam. & in hoc omnes conueniunt, vt dicit Tiraque. in prelat. d. l. si vnquam. nu. 174. Si vero fuerit renunciatum, dixi supra, veris. Tertio, inferitur.

Quaro etiam, an dispositio d. l. si vnquam habeat locum etiam in donatione facta ecclesiis? Respon. quod sic, verum equi ecclesiis regulariter sit loco filij, vt dixi infra lib. 7. §. ecclesia, non reuocatur nisi vsque ad legitimam filij postea natis competentem, vt in donatione facta vni ex filijs, dixi supra, quaest. proxima, veris. Sed quid si pater, ita tenet Bar. in §. Imperator, nu. 6. & est communis opin. vt ait Soc. conf. filio 53. post numeru. 6. libro 4. Ripa in repet. d. l. si vnquam quaest. 49. Rub. in repeti. d. §. Imperator, nume. 226. Fortun. in tra. 2. de vltimo sine illatione 16. Didac. libro 1. resolut. cap. 19. post nume. 5. versicu. Quae. Hinc tamen opin. mihi semper visa fuit dura, nam monasterium non habet loco filij, nisi in casibus à iure expressis, vt dixi in allegato. §. Ecclesia, tamen in practica credo, quod ecclesia obtineat, nisi Episcopus vellet secundum conscientiam restituere totam donationem, & iudicio meo, si id faceret, bene, & laudabiliter faceret, vt notatur in capitulo finali 17. quaest. 4.

Item quero, an dispositio dicitur. l. si vnquam, locum habeat etiam in donatione ob causam? Respon. quod non, & est communis opinio, vt dicit Soc. in l. secunda in princ. columna 1. versicu. Secundo respon. d. l. solut. matrim. l. a. conf. filio 171. num. 1. in fin. libro 4. Nam huiusmodi donatio, cum habeat causam annexam, non autem fundat in sola liberalitate non debet

propter aliquod aliud quod superueniat, reuocari. Sed hoc intellige, quatenus causa aequalet donationi, nam in eo quod excedit, non censetur donatio ob causam, sed donatio simplex. Eademque ratione dispositio dicitur. l. si vnquam, non habet locum in donatione remuneratoria, ita tenet Bald. in d. l. si vnquam in secunda le. gura, & est communis opin. vt ait Leciuc conf. filio 366. numero 10. & dicit Iaf. conf. filio 154. numero 2. in fin. libro 2. quod ab ista sententia nemo discrepat. Ripa in d. l. si vnquam quaest. 14. Talis enim non dicitur proprie donatio, ut dixi supra quaest. 3. Intellige tamen, quatenus merita aequivalent donationi, iuxta ea quae, statim dixi.

Vltius quero, an dispositio d. l. si vnquam habeat locum etiam in legatis? dixi supra lib. 3. §. Legatum.

Successiue quero, an habeat locum etiam in legitimazione filij spurij, uel naturalis, vt scilicet talis legitimatio per superuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur dixi supra libro 2. §. Filius.

Sed quero, nunquid dispositio d. l. si vnquam, locum habeat, non solum, quando post donationem nascuntur filij legitimi, & naturales, sed etiam quando nascitur filius naturalis tantum, qui postea legitimitur, ita vt etiam eo casu donatio iam facta reuocetur? Respon. quod sic, ita tenet Ios. And. in addit. ad Spee. de success. ab intestato circa fin. in Apostil. magna. Et est communis opin. vt dicit Paris. conf. 72. nu. 21. lib. j. Huiusmodi enim filij aequi parantur legitime natis, & ideo disposita in legitimis, etiam in istis locum habent.

Sed quid si filius naturalis iam esset natus tempore donationis, sed post donationem fuerit legitimatus, nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimizationem? Respon. quod non, Et est communis opin. vt dicit Paris. in allegat. conf. filio 72. nu. 24. Hoc enim casu nulli dubium esse potest, quin de ipso filio iam nato, & esse de eius legitimazione uerisimiliter testator cogitauerit.

Præterea quero, nunquid huiusmodi reuocatio donationis, quae fit ex dispositione

dispositione d. l. si vnquam, fiat ipso iure, im mediate, quae nascuntur filij? Respon. quae sic, Ita expresse colligitur ex verbo, Reuertitur, posito in ipsa lege, quod importat dispositionem legis, nullo hominis ministerio interueniente, ita tenet glo. si. in d. l. si vnquam, & ita communiter fere ab omnibus tenetur, vt dicit Corn. conf. 4. circa princ. lib. 3. Hanc etiam opinionem docet esse communem Corn. conf. 11. in litera R. lib. 3. Rub. in repet. d. §. Imperator, num. 182.

Vltimo quero, pone, quod donator suscepit liberos, illi tamen liberi ipso adhuc superstitite moriantur, nuquid propter illorum mortem donatio ipsa reuocauisset? Respon. Bar. in d. §. Imperator, nu. 10. tenet, quod non, sed in contrarium est magis communis opin. vt attestatur Rub. in repet. d. §. Imperator, nu. 249. & seq. Cessat enim ratio coniecturatae mentis donatoris, super qua fundatur dispositio d. l. si vnquam. Quae quidem conclusio intelligenda est ut procedat, quando pater mortuus filijs donationem ipsam tacite, uel expresse non reuocauit, alias secus.

Sed quid si pater quidem donationem non reuocauerit, imò permiserit semper donatarium res donatas possidere, nunquid poterunt eius haeredes donationem ipsam reuocare? Respon. quod non, & haec est communis opin. ut ait Rub. in d. §. Imperator, numer. 253. & seq. Videtur enim hoc casu donator tacite declarasse uoluntatem suam, quod nolebat donationem reuocari, si illi non possint eius haeredes contrauenire.

QVAEST. XXIII.

SVMMARIVM.

Donatio inofficiosa facta uni ex filijs, uel etiam extraneo potest per alios reuocari, uers.

Scire debes.

Et quid sit inofficiosa re tantum, uel con filio tantum, uers. Aut uero.

Et quid si sit iurata, uers. Haec autem.

Et an filius cui pater aliquid reliquit, possit donationem inofficiosa extranea fa

ctam in totum reuocare, uers. Sed quid si pater, Et quid si pater alienauit bona titulo, uers. an sit locus reuocationis, uers. scilicet Et haec quidem.



IX I etiam, aliam esse causam, propter quam donatio potest reuocari, quando scilicet esset inofficiosa, Haec est pulchra, & subtilis materia, & alias intellexi, quod Magnus D. Camillus frat. r. meus adhuc ualde iuuenis, cum ego nondum natus essem, disputant in hac materia in ciuitate Alexandriae centum conclusiones, per decem dies continuos, argumentantibus doctoribus uenerandi nostri collegij, qui eo tempore excedebant, numero 30. de qua disputatione mentionem facit & illum appellat iureconsultum acutissimum D. Rubens Alexandrin. conciuus meus in epistola nuncupatoria posita ante repetitionem, quam addit super d. §. Imperator. ubi eleganter tractat hanc materiam, & dicit, quod in illis circulis orta fuit contentio inter ipsum D. Rubenam, & patrem meum, quem appellat senatorem dignissimum, & iureconsultum praestantissimum.

Scire debes, quod ad reuocandam donationem, ultra remedium. l. si vnquam, de quo in praecedentibus quaestionibus, est etiam à iure prodita querela inofficiosa donationis, de qua in toto titulo. C. de ino. donatio. & in d. §. Imperator, vt ergo bene intelligas hanc materiam, distinguendi sunt nonnulli casus. A ut enim quis donat extraneo omnia sua bona, uel eorum partem, quae uerisimiliter si de filijs cogitasset, non donasset, & hoc casu per remedium d. l. si vnquam, ipsa donatio superuenientibus filijs donatori, in totum reuocatur, ut dixi in praecedenti q. per totam q. Aut uero pater habens unum filium, illi donauit omnia bona, uel eorum partem, quam uerisimiliter non donasset, si alios filios suscipere cogitasset, & hoc casu si alij filij superueniant, reuocatur usque ad legitimam tantum, & ita procedat text. in l. si totas. C. de inoffic. donatio. ut dixi supra q. 22. uers.

Secundo inferitur, & hæc dicitur reuocatio-
nes fundantur super uerisimili mente do-
nantis.

Auc uero quis non agit ad reuocatio-
nem donationis, sub prætextu, quò i uer-
isimiliter donans si de ipsius filijs cogi-
tasset, donationem non fecisset, sed tanq,
quòd donatio ipsa sit inofficiosa, & itelli-
ge, quòd donatio tunc dicitur inofficio-
sa, quando donans nõ retinet in patrimo-
nio tantum quantum capit legitima filio-
rum, & hoc casu adhuc est distinguendū,
nam aut talis donatio est facta vni ex fi-
lijis, & tunc siue donatio sit inofficiosa re-
tantum, siue sit inofficiosa re, & consilio,
nunquam reuocatur nisi vsque ad legitimi-
mam aliorum filiorum. l. si liqueat. C. de
inofficio. donat. ita dicit Bar. in d. §. Im-
perator, num. 1. & est communis opin. ut
ait Picus, in l. post contractum, post nu.
3. ff. de donat. Bertrand. consilio 179. post
nume. 8. lib. 2. in secunda parte. faciunt
quæ dixi supra quæst. proxima in d. ver.
Secundo inferitur. Aut vero est facta ex-
traneo, & tunc si est inofficiosa re tantū,
reuocatur solummodo vsq; ad legitimā,
text. est in l. 1. 2. & 3. C. de inofficio. dona.
Si vero est inofficiosa re, & consilio, reuo-
catur in totum, ita tenet Bartol. in d. §.
Imperator, post num. 1. & est communis
opin. ut dicit Aret. consil. 47. post num. 3.
Socin. inter consilia Curtij sen. consil. 2.
nume. 1. Taf. in aut. unde si parens. circa
fin. C. de inoffic. testam. Picus in d. l. post
contractum, num. 6. Curt. sen. consilio 1.
num. 39. Paris. consil. 72. nume. 28. & seq.
lib. 1. & consil. 73. num. 26. & seq. eo. vol.
Natta consil. 126. num. 3. Socin. iun. con-
sil. 67. num. 55. lib. 2. Dicitur autem dona-
tio inofficiosa re, & consilio, quando pa-
ter ex proposito illam facit ad præiudi-
cium filiorum, & sic vltra legem, quæ re
ipsa interuenit, concurrat etiam animus
& consilium paternum in damnum filio-
rum, & hæc nota ad intelligentiā termi-
norum, quos multi ignorant.

Hæc autem omnia, quæ superius dicta
sunt de inofficiosis donationibus reuo-
candis, locum habent, non solum in do-
natione simpliciter facta, sed etiam in do-
natione iuramento confirmata. adhuc enim

potest non obstante iuramento reuocari.
ita dicit Bar. in d. §. Imperator, nu. 5. &
est communis opin. à qua nemo discre-
pat, ut ait Curt. sen. in d. consilio. 1. nu.
15. quem refert Didac. lib. 1. resolut. cap.
19. versic. C. gterum. Cum enim dispo-
sitiō tituli de inoff. donatio. sit introducta
fauore filiorum, non debet patris iura-
mentum in eorum præiudicium aliquid
operari.

Sed quid si pater ipsi filio aliquid reli-
quit, nunquid adhuc poterit donatiōe
inofficiosa extraneo factam in totum
reuocare? Respon. quod non, sed hoc ca-
su solummodo reuocat vsque ad legitimi-
mam. ita dicit Bartol. in dicto §. Impe-
rator, post num. 1. & est communis opi,
ut attestat Bertrand. consilio 38. num.
3. lib. primo in secunda parte. sicut et
videmus, quòd filius, cui aliquid est titu-
lo institutionis relinquitur, etiam minus
legitima, non potest testamentum im-
pugnare, sed tantummodo petere ipsius
legitimæ supplementum, ut dixi supra
libro tertio, §. testamentum questio.
38.

Et hæc quidem cōclusio locum habet
in his tantum, quæ pater donationis titu-
lo in alium transtulit, sed si pater aliquid
alienauerit titulo oneroso, eo casu non
est locus reuocationi, & licet Bar. in l. nõ
vsque adeo. post num. 1. ff. si quis à patre,
fuer. nam. tenuerit contrarium, scilicet,
quòd imò potest reuocare saltem vs-
que ad legitimam, tamen magis commu-
nis opinio est, quòd nullo modo potest
reuocare, neque vsque ad legitimam, &
ita hanc opin. contra Bart. dicit esse com-
munem Rub. in d. §. Imperator. numero
30. & sequen. ff. de legat. 2. Picus in dicta
l. post contractum, numero 13. circa fin.
& numero 15. vbi loquitur etiam quan-
do fraus patris in ipsa alienatione inter-
uenit. Quæ tamen conclusio mihi sem-
per visa fuit nimis rigorosa, & ideo v-
bi appareret, quòd ille tertius fuisset
particeps fraudis, libenter inclinarem
in sententiam Bartol. ut scilicet effectus
reuocationi, saltem vsque ad legitimi-
mam, & hæc opin. æquior est, ut omnes
sarentur.

Quæst.

QVAEST. XXV.

SUMMARIUM.

Donatio ob causam causa non secuta ipso iure reuocatur.

Donatio causa mortis potest quandoque reuocari, nisi. Sciendum est.

Et quid si post reuocationem donator sine hærede decesserit, nisi. In hoc tamen.

Et an propter conualescentiam donantis cen-
satur reuocata donatio causa mortis,
nisi. Sed nunquid.



RAETER has reuocationis
causas, de quibus præceden-
tibus questionibus tractatū
est, scire etiam debes, quod dona-
tio ob causam, si causa non
est secuta, ipso iure reuocatur & donanti
competit rei vindicatio, text. est in l. 1.
C. de donatio. ob causam. & est commu-
nis conclusio, ut dicit Curt. iun. consil.
126. nu. 14. Vulgata enim est iuris regu-
la, quòd cessante causa cessat effectus.

Sciendum est etiam, quod donatio causa
mortis potest à donatore quandoque
reuocari. l. mortis causa, la quarta, ff. de
dona. causa mor. & hoc est in iure notissi-
mum. potest autè donatio causa mortis,
non solum expressa, sed etiam tacita vol-
untatis demonstratiōe reuocari, puta, si
donator rem quam donauerat, volunta-
riè in alium alienauerit, ex hoc enim do-
natio ipsa reuocatur l. illud. ff. de donat.

causa mortis, & fuit opi. Dy. in l. Stichū
qui meus. ff. de leg. 1. quam dicit esse cō-
munem Alc. in l. non omnis, ff. si certum
pet. Didac. in Rub. de testa. in tertia par-
te, post nu. 18. versic. Quarto his, Videtur
enim ex hoc colligi donatorē ipsius do-
nationis pœnituisse, & maluisse aliū quā
donatarium rem donatam habere.

In hoc tamen proposito, nota mirabi-
lè dicit Ange. in sua disputatione incip.
Athenis miles, quod licet donator volunta-
tem mutauerit, si tamen postea cōtingat
illum decedere sine hærede ex testamen-
to, vel ab intestato, donatio non censet̃
reuocata, & mouetur per textum in l. 1.
ff. qui sine manu. ad liber. perue. & hanc
opinionem Angel. dicit esse frequentius
receptā Didac. in dicta tertia parte, nu-
mer. 24. quæ licet ut ipse subdit, in pun-
cio iuris non satis bene sustineri possit,
non tamen putarem ab ea esse in practi-
ca recedendum.

Sed nunquid ob conualescentiam do-
nantis, reuocata censetur donatio causa
mortis, etiam si aliud de expressa aut taci-
tè illum donationis pœnituisse non ap-
pareat? Respon. si quidem donatio facta
fuit nullo instante periculo, non reuocatur ob donantis conualescen-
tiam, sed si facta fuit instante periculo,
vtique reuocatur. ita intelligi debet tex.
in l. si mortis causa res donata. ff. de do-
natio. causa mortis, & est communis opi-
nio. ut ait Aleat. in dicta l. non omnis,
quæ refert Didacus in rubrica de testa.
in tertia parte, post nu. 23. versiculo, Se-
cundo reuocatur. Et hæc hætenus.

Tract. Iul. Clar. K 3 CAPI-

CAPITA QVAESTIONVM.

- Q1 Emphyteusis quid differat à contractu li-
bellario, & censuali.
- 2 Emphyteusis an sit contractus nomina-
tus.
- 3 In contractu emphyteutico an requira-
tur, quòd à principio praestetur certa
quantitas.
- 4 In contractu emphyteutico an requiratur
scriptura.
- 5 Vassallus an possit concedere in emphy-
teusim bona feudalia Remissi-
ue.
- 6 Praelatus an possit bona ecclesiae concedere
in emphyteusim.
- 7 Ex quantitate temporis solutione presuma-
tur emphyteusis praesens Remis-
sive.
- 8 Emphyteuta tenetur solvere canonem, alias
cadit à iure suo.
- 9 Et an cadat ipso iure, an autem requira-
tur declaratio.
- 10 Dominus recipiendo personam, an censua-
tur remissive caducitatem.
- 11 Dominus an possit post declaratam cadu-
citatē ingredi propria auctoritate rem
emphyteuticam.
- 12 Quo tempore sit soluenda pensio.
- 13 Emphyteuta non potest alienare rem em-
phyteuticam domino irrequisita.
- 14 Et an possit eam cum alijs emphyteutis di-
uidere.
- 15 Et an possit illam alteri legare, aut dona-
re.
- 16 Et an possit illam prelegare uni ex fi-
lijs, vel alteri in ea illis praevincula-
re.
- 17 Et an possit illam sine consensu domini per-
mutare.
- 18 Et an pignori, vel hypothecae.
- 19 Et an locare.
- 20 Et an concedere in emphyteusim.
- 21 Et an constituiere servitutem in fundo em-
phyteutico.
- 22 Emphyteusis an possit alienari in potentio-
rem.
- 23 In alienatione rei emphyteutica solvenda
est domino laudemium.
- 24 Emphyteuta propter alienationem rei em-
phyteuticæ, cadit à iure suo Remissi-
ue.
- 25 Emphyteuta intercurrentes possessionem do-
mini, an cadat à iure suo.
- 26 Emphyteuta an possit expelli propter dete-
riorationem.
- 27 Emphyteuta cessans per triennium in sol-
tione canonis, cadit à iure suo Remis-
sive.
- 28 Emphyteusis an transeat ad extraneos ha-
redes.
- 29 Emphyteusis an transeat in fiscum.
- 30 Filij naturales an succedant in emphy-
teusi.
- 31 Legitimi an succedant in emphyteusi.
- 32 Utrunque an succedant in emphyteusi.
- 33 Emphyteusis an transeat in monaste-
rium.
- 34 Quomodo intelligatur in concessione in-
uestitura tertia, vel quarta genera-
tio.
- 35 In emphyteusi concessa pro se, & filijs,
& nepotibus, quo ordine succedat-
ur.
- 36 Nepos ex filia an succedat in emphy-
teusi.
- 37 Emphyteusis an transeat ad filios, etiam si
non sint haeredes.
- 38 Et an transeat ad institutum in re cer-
ta.
- 39 In emphyteusi nunquid locum habeat ius
accrescendi.
- 40 Filius an teneatur paternis creditoribus
de emphyteusi satisfacere Remis-
sive.
- 41 Argumentum etiens in re emphyteuti-
ca, cui cedat.
- 42 Emphyteusis quomodo finitur.
- 43 Finita emphyteusi, an possint filij, vel a-
gnati petere renovationem inuestitu-
re.
- 44 Finita emphyteusi, an possit dominus in-
gredi rem emphyteuticam propria aucto-
ritate.
- 45 Finita emphyteusi, an remaneant meli-
oramenta.

46 Emphyteuta an teneatur ad collectas.

47 Quæ actio competat pro emphyteusi.

48 Intra ciuitia loquentia de emphyteusi, an habeant locum in emphyteosi ecclesiastica.

49 Bona emphyteutica an possint dici allodialia.

50 Argumentum de feudo ad emphyteusim, & e contra, an procedat Remissio.

77
IULII CLARI
ALEXANDRINI,

IVRECONSULTI CLARISSIMI,
AC REGII SENATORIS,

Ex libro Quarto Sententiarum
Receptarum.

S. EMPHYTEUSIS.



Reuior erit hic Tractatus (vt opinor) omnium expectatione. Est enim hæc emphyteusis materia ferè vbique frequens, & quotidiana. Sed huius rei duo præcipuè in causa fuere. Primum, quod ex his quæ ad hæc materiam pertinent, aliqua in feudalibus quæstionibus à nobis tractata sunt.

Alterum (quod alicui forte mirum videbitur) quòd Alexandria nulla ferè est domus, nulla area, fundi uero paucissimi, hoc emphyteusis uinculo obstricti, atque inde euenit, ut cum in hac materia nunquàm de facto consultus respōderim, aut iudicauerim, in hoc Paragrapho ea tantum scripta sint, quæ in tumultuaria lectione obiter occurrerunt. At uero in hac Mediolanensi urbe nihil aliud sonant iudicantium palatia, quàm emphyteuticorum canonum solutiones, & potestates si perinde caducitates.

QVAESTIO

SVMMARIVM.

Quid differat contractus libellarius ab emphyteusi.

Et quid contractus censualis, versic. Contractus autem.

Et an in dubio censatur contractus censualis, vel emphyteuticus, versic. Sed pone.

Et quid differat simplex locatio ab emphyteusi, versic. Quid autem.

Et quid si praestetur magna pensio, & correspondens fructibus, versic. Et adverte.

Et quid si in instrumento promiscue facta sit mentio de emphyteusi, & locatione, versic. Vnuicias.



PRO intelligentia itaq; verminorum, scire debet, quod nonnulli sunt contractus emphyteusi valde similes & affines, puta contractus libellarius, censualis, & locatio. Quæro ergo quid ab emphyteusi differant huiusmodi contractus? Respond. Contractus libellarius dicitur, quando vassallus, vel emphyteuta concedit alteri pro certa annua pensione prædium; quod ipse habuerat ab alio in feudum, vel emphyteutium, & sic, quando concedens, non est dominus, scilicet directi domini, & hoc est, quod vulgo appellamus emphyteutium subalternam. Quando vero concedens est dominus, tunc proprie dicitur contractus emphyteuticus, & ita firmant communiter Doctores, vt dicit Iaf. in l. 1. post nu. 29. C. de iur. emphy. Quidquid tamen sit ex proprietate dictionum, hodie contractus emphyteuticus, & libellarius (saltem ex communi vlti loquedi) idem sunt, & in hoc omnes conueniunt, ut ait Dec. consil. 146. num. 2. quem refert Paris. consil. 77. num. 12. lib. 3. & ita video in distincte obseruari in hac prouincia, in qua passim hæc duo pro sinonymis repu-

tantur, & dispositum in uno absque controuersia locum habet etiam in altero. Hodie enim ab utrimq; istis vocabulis, vtendo illis promiscue, & ponendo vnu pro alio, vt dicit Ang. consil. 184. num. 3. Tiraquel. de retractu muni. § 33. gloss. 1. numero 1.

Contractus autem censualis differat ab emphyteutico, nam in censuali transferatur in recipientem dominium, tam directum, quam vtile, in emphyteuti autem non transferatur nisi utile, directum vero remanet apud concedentem. ita dicit gl. in cap. constitutus in verbo, iuxta ratam in fi. de Religio. domibus. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Abbas ibi, nu. 20. & ita dicit firmare communiter Doctores Iaf. in d. l. 1. nu. 39. C. de iure emphyt. & sic censum soluius de re nostra, pensionem vero de re aliena. Proprie enim canon qui soluitur ab emphyteuta dicitur pensio, ille vero, qui soluitur a censuali dicitur census, licet hodie promiscue vtamur etiã ijs vocabulis, ut attestatur Abbas in loco præallegato. & ex hac differentia inferitur ad unum, quod est maxime importanti, quia scilicet, si censarius cesset in solutione canonis per biennium, non cadit ipsa re censuali vt dixi supra §. Censui, Secus autem in emphyteuta, de quo late dixi infra q. 8.

Sed pone, quod ego acceperim aliquam domum, vel fundum pro annua pensione, seu canone, nunquid in dubio censetur contractus censualis, vel emphyteuticus? Respond. Doctores dicunt, quod si vniformiter solutum fuerit quorams certum quid, præsumitur potius solutum iure emphyteutico, vel colonia perpetuæ, quam iure census, hoc enim est in minus præiudicium concedentis, & ita tenet communis schola scribentium, ut attestatur Beroius quæst. 14. numero 1. Quod ergo intelligo, vt procedat tam in concessione facta a priuato, quam in concessio-

ne

ne facta ab ecclesia, nam utroq; casu militat eadem ratio. Bene verum est, quod si ex verbis cõcessionis expresse appareat possit de quo contractu ipsi contractus sensissent, non est a verborum proprietate recedendum, in dubio aut standus est in regula, quod præsumatur emphyteusis, vel locatio perpetua, potius quæ censui.

Quid autem differat simplex locatio ab emphyteusi, sunt termini omnib. notissimi.

Et adverte, quia si præstatur modica pensio, & in pecunia, dicit potius iudicari emphyteusim, quæ locatio, nam pro contractu emphyteutico soluit quid minimum pro recognitione, & hæc est proprie eius forma, & in hoc omnes consentiunt, vt dicit Natta consil. 49. post nu. 7. si vero præstatur magna pensio, que fructibus correspondeat, vel quasi, vel præstet aliqua pars fructuum, debet potius iudicari locatio quæ emphyteusis, & quæ quando pensio quæ præstatur correspondet fructibus, debeat de tali contractu iudicari tanquam de locatione, potius quam de emphyteutica cõcessione, dicit concludere communiter scri. Cagu. in l. 2. nu. 202. C. de resc. ven.

Vnuicias, quæ si in aliquo contractu sit promiscue facta mentio de emphyteusi, & locatione, vel contractu libellario, debet attendi conuentiones, & pacta de quibus in ipso instrumento, cuius contractus magis conueniant, & secundum illa debet iudicari, in qua speciem contractus cadat illa enim denominatio nihil facit, sed potius attendit effectus rei, & hæc est communis opinio, vt dicit Bello, consil. 21. nu. 5.

QVAEST. II.

SVMMARIVM.

Emphyteusis an sit contractus nominatus.



VARRO, nunquid emphyteusis sit contractus nominatus? Respond. quæst. sic, habet enim elegans nomen, & ab alijs distinctum, vt dicit Ang. in l. 1. num. 1. C. de

iure emphyt. & ita communiter concluditur, ut ait Iaf. in præiud. seu dorum. nu. 24. in fin. Utilitas autem est maxima, quia in contractibus nominatis, non est licita pœuentia, licet secus sit in contractibus inuominatis, vt dixi supra hoc eq. lib. §. 1.

QVAEST. III.

SVMMARIVM.

In contractu emphyteutico, vel libellario, an requiratur, quod a principio præstetur certa quantitas.



VARO, nunquid in contractu emphyteutico, vel libellario, necessitate requiratur, quæ a principio præstetur certa quantitas? Respon. in hoc varia sunt Doctorum opinio. nam Iacob. de Aren. in l. prima, C. de iure emphyt. tenet, quod de substantia, & forma contractus emphyteutici requiratur, quæ a principio præstetur certa quantitas pro primo ingressu, & dicit Alber. in d. l. prima, quod hæc opinio communiter approbatur, quem refert Dec. in ca. in præiudicia, num. 48. in fin. de probatio. Contrariam vero sententiam, quod scilicet non requiratur, quæ a principio præstetur illa certa quantitas, videtur sensisse Bar. in l. si mihi, & titio, post nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quæ emphyteusis dupliciter haberi potest, scilicet titulo lucrario, & titulo oneroso, id est quando præstatur certa quantitas, & hæc dicit esse communem Petrus in dicta l. prima, vbi etiam subdit, quod ita seruat de consuetudine. Idem dicit Cyn. in dicta l. prima, quem referunt Salicet. ibi, numero tertio, & Iafon. num. 3. & Paris. consil. 77. num. 13. lib. 3. Dicit etiam Abb. in c. potuit, num. 6. in fi. de locato, quod ita dicunt communiter Doctores. Vnde cum hæc opinio, quæ etiam de iure verior videtur, sit indubitate consuetudine comprobata, non est ab ea iudicandum, aut consulendo recedendum.

Quæst.

QVAEST. III.

SVM MARIVM.

In contractu emphyteutico, an requiratur scriptura.

Verò, nunquid de substantia contractus emphyteutici requiratur à principio scriptura? Respond. q sic, alias contractus ipse nō valet. ita tenet gl. in l. j. in verbo, Alienationis. C. de iure emphyt. Et ita cōiter tenetur, vt ait Saly. in d. l. i. nu. 5. quem refert Aret. in §. adeo, nu. 8. in titu. de locato. Hanc etiam dicit esse communem opin. Imola in cap. potuit, post num. 7. vers. Item differt à contractu & c. de locato. subdens, q est etiam seruanda in practica. Socin. conf. 169. num. 12. lib. 2. quod est duplicatum in conf. 120. li. 4. Ial. in d. l. i. nu. 61. & seq. C. de iure emphyt. Afli. d. decil. 72. antenu. 8. & quod contractus emphyteuticus nō possit probari nisi per scripturā. Idem dicit Socin. in d. l. i. nu. 5. Contrariam tamen sententiā, quod scilicet possit etiam sine scriptura celebrari contractus emphyteuticus, tenuit glo. in dicta lege prima, in verbo, Scriptura, & hanc approbat consuetudo, vt dicit Barrol. in dicta lege prima, numero sexto. Angel. in dicta lege prima, numero 3. Paris. consilio 87. numero 16. & sequen. libr. tertio, vbi dicit, quod licet cōtraria opin. videatur magis communis, tamen quia ista est approbata per consuetudinem, esset seruanda. Idem dicit Socin. in dicto consilio 169. numero 12. Ego tamen non puto ita absolute verum esse, quod hęc opinio. sit recepta à consuetudine, & multi etiam Doctores attestant se vidisse contrarium obseruari, præsertim Aret. in dicto §. adeo, numero 8. propterea crederem melius esse in practica adherere communi opinio. quę etiam tutior est, & equior, nisi in specie apparet in eo loco, in quo contingeret hoc deduci in controuersiam, contrarium obseruari. hoc enim casu non esset

ab huiusmodi consuetudine, & obseruantiã recedendum.

QVAEST. V.
SVM MARIVM.*Vasallus an possit rem feudalem alteri concedere in emphyteusim. Remissus.*

Verò, nunquid vasallus possit rem feudalem concedere alteri in emphyteusim? dixi j. hoc eodem libro, §. Feudum, q. 33. vers. Idem etiam.

QVAEST. VI.
SVM MARIVM.*Prælati potest concedere in emphyteusim bona ecclesie, que solita sunt in emphyteusim concedi.**Et an si concedantur alio modo, quam solita sunt concedi, vitietur in tota concessio, an autem quatenus excessus est forma solita, vers. Scias tamen.**Et vsque ad quam generationem possit res ecclesie in emphyteusim concedi, vers. Quæro vsque.**Et an possint concedi etiam pro heredibus extraneis, vers. Sed nunquid.*

Verò, nunquid prælati possit concedere bona ecclesie in emphyteusim? Rñ. si quę bona ipsa sunt ipsius ecclesie pleno iure, non potest prælati ea in emphyteusim concedere, nisi iustificata legitima causa, & debitis solennitatibus interuenientibus. & de hoc non est dubitandum, quia concessio in emphyteusim est species alienationis, & si prælati à iure prohibet locare res ecclesie ad longum tps, vt dixi j. hoc eodem libr. §. locatio, multo minus dicendum est ei concedi, ut possit eas dare in emphyteusim, q plus est, q locatio. Si vero res ecclesie solite essent in emphy-

emphyteusim concedi, bene possit prælati, si ad ecclesiam aliquo casu reuertetur, illas concedere in emphyteusim absq; solemnitatibus rei ecclesiasticę alienatione requisitis, ita colligit ex tex. in ca. 2. de feud. quem ita communiter Doctores interpretantur, vt ait Didac. lib. 2. re solut. cap. 17. num. 4. & hæc est communis conclusio, ut dicit Soci. consilio 169. num. 9. lib. 2. quod est duplicatum in consilio 120. lib. 4. & in hoc proposito videnda sunt ea quę dixi in dicto §. Feudum quest. 13.

Scias tamen, quod debet huiusmodi concessio in emphyteusim fieri, eo modo quo solita est, alias non valet, & quidem, quantum ad id in quo excessus est forma solita, nullus est q dubitet, quin concessio ipsa corruat, Punctus est an vitietur in totū, an autem sustineatur quatenus facta est intra solitam formam. Aliqui enim dixerunt, quod non vitietur in totum, sed sustineatur, quatenus est solita concedi, & fuit opi. Bald. in auct. si quas ruinas, num. 2. C. de sacrosanct. eccle. vbi vult, q si res ecclesie est solita concedi in emphyteusim, vsque ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio sustineatur vsque ad tertiam tantum, & in reliquis vitiet, & hanc opinionem dicit esse communem Ial. in auct. q rem, num. 21. C. de sacrosanct. eccle. Dec. in d. auct. qui rem, num. 22. quem refert Tiraquel. de retractu conuentionali in fin. operis, num. 144. Claud. in l. prima. §. sed si mihi, numero 3. ff. de verb. oblig. Curt. Junior de feud. in prima secundæ principalis in sexta quæst. Alciat. in dicto §. sed si mihi, numero 20. Et dicit Didac. lib. secundo resolut. cap. sexto, numero 5. quod hæc sententia est frequentiori calculo recepta. Contrariam vero sententiã, scilicet, q immo vitietur in totum, videtur tenuisse Barto. in d. auct. qui rem, numero 7. & reperio, q Alexan. consilio 143. num. 3. libr. septimo dicit, quod hæc est magis communis conclusio, saltem quando est vnica concessio, quod esset magnum verbum, si esset verum. Ego tamen credo proculdubio contrariam opinionem esse veriorẽ, & ma-

gis communem etiam in casu quo vnica tantum concessio facta esset, non enim debet vtile per inutile vitari, quando recipit commodam diuisionem, sed si esset dare casum in quo vtile ab inutili non posset commode diuidi, bene crederem, q tota concessio vitietur, vide quę dixi in d. §. feudum q. 13. in fin.

Quæro vsque ad quam generationem possunt res ecclesie in emphyteusim concedi? Respon. tex. in §. emphyteusim. in auctentic. de non alienan. videtur innuere, q non possint concedi nisi in accipientis persona, & in duobus eiusdem personę heredibus, & sic nisi vitietur in tertiam generationem. Nihilominus tenenda est contraria opi. quod scilicet possint concedi ultra filios, & nepotes, & videt text. in §. licentiam in auct. de alien. & emphy. & hæc opi. dicit esse communem Alexan. consil. 110. num. 19. libr. tertio. & q possit concedi pro omnibus descendentiis vsque in infinitum, dicit esse communẽ Zanolus de Cautellis inter consilia Anch. conf. vltimo, nu. 8. Gozad. consil. 25. post num. 20. ver. Ad decimum, & in hoc non est dubitandum.

Sed nunquid poterunt etiam concedi in emphyteusim pro heredibus extraneis? Respond. in hoc articulo doctores variè loquuntur. Aliqui enim tenuerunt, quod possit concedi etiam pro heredibus extraneis. & hanc opinionem dicit esse magis communem, maxime modernorum Socin. consilio 266. numero 33. li. secundo. Alij vero multi tenuerunt contrarium, scilicet, q immo non potest etiam expresse concedi, ita vt transeat ad extraneos heredes. & hanc opin. dicit esse communẽ Imol. in l. ex factis, la grande, num. 14. in fin. ff. de hered. insti. prout illum refert Alexan. in l. etiam, post num. 3. ff. solut. matrim. licet reuera Imola ibi loquatur solummodo, quando emphyteusis est simpliciter concessa, vt retuli infra q. 28. vers. Tertius est, idem dicit Rubeus, in l. Gallus, q. quidã recte, numero 197. & numero 203. Sed aduerte, ne quiuoces, aliud enim est, quęrere, an res ecclesie possit concedi in emphyteusim, hoc expresse acto, quod trans-

eat etiam ad extraneos heredes, & non est iudicio meo dubitandum, quin possit modo libite legitima causa, & debite sollicitates interuenire. Et ita hæc esse communem opi. atque tur. Gratius conf. 128. num. 6. lib. 2. Si enim, vt superius dixi, his duobus concurrentibus, possunt res ecclesie alienari pleno iure, multo magis debent posse alienari solummodo respectu utilitatis domini, & in istis terminis procedat cõf. liti Soc. superius allegatum. Aliud uero est querere, an emphyteusis ecclesiastica simpliciter concessa alicui pro se, & heredibus, transeat et ad heredes extraneos, & si sit aliq. iudicium, de quibus latius dictum est suo loco infra q. 28. in dicto versic. Tertius est casus, cum seq.

Q V A E S T. VII. S V M M A R I V M.

Ius emphyteuticum quanto tempore prescribatur Remissum.

Quero, ex quanti temporis prescriptione prescribatur ius emphyteuticum, dixi infra libro septimo, §. prescriptio.

Q V A E S T. VIII. S V M M A R I V M.

Emphyteuta cessans in solutio canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.

Quid si in contractu appositum fuerit in ramentum, versic. Et hoc quidem.

Quid si sit res inæquæ valoris, & pensio sit minima, versic. Sed pone.

Quid si pensio non erit minima, sed in parte tantum cessatura fuerit, versic. Hoc autem.

Quid si emphyteuta non possidebat rem ipsam emphyteuticam, versic. Sed quero.

Quid si emphyteuta propter bellorum calamitates nullas fructus percipere potuit, versic. Sed quid si emphyteuta.

Et an propter sterilitatem faciendâ sit remissio emphyteutæ, versic. Sed num. quid.

Et quid si in re emphyteutica contingat dânum, a fortiori, uel corrosione fluminis, versic. Quæ pro etiam.

Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticam, versic. Prosequendo.

Et an oblatio canonis sufficit ad emendam præsentem caducitatis, versic. Pone, quod emphyteuta.

Et an solutio canonis facta per procuratorem proli emphyteuta, versic. Sed quid si ipse.

Et quid si in contractu emphyteusis fuerit propter cessationem appositâ aliqua pena an aliquid potius propter cessationem expelli, versic. Vtlierius quero.

Et quid si emphyteuta plures heredes reliquerit, & unus tantum cessauerit in solutio canonis, an tota res emphyteuta cadat incommuni, versic. Quæ pro quid si emphyteuta.

Et an cessatio facta per patrem nocet eius filijs sociatis in inuestitura, versic. Sed hic quero.

Et an emphyteuta, qui cautionem non soluit, possit perire moram, versic. Item quero.

NOTISSIMA est conclusio q. emphyteuta tenet soluere domino directo canonem, siue pensio illi debita, & simillam; alias, si cessauerit in solutio canonis, cadit a toto iure, q. habet in ipsa re sibi in emphyteusi concessa, ita q. utile dominum consilidatur cum directo, & sic applicatur ipsi domino directi, & intellige, q. non per simplicem cessationem vnius anni cadit ab emphyteusi, sed requirit, q. cesset per triennium integrum, si sit emphyteuta primiti, si uero sit emphyteuta ecclesiæ, requiritur, q. cesset per biennium integrum, & de hoc sunt text. aperti in l. 2. c. de iure emphy. in ca. potuit. de locato in quibus locis ordinariè tractatur hæc materia.

Et hoc quidem absq. dubio procedit, ubi

ubi in contractu ipso emphyteutico non est appositum iuramentum. Sed quid si contraheus inuestituræ sit iuramento confirmatus, nunquid adhuc procedit conclusio, vt non incurrat caducitatem, nisi per triennium integrum cessauerit? Respon. Bald. in cap. querelam de iurei. tenuit, quod statim, quod cessauerit per annum, efficitur peritius, & cadit a iure suo. & hanc opin. dicit esse communem. Guliel. de Benz. in repe. c. Raynuttus. in verbo. Testamentum, et tertio, num. 27. Gozad. consilio 57. post num. 19. versic. Non obstat allegata. Est magna decisio, maxime ijs temporibus in quibus notarij in omnibus instrumentis inierant iuramentâ, & per simplicem casum cuiuscunque scripturæ, illa queant animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt, quid illud importet, & propterea hæc opin. mihi nunquam placuit. debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus super quo interponitur, uo quidem vt amplius eius naturâ, sed vt confirmet, vt dixi infra libro septimo. Si iuramentum sit ad hoc per tenentes communem opinionem non accommodatur iudicio meo aliquod concludens responsum, & certe si casus contingeret (saluo tempore iudicio sanctæ Romanæ ecclesiæ) de facili inclinarem in contrariam sententiam, quæ equior est, & forte illam etiam sequeretur Senatus noster, qui semper innititur equitati, & qui quotidie solet dispensare contra caducitates, pro vna vice tantum, tanquam in introductas a mero rigore iuris.

Sed pone, quod quis habeat in emphyteutium rem magni valoris, puta scutorum mille, pro minima annua pensione, puta vnius leuci, nunquid si cessauerit per triennium, incurret penam caducitatis? Respon. quod sic, ita allegatur tenere gl. in auct. qui rem. in verbo, Repelli potest. C. de sacrosan. eccles. licet reuera arguat pro, & contra, & nihil determinet imò potius videatur residere in contraria opin. Sed quid quid sit, hanc opinionem sequuntur omnes Doctores vt dicit Apostil. ad dictam gloss. Et dicit Bart. in dicta auct. qui rem. num. 5. quod ita tenent

omnes Doctores. Idem dicit Ripa in repet. l. fin. num. 730. C. de euocan. donat. Hanc etiam opin. dicit esse communem Dec. in d. auct. qui rem. nu. 3. subdens, q. ita seruata consuetudo, quem refert Afil. dicit. 80. num. 7. in fin. propterea in practica non esse ab ea recedendum, nã in constituenda pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, potius habetur in consideratione recognitionis directi dominij, quam emolumentum ipsius concedentis, & ideo in hoc proposito, eadem ratio militat in parua pensione, quæ in magna forte maior est contemptus in modica summa, quam in maiore.

Hoc autem de plano procedit, quando (vt dixi) pensio ipsa constituitur solummodo in vno nummo. sed quid si pensio constituitur in decem leucis, & per triennium cessatum fuerit in solutio quatuor, vel quinque scutorum, nunquid dicendum est, quod cadat a tota emphyteusi, an autem cadat tantum pro rata eius in quo cessauit? Respond. Specul. de locato. §. nunc aliqua quest. 29. tenet, quod licet cessauerit tantum pro parte, nihilominus cadat a toto, & hanc opinionem dicit esse magis communem Ias. in l. 2. num. 54. C. de iure emphy. quem refert Apostil. ad Riminal. consil. 287. sub num. 5. Ipsemet tamen Speculator ibidem in sequen. quest. quæ est quest. 30. videtur tenere totum contrarium, quod scilicet solummodo pro rata incidat in caducitatem, ut ponderat Iason in loco præallegato, dicens mirum esse, quod Speculator ita festinãter fuerit sibi contrarius. Ego tamen aliquando dicebam ita posse distinguí, ut ille due decisiones Specul. ad concordiam reducerentur. Aut pensio erat vnus nummi, & cessans in illo nummo non excusatur a caducitate, vt dictum est supra, versic. proximo. & in istis terminis non loquitur Specul. in 29. nec in 30. questio. Aut pensio erat maioris summe, & tunc, aut emphyteuta cessat in parte notabili, puta dimidia, aut tertia, vel quarta parte, & si quidem cessauit per errorem, vel paupertatem excusatur, non solum pro parte qua soluit, sed etiam pro toto. Aut vero. non apparet de paupertate, neque

neque de errore, & tunc cadit à toto, secundum opi. Specular. in d. q. 29. q. etiam est communis, ut superius dixi. Quam tamen ego intelligo vt procedat, quando stabatur vnica pensio super tota re, puta decem aurei super vna domo, vel fundo, &c. secus autem si pensio præstaretur ad ratam, puta p. quinquaginta perticis terræ, ad rationem solidorum decem pro singula pertica, nam hoc casu inclinando in initio rem partem, teneo, quod ex quo qualibet pertica habet quodammodo constitutam suam pensionem, non caderet emphyteuta nisi pro illis perticis, pro quibus non perfoluisset pensionem, ut quis non puniatur, nisi eatenus quatenus deliquit. Regulariter enim quis puniri non debet nisi in eo in quo deliquit. l. rescriptum, ff. de his quibus vt indig. & est communis regula, ut ait Ioan. Monach. in ca. 1. numer. 2. de hæret. in sexto. Faciunt q. dixi, infra hoc eo. lib. §. feudum, q. 31. versic. Sed pone. Aut vero emphyteuta cessauit in minimo, puta quia si pensio erat sex aut octo scutorum, cessauit in vno, & hoc casu esset excusandum à caducitate pro rata, & in istis terminis loqui videtur Specular. in d. q. 30. Ego tamen de facili inclinarem, q. excusaretur in totum, maxime ubi nõ appareret illum cessasse propter contumaciam, vel contemptum, quod in dubio presumendum non est, & ita in facti contingentia iudicauit Senatus in publica audientia in causa cuiusdam Dionisij Gerenzani, q. ex ficto florenorũ 16. cessauerat in tribus libris imperialiũ.

Sed quæro, quid si emphyteuta per illud tempus quo à solutione cessauit, rem ipsam emphyteuticam non possederit, nunquid hoc non ateno adhuc incurrit caducitatem? Respon. Specular. in d. §. nunc aliqua versicul. LXXXII. tenuit, quod sic. Tu tamẽ tene contrarium. Non enim potest dici emphyteuta esse in aliqua culpa, ex quo rem ipsam non possidebat & ubi non est culpa, non debet imponi pœna, & ita secundum hanc opinionem quæ etiam aequior est, & tutior consulerunt Socin. Junior, & Dec. inter consilia Socin. Jun. in primo vol. consilio 70. vbi multas recensent auctoritates, & nume.

16. dicunt, quod cum tot tantique iuris vertices ita firmanerint, nefas esse arbitrari ab eorum sententia recedere, q. numero, & auctoritate ipsorum consideratis communior. & verior dici potest. Quam tamen intellige vt procedat, nisi emphyteuta fuisset in culpa, quo minus possessionẽ ipsius rei emphyteuticæ adeptus esset, vel nisi postquam illam possidere cœpisset, dolo desisset illam possidere. His enim casibus non esset à caducitatis pœna excusandus.

Sed quid si emphyteuta rem quidem possederit, sed propter bellorum calamitates nullos fructus ex ea percipere potuerit, nunquid tenebitur etiam ad solutionem pensionis, pro eo anno q. uo nihil percepit? Respon. q. non. ita tenet Iac. de Arena. quem sequitur Bar. in l. 1. in fi. C. de iur. emphyt. & hæc est communis opi. Legistarum, ut dicit Abbas cap. potuit, num. 18. de locato. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imola in d. cap. potuit, num. 42. & seq. quem refert Alex. in l. interdum, §. quod ex naufragio, nu. 5. & seq. ff. de acquir. posses. Corn. consil. 187. col. 1. 5. in littera F, lib. 2. Guarnier. in d. l. quem refert Iason ibi, post num. 91. versic. Ad idem sexto, Iac. consil. 54. post num. 2. versic. Non obstat vltimum lib. 1. Corset. in repertorio Abb. in verbo, Emphyteuta. Claud. in d. §. quod ex naufragio, num. 3. Sigismund. consilio feudali 2. post nu. 11. Breuiter in hoc proposito, siquarum an emphyteuta qui tempore belli nullos potuit fructus percipere, excusetur à caducitate, si canonem debitum non p. soluit, teneo, quod proculdubio excusetur, etiam si per mille annos, quibus propter bellũ nihil percipit, semper cessauerit, ex quo enim non percipit fructus, non potest proprie dici possedisse, merito excusandus est à pœna propter cessationem incurſa, à qua regulariter qualibet causa colorata, etiam iniusta excusat, vt dixi infra lib. 5. §. fin. quæſtio 60. versic. Et generaliter. Si vero queramus an excusetur à solutione canonis, mihi placet opi. venerandi Collegij Mediolanensis, quam refert Cuman. in dicto. §. quod ex naufragio, vt scilicet distinguamus,

an pensio sit magna, vel parua, si est magna, teneo, p. excusetur, si vero est parua, non excusetur, & intelligo paruam pensionem illam, quæ præstatur potius in signum recognitionis directi domini, quam ad rationem fructuum, puta, quia sit decima pars, vel minor eius quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur, & hæc opinio iudicio meo est valde æqua, & in iudicando sequenda, Aduerte tamen, quia Doctores ferè omnes in hac materia loquuntur, quando nihil prorsus percepit, nam si emphyteuta aliquid etiam modicum percepisset, etiam si sit minus dimidia eius quod ipse soluit pro pensione, crederem non esse excusandum à solutione, bene posset à caducitate propter cessationem incurſa excusari. Semper enim debemus, quantum possumus, inclinare in eam partem, vt caducitati locus non sit.

Sed nunquid propter sterilitatem facienda est remissio emphyteute? Respon. quod non, ita tenet gloss. in d. c. potuit, in verbo, Expelli potuisset. de locato & ita communiter tenetur: ut ait Iac. in l. 1. nu. 18. C. de iure emphyt. quem refert Gratius consilio 128. nu. 9. libro 2. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Abb. in capi. propter sterilitatem, nu. 3. de locatio, quem refert, & sequitur Bello. consil. 21. num. 5. Natta consil. 49. num. 12. vbi dicit, q. hæc est communis sententia scribentium in vtroque iure, à qua nullus, discrepat, & consil. 194. num. 5. dicit, q. ita omnes indistincte concludunt. Ratio autem differenti est inter bellum, & sterilitatem potest considerari, quia tempore sterilitatis emphyteota non desinit possidere, colèdo, & fructus ex re emphyteutica, licet modicos percipiendo, secus autem quando tempore belli non potest ad culturam bonorum, neque ad collectionem fructuum accedere, Est etiam intelligenda hæc conclusio vt procedat, etiam si emphyteota ex ipsa re non potuerit tantum percipere, quantum soluit pro pensione: neque etiam eius dimidium, nisi tamen pensio corresponsderet fructibus, tunc. n. cum emphyteosis ferè in omnibus æquiparetur locationi, iudex poterit arbitrari circa remissionem faciendam, iuxta ea

quæ dixi infra hoc eod. lib. §. locatio, nisi tamen bona, tempore quo fuerunt concessa i emphyteosis, uidentur sterilia, vel inculta, nam hoc casu nunquam propter sterilitatem esset facienda remissio. Bene versic. est, q. si annis sterilibus emphyteota cessauerit à solutione, putarem illum ex ea causa excusandum à caducitate, vt in stipili dixi supra versic. Prox. licet deinde posset per dominum directi compelli ad integram solutionem pensionis.

Quæro etiam, quid si in re emphyteutica cõtingat aliquod damnum, puta corrosione fluminis, vel casinate, uel huiusmodi, ni quid emphyteota excusabitur à solutione pensionis? Respon. si damnum sit tale, propter quod res funditus perierit, utiq. excusatur, sed si damnum solummodo sit pro parte, non liberatur emphyteota, neque in totum, neque etiam pro parte. sit hæc opi. est communior, vt dicit Abb. in d. ca. potuit, num. 26. de locato. Et q. dummodo aliquid superfit de re emphyteutica, nõ liberetur emphyteota, dicit communiter teneri Iac. in d. l. 1. nu. 77. C. de iure emphyt. & solent de hoc de cantari duo versus vulgarissimi.

Si perit tota, non dolet emphyteota

Sed si pro parte, nulla se liberat arte.

Cum enim pensio, quæ soluitur pro re emphyteutica, soluat potius in recognitionem directi domini, quod est indiuisibile, quam ad rationem bonorum, merito licet pro parte res pereat, non debet emphyteota liberari. In vno tamen casu ergo ab hac opin. communi recederem, quando scilicet duo concurrerent. Primum, quod pensio corresponsderet fructibus, vel quasi. Secundum, quod pensio ipsa esset constituta ad ratam bonorum, puta ad rationẽ solidorum decem pro singula pertica, vel huiusmodi, nã hoc casu æquum esset, vt pensio detraheretur pro rata, sicut etiã pro rata fuisset constituta.

Prosequendo materiam conclusionis superius factæ, q. si emphyteota, cessans à solutione canonis cadit à iure suo. Quæro, nunquid locum habeat etiã si emphyteota ignoraret rem esse emphyteoticã, puta, quia successisset in ius alterius, vel huiusmodi? Respo. q. sic de rigore iuris, Traç. Iul. Clar. L sed

sed de equitate datur huic heredi (etiam si sit maior 25. ann.) ex capite probabilis ignorantie, restitutio in integrum, aduersus canonem non solum, ex clausula generalis, si qua mihi iusta est, &c. ita dicit gl. in l. 2. in verbo, Legem. C. de in re emphyt. quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Dec. consil. 38. in fi. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. c. potuit, num. 56. Hanc etiam dicit esse communem opin. Salic. in d. l. 2. numero 25. Corn. consilio 165. in litera Q. & R. lib. 2. l. 1. in d. l. 2. num. 184. & in l. cum filius familias. §. in hac stipulatione, num. 7. ff. de verb. oblig. Socin. lun. consil. 70. numero 23. libr. 1. & super hoc in practica non solet vlla fieri difficultas, nisi dominus dei regi velit probare scientiam, hoc enim casu cessaret causa restitutionis in integrum, & consequenter ipsa restitutio. In dubio autem heres habet fundatam sua intentionem, quia scientia est quid facti, & non presumitur, nisi probetur, vt dixi infra lib. 7. §. praesumptio.

Pone, quod emphyteota non soluerit debitum canonem, sed accesserit ad dominum directi, & illi obtulerit pecunias debitas, nuquid talis obligatio sufficit ad euitandam poenam caducitatis? Respond. quod sic, ita tenet glo. in d. l. 2. in verb. secundum legem, & ita communiter tenetur, vt ait Salic. in d. l. secunda in fin. verbis. Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. consilio 118. in vltimis verbis libro 4. Quod intellige, vt procedat, modo talis obligatio fiat loco, & tempore congruo, alias fecus. Item intellige, quod talis obligatio sufficit, quo ad euitandam poenam caducitatis, sed quo ad hoc vt emphyteota consequatur plenariam liberationem, requiritur obligatio, consignatio, & depositio, & ita se habet communis opin. vt dicit Ias. in d. l. 2. num. 182. Item intellige, quod talis obligatio fiat realiter, non autem verbo, Tantum, quia (vt dicit solet) vbi opus est factum, verba non sufficiunt, licet Soc. in loco per allegato loquatur de verbali tantum oblatione, cuius opin. posset procedere, ubi dominus recusetur vel recipere, sed si dominus offerat se paratum recipere, mihi non placet, quod pro

pter huiusmodi verbalem oblationem emphyteota excusetur.

Sed quid si ipse quidem emphyteota canonem non soluit, sed aliquis eius procurator, nuquid talis solutio facta per procuratorem proderit ipsi emphyteota? Respon. quod sic, maxime si procurator fuit ad id constitutus, & haec est quasi omnium sententia, ut dicit Corset. in repertorio Abbatis in verbo, Emphyteota colum. 2. ver. Quinto, vbi cuncte.

Vltius quero, Pone, quod in contractu emphyteotico apposita sit poena propter cessationem solutionis canonis, nuquid si emphyteota cessauerit, poterit non obtinere tali appositione poenae expelli? Respond. quod sic, ita tenet glo. in d. l. 2. in verbo, Repellere, cum qua tenent omnes indifferentes, vt dicit Ias. in ea l. 2. numero 139. Quod tamen intellige secundum gloss. ibi, non vt possit vtrunque facere, scilicet petere poenam, & expellere, sed potest eligere illud quod magis ei placuerit.

Quero, quid si emphyteota plures heredes reliquerit, & vnus ipsorum soluerit partem suam canonis, vel pensionis, aliis non, nunquid res emphyteotica cadit tota in commissum, an autem solummodo pro parte non soluentis? Respond. Hec est sabbatina questio vt dicit gl. in l. communi diuidendo in verbo, confunditur. ff. communi diuidun. quae in hoc articulo tenuit, quod omnes cadant a iure suo, & illam gloss. sequuntur communiter Doctores, vt dicit Affl. decis. 153. num. 4. Ripa in l. 4. §. Cato, nu. 44. ff. de verb. obligat. Cum enim prima obligatio esset in solidum in persona emphyteota, non potest mutari facto heredum, sed tranfit in omnes cum illa obligatione solidi. Repetio tamen Albe. in d. l. communi diuidendo in principio, dicentem, quod imo communis opin. est in contrarium, & potest esse, quod secundum sua tempora verum dixerit, sed hodie proculdubio opin. glo. est magis communis, vt scilicet omnes cadant, & licet videatur aliquotulum rigorosa, esset tamen seruanda in practica, alias enim de facili multae emphyteotes ad nihilum reducerentur.

Sed

Sed hic quero aliquis accepit emphyteosim pro se, & filijs, & descendebus, modo vnus ex filijs ipsius recipientis cessauit in solutione canonis per triennium ita quod res cecidit in commissum, & sic propter caducitatem applicata est plene iure domino directi, Quero nuquid haec cessatio, & consequenter caducitas ea de causa incurra, oberit eius descendebus, vel agnatis uocatis ex tenore prime inuestiture? Rnd. quod sic, ita tenet Spe. de locato. in d. §. nunc aliqua q. 78. & est cois opin. vt attestatur Ias. in d. l. secunda, num. 58. & seq. quem refert Aposill. ad Riminal. cont. 38. sub num. 4. & Ruin. consil. 168. nu. 6. lib. 1. Dominus enim, qui rem suam in emphyteosim concedit sub anno canonem, videtur apponere solutionem canonis pro conditione, perinde ac si diceret, concedo si solueris, & ideo cessante conditione resoluitur concessio. Mihi tamen (vt verum fatear) haec opinio nunquam placuit, videtur enim iniquum, vt factum, siue delictum, siue negligentia alicuius, prauidet suis successoribus, in re qua ad eos peruenire debet, non ex facto, aut iure ipsius delinquentis, siue negligentis, sed ex pacto, & promissione primi inuestiti, Non tamen pro hoc aude rem in practica recedere a communi opinio, dummodo talis cessatio non esset facta in fraudem descendebus, uel agnatorum, qui vocati essent ex tenore inuestiturae, nam hoc casu crederem illis (eueniente casu) succurrendum esse per beneficii restitutionis in integrum, & ita si casus contingeret consulerem, & iudicarem.

Item quero, nunquid emphyteota, quae canonem non soluit, possit purgare moram? Rnd. quod secundum rigorem iuris civilis non potest moram purga. Sed secundum dispositionem iuris canonici, quod maxime inuitur aequitati, potest illam celeri satisfactione purgare, & de hoc est tex. expressus in c. potuit de locato supra sepius allegato. Quando autem dicatur purgare moram celeri satisfactio ne, varij varia dicunt, sed magis coeter Doctores concludunt, quod in hoc stetur iudicis arbitrio, ut attestatur Ripa in l. si insulam, nu. 35. ff. de verb. oblig. Hanc

etiam dicit esse coem opin. Dec. conf. 139. post num. 7. versic. Ex quibus omnibus. Hoc igitur casu maxime uerfabitur religio iudicare debentis & in dubio antequam dominus declarauerit uelle esse locum caducitati, iudex debet semper inclinare in suam, per quem caducitas ipsa euitetur, tanto magis procedendo secundum equitatem canonicam. Scias autem, quod dispositio dicti c. potuit, procedit solummodo in emphyteosis ecclesiae, non autem in emphyteosis laicorum, & prioratorum, & ita communiter concluditur, ut dicit Ripa in d. l. si insulam paulo ante, nu. 38. si tamen esset iudicandum secundum equitatem, & sola facti ueritate inspecta, posset seruari dispositio d. ca. potuit etiam in terris imperij, & emphyteosis laicorum quae exquisita est, & ita illam seruat Senatus omisso rigore iur. ciu.

QVAEST. IX.

SYMMARIUM.

Emphyteota qui cessauit in solutione canonis, an cadat ipso iure, uel requiratur sententia.

SUCCESSIVE quero, an emphyteota qui cessauit in solutione canonis cadat ipso iure, an autem requiratur aliqua sententia, uel declaratio? Rnd. Aug. querit an requiratur declaratio domini directi, & tunc stante regula, quod poena caducitatis non habet locum nisi domino uolente, quam dicit esse communem, Curt. 7un. conf. 109. nu. 11. & conf. 110. num. 23. tenendum est, quod propter cessationem, emphyteota non cadit ipso iure ab emphyteosi, sed ita de iure, si dominus directi declarauerit uelle esse locum caducitati, ita tenet Barto. in d. l. 2. nu. 2. C. de iure emphyt. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Paris. consil. 108. num. 33. lib. 1. Dicit etiam Cep. consil. ciuili. 25. nu. 2. quod ita concludunt communiter scribentes, & dicit Curt. 7un. conf. 119. post num. 3. L ij vers.

verf. Cum igitur, q̄ in hoc omnes cōue-
niunt. Hanc etiam dicit esse communē
opin. Iaf. in d. l. 2. num. 10. Aut vero que-
ris, postquam dominus uoluntatem suā
declarauit, q̄. l. uelit locū esse caducitati,
nūquid requiratur sentētia, aut decla-
ratio iudicis, an autē cadat ipso iure, &
tenendum est, q̄ statim facta declaratio-
ne per dām directi, cadat ipso iure. ne-
que requiratur iudicis sentētia, uel declara-
tio, & ita communiter teneri attestatur
Ant. de Butrio. in d. c. potuit, quē refert
Iaf. in d. l. 2. num. 12. & seq. & Ruiu. conf.
153. num. 6. lib. 1. & conf. 57. num. 2. li. 4.
Corn. conf. 165. in litera X. lib. 2. Alex.
conf. 6. post num. 22. li. 3. Dec. conf. 146.
nu. 7. in fi. Cep. in d. conf. 25. nu. 3. in fi.
& nu. 6. subdēns. q̄ ita communiter ob-
seruatur, & licet in puncto iuris multa
dici possent, non tamen est in practica
ab hac opi. quam communis Doctorum
sententia, & consuetudo approbauit, ali-
quo modo recedendum.

QVAESTIO. X.

SUMMARIUM.

*Dominus directi, qui post incursum caduci-
tatem recipit pensionem ab emphyteota,
an censetur illi remississe caducitatem.*

*Et an dominus, qui propter cessationem
expulsi emphyteotam, possit ab eo pete-
re pensionem temporis prateriti, uerf.*
Quero nunc.

*Prælatus recipiens pensionem ab emphyteota
ecclesie, an censetur illi remississe cadu-
citatē, uerf.* Sed nunquid.

*Cui incumbat onus probandi, an emphyteota
dicenti se soluisse, an antea domno id
neganti, uerf.* Sed pone.



SED hic occurrit alia
questio, nunquid do-
minus directi, q̄ post
incursum caducitate
recepit solutionem pen-
sionis ab emphyteota
censetur illi remissi-
sse caducitatem? Respond. In hoc articu-

lo distinguendi sunt aliqui casus, Aut
enim expresse constat de mēte ipsius do-
mini pensionem recipientis, q̄a scilicet
in receptione canonis referuauit sibi ex-
presse ius caducitatis, uel prestatu est
per hoc non remittere caducitatem, uel
huiusmodi, & tunc procul dubio nō cen-
setur remississe caducitatem, stāte eius ex-
pressa declaratione in contrariū, ita tenet
gl. in cap. potuit in gl. tertia de loca-
to. quam dicit esse cōiter approbatam
per Legistas, & Canonistas Iaf. l. i. post
moram, post nu. 4. uer. Confirmo per il-
lud. ff. de eo quod certo loco, ubi etiam
refert Alberic. in d. l. 2. dicentem, q̄ ita
communiter tenetur. Ita etiam tenere
communiter Doctores attestatur Corn.
consilio 40. in litera L. libr. quarto. Hoc
tamen intellige, ut procedat, quando do-
minus recipit pensionem solummodo tem-
poris prateriti. s. elapsi ante incursum
caducitatem, hoc enim casu prodest talis
protestatio, quia stat simul, q̄ domi-
nus prouideat sibi pro praterito, reci-
piendo pensionem debitam, & referuat
etiam ius de futuro, propter caducitate
incursum, secus autem, si recipiat pen-
sionem etiam pro tempore futuro. i. decur-
so post causatam caducitatem, nam isto
casu, licet protestetur se illā recipere sal-
uo iure caducitatis & c. censetur tamen,
non obstante protestatione, uel referua-
tione, caducitatem ipsam remississe. Ita
concludit communiter Doctores, quid
quid dixerit Bar. in d. l. 2. nu. 8. in fi. ut
dicit Gigas de penl. q. 73. in fi. Hanc etiā
opi. contra Bar. attestatur esse commu-
nem Ruiu. conf. 110. num. 4. lib. 1. & cōf.
151. num. 12. eod. vol. Videtur enim in-
compatibile, q̄ recipiatur pensio pro tē-
pore post caducitatem decurso, & q̄ sal-
uum sit ius caducitatis, & sic q̄ quis eo-
dem tempore habeatur pro emphyteota,
& pro nō emphyteota, uide cum huius-
modi protestatio, siue referuatio sit
contraria factio, nihil releuat, iuxta ea
quæ dixi infra, li. 7. §. Protestatio. Et ita
superioribus annis reuocata fuit senten-
tia cuiusdam Doctoris, qui iudicauerat
contrarium, fretus auctoritate Bartol.
in d. l. secunda, neque aduertit, q̄ in hoc
Bar.

Bar. cōmuniter reprobatur, ut superius
dixi. Aut uero sumus in dubio, quia sci-
licet dominus, sine aliqua protestatione
uel referuacione caducitatis pensionē ip-
sam recepit, & tunc siquidem recepit
etiam pensionem temporis futuri, id est
decursi post caducitatem, res non habet
difficultatē, quin cōstat remissā cadu-
citas, ut in fortioribus terminis dixi
supra statim, Sin autē recepit pensionē
temporis prateriti tantum adhuc idem
est dicendum, quōd scilicet censetur re-
mississe caducitatem, & licet Bar. in loco
praallegato contrarium tenuerit, com-
munis tamen opinio. est contra Bartol.
ut dicit Gigas de pensio. questio. 73. nu-
mero tertio, à qua non esset in practica
recedendum, maxime quia æquior est,
& humanior, & in hac quaestione caue à
Salyc. in dicta l. secunda, num. 14. qui di-
cit, quōd distinctio Jacob. de Are. quam
sequitur Bar. communiter approbatur,
quia neq; ipse fideliter refert uerba Bar-
toli, neque (ut potes ex prædictis colligere)
opin. Bar. nec sua communiter ap-
probatur.

Quero nunc, quid econuerso, nun-
quid dominus directi, qui declarauit ca-
ducitatem q̄ cessationem solutionis, &
emphyteotam expulsi, possit ab eo po-
tēte petere pensionem pro tempore præ-
terito sibi debitam? Respondeo, in hoc
etiam articulo Doctores uaria scribunt
Tu uero dic, quōd aut dominus expellē
do emphyteotā, expresse referuauit sibi
ius petendi pensionem pro annis cessa-
tis, & hoc casu talis referuatio siue proce-
statio utique illi conferuat facultatem
petēdi ipsam pensionem, & hęc est com-
munis opin. ut dicit Boer. decil. 309. nu.
5. in fin. Aut uero non est protestatus, &
tunc expellendo emphyteotam ob cano-
nem non solumum, non potest ab eo pete-
re pensionem temporis prateriti, quid-
quid dicat Bar. in dicta l. secunda, nume-
ro 8. contra quem in hoc etiam est com-
munis opinio. ut dicit Gigas de pensio.
quest. 75. post nu. 6. & hęc omnia nota in
practica, quia propter uarietates opinio-
num de facili quis decipi possit, quæ ta-
men omnia intellige, ut procedatur in

emphyteota priuati, sed in emphyteosi
ecclesiastica speciale est fauore ecclesie,
ut possit ecclesia utrunque consequi, sci-
licet pensionem exigere, & emphyteotā
expellere, ut est tex. in auct. qui rem. C.
de sacrosan. ecclē.

Sed nunquid ea quæ dicta sunt de em-
phyteosis laicorum, habent etiam locū
in emphyteosis ecclesie, ut scilicet si pla-
tus recipiat pensionē ab emphyteota, q̄
per triennium cessauerat, & sic cecide-
rat à iure suo, præiudicet ecclesie, ita ut
censetur remissa caducitas? Respondeo,
hęc questio pendet ab alia, nūquid præ-
latus possit expresse remittere caducita-
tem emphyteosis ecclesie, in quo quidē
articulo Doctores ita distinguunt, Aut
ecclesia nō est collegiata, & potest solus
prælatus remittere caducitatem. Aut ue-
ro ecclesia est collegiata, & nō potest sine
capitulo, & hęc est communis opi. ut
dicit Card. Alexand. in capit. primo, in
prin. nu. 13. de his qui feud. dar. poss. Di-
co ergo in hoc proposito eadē ratione,
quōd aut ecclesia nō est collegiata, & re-
cipiendo pensionem præiudicat ecclesia
aut est collegiata, & non potest sine capi-
tulo illi præiudicare, ita colligit ex glo.
in d. ca. potuit, in uerbo, Expelli. quæ in
hoc est communiter approbata. ut dicit
Alex. consilio 5. num. 18. lib. quinto, Ruiu.
consilio 70. post num. 14. lib. quinto, Et
dicit Imola in d. cap. potuit, numero 34.
circa finem, quōd ita tenent cōmuniter
Doctores, quem refert Alexan. consilio
105. numero 15. lib. tertio, & Cepolla
consilio ciuili 46. post numerū 3. & Dec.
consilio 329. numero 3. Hanc etiam opi.
dicit esse communem Iafon. in d. l. 2. nu-
mero 130.

Sed pone, dominus dicit emphyteotā
cecidisse, quia per triennium non soluit,
ecōtra uero emphyteota dicit se soluisse,
Quæro cui incumbat onus probandi?
Respond. quōd dominus habet intentio-
nem fundatā ex instrumentum inuestitu-
re merito nō ipsi, sed emphyteote in cō-
bit onus probandi, ita tenet gl. in d. l. se-
cunda in uerbo, Repellere, ubi item quis
probat. C. de iure emph. quæ in hoc
communiter approbatur, ut dicit Soci.

Iun. conf. 91. nu. 15. lib. 2. Ita etiam tene-
re omnes Doctores ut attestatur Iaf. in
d. l. 2. nu. 132. & seq. quem refert Gigas
de penionibus q. 76. in fine.

QVAEST. XI.

SUMMARIUM.

*Dominus directi post declaratam caducita-
tem, an possit propria auctoritate in-
gredi rem emphyteoticam.*



VNC videndum est, nun-
quid possit dominus directi
post declaratam caducita-
tem ingredi propria aucto-
ritate rem emphyteoticam? Ista est ar-
dua quaestio, & in qua Doctores varie
locuti sunt, adeo ut tot pene sint senten-
tie, quot capita, ut dicit Iaso. in d. l. 2.
numero 100. & sequen. C. de iure em-
phyt. ubi omnes opinio. recenseat. Aliqui
autem tenuerunt, quod dominus non
possit post caducitatem, propria auctori-
tate ingredi possessionem rei emphyteo-
ticæ, & inde expellere emphyteotam,
nisi cum auctoritate iudicis, & hanc
opinionem, quæ iudicio meo æquior est,
& tutior, dicit esse communem Albe. in
d. l. 2. col. 1. uer. Ex hoc oritur, quem re-
fert Iaf. in loco præallegato, & illam ser-
uat parlamentum Delphinale, teste Guid.
Pupæ decis. 107. nu. 1. Contrariam vero
sententiam, quod scilicet possit domi-
nus post caducitatem expellere emphyteo-
tā, propria auctoritate, tenuit gl. in d. l. ij.
in verbo, Repellere, in primis uerbis, &
hanc opi. dicit esse communem Alexan.
conf. 117. num. 1. lib. 4. Corn. conf. 271.
in litera B, lib. 3. Dec. conf. 146. nume. 7.
Sigitmund. conf. feudali 37. post num. 3.
& sic, ut vides, hæc opi. gl. proculdubio
est magis communis. Quæ quidem factis
de plano procedit, quando emphyteota
ipso dño propria auctoritate ingredi, &
illum expellere volenti, non resistit, li-
cet tam gl. supra allegata, quā multi ex
Doctoribus, qui illam sequuntur indistin-

cte loquantur. Sed quid si resistat? Resp.
si quidem uerbis tantum resistat, adhuc
dicendum est, quod potest dominus illum
expellere, & hæc esse magis communem
opi. attestatur Corn. conf. 193. in litera
C, lib. 3. Si uero factis resistat, crederem
non licere domino illum propria aucto-
ritate expellere, & hæc opi. tanquam æ-
quior, & tutior, & quæ minus scandalosi-
viam aperit, tenenda esset in practica, &
nisi esset multitudo & auctoritas Docto-
rum tenentium opi. gl. mihi indistincte
placere contraria opi. quod scilicet nullo
casu liceat domino expellere emphyteo-
tam propria auctoritate, & ita semper
consulerem amicus, & reuera omnes sit
tenentes opin. gl. & etiam ipsamet gl. fa-
tentur tutius, & melius esse id facere iu-
dicis auctoritate.

QVAEST. XII.

SUMMARIUM.

*Quo tempore anni emphyteota debet solu-
re canonem domino directi.*

*Et quid si uelit pro pluribus annis futuris
soluere, an teneatur dominus accepta-
re, uerfi. Sed pone.*

PRO cõplemento huius ma-
terię, quæro quo tempore
anni teneatur emphyteota
soluere debitum canonem
domino directi? Respond.
quod quidquid sit de iure,
consuetudo seruat, quod in fine anni
soluatur integra pensio, ut attestatur
Guarner. de Castell. in dicta l. secunda,
quem refert Iason. in ead. l. secunda,
nume. 180. & ita quotidie videmus ob-
seruari.

Sed pone, quod emphyteota uelit soluere
domino canonem, seu pensionem pro
tribus, aut quatuor annis futuris, nun-
quid cogetur dominus illam recipere,
etiā si nolit, uel ipso reculante, nunquid
poterit emphyteota illam deponere, &
sic erit liberatus? Respond. quod non, ita
tenet

teneat Spe. in §. nunc aliqua, supra sapius
allegato. q. 42. & seq. & est communis opi.
ut attestat Ale. in l. stipulatio ista. §. in-
ter certam, quæ legit. cum. §. si quis do-
lum, post nu. 5. ff. de uerb. oblig. quem
refert Dec. in l. cum tempus, nu. 8. ff. de
reg. iur. Are. in l. qui Romæ, in princi-
pio. ff. de uerb. obligat. Iaf. in l. secunda,
numero 66. & sequ. C. de iure emphyt.
Potest enim dñs directi dicere, quod in-
teresse pecunias suis temporibus recipe-
pere, nã (ut experientia docet) pecunia
facile è manibus dilabitur, & hæc con-
clusio multo magis locū haberet, si pen-
sio non in pecunia deberetur, sed in fru-
ctibus, qui possent cursu temporis dete-
riorari.

QVAEST. XIII.

SUMMARIUM.

*Emphyteota an possit alienare rem emphyteo-
ticam.*

*Et an eam alienando cadat ipso iure, an au-
tem requiratur sententia, uerfi. Ad-
de quod.*

*Et an ex ipsa alienatione incurras caduci-
tatem, etiam si non sit secuta traditio.
uer. Sed nunquid.*

*Et quid si in contractus apposita sit clausula
constituti, uer. Sed quid si non.*

*Et quid si in alienatione protestetur, quod
ipsam alienationem facit saluo, & re-
seruato consensu domini, uerfi. Item
quæro.*

*Et quid si post alienationem, & traditionem
illam recuperet, uerfi. Sed quid si em-
phyteota.*

*Et quid si emphyteosi confessa pro se, & qui-
bus dederit, uerfi. Vterius quæro.*

*Et quid si in muestitura prohibeatur alie-
nari maioribus, uerfi. Sed quæro*

*Et quid si cõuentum fuerit, quod liceat em-
phyteota illam rem uindere, uerfi. Sed
ponere.*

*Et an emphyteota alienans partem rei em-
phyteoticæ, cadat à tota emphyteosi, uer-
fi. Non omitam.*



gro, nunquid emphyteota pot-
est alienare rem emphyteoti-
cā? Respon. de hoc habemus
text. expressum in l. si. C. de
iure emphyteot. quod non potest illi ali-
enare irrequisito dño, aliàs cadit à iure
suo, ut ibi, & est communis regula, ut
dicit Socin. Junior. consil. 70. numero
14. libro tertio.

Adde, quod emphyteota alienans rem
emphyteoticam contra formam d. l. si.
cadit ipso iure, nec aliqua sententia re-
quiritur, ita tenet gl. in dicta l. si. in uer-
bo, Cadat circa principium, quam dicit
Anto. de Butr. consilio 22. numero pri-
mo, à nemine esse reprobam, & quod non
reperit illam per aliquem esse in dubiū
reuocatam, quem refert, & sequitur Ias-
on. in dicta lege. fin. numero 103. & se-
quen.

Sed nunquid, ad hoc ut emphyteota ca-
dat ab emphyteosi, sufficit, quod celebratus
sit contractus, alienationis, etiam si se-
cuta non sit traditio? Respond. quod non,
sed requiritur, quod post ipsam alienatio-
nem subsequuta sit traditio ipsius rei em-
phyteoticæ, ita dicit Spe. in dicto §. nunc
aliqua, ver. 95. & ita communiter tene-
tur, ut dicit Imola in d. cap. potuit, nu-
mero 49. in fi. de locato. Hanc etiā opin.
dicit esse communem. Ale. in l. si à ms.
post nu. 4. verfi. Secundo limitari. ff. ad
legem Falcid. Iason. in d. l. fin. num. 132.
Curt. Sen. conf. 8. nu. 10. Marf. sing. 412.
plures sunt, & dicit Tiraquel. de retrac-
tatione §. 1. in glo. 2. numero 43. quod
hanc opin. tenet vniuersa propè cohors
scribentium. Nam ante traditionem non
dicit alienatio perfecta, neque consumma-
ta, ideo alienans non debet ex ea penam
pati, faciunt quæ dixi infra hoc co. lib.
§. feudum, q. 31. uer. Sed nunquid.

Sed quid si non interuenierit uera quid-
dē, & actualis traditio, sed tñ in contra-
ctu alienationis apposita sit clausula
constituti, uel precarij, nunquid talis facta
traditio possessionis, quod sit per constituti-
onem, sufficit ad hoc ut emphyteota priue-
tur iure suo? Respond. quod sic, ita tenet
Paul. de Castro in l. si rem, nu. 2. ff.
depositi, & est communior opi. ut dicit

Tiraquel. de constituto, in 26. limit. nu. 6. & 6. Non enim potest negari, quin per constitutum vera possessio transferatur, licet modus transferendi sit fictus, Bene verum est (vt dixi in d. §. secundum, quæ sitio, 31. ver. Sed quid si non) quod licet hæc opin. de rigore iuris sit verior, contraria tamen opinio. quod requiratur actualis traditio, est æquior, & ideo teneri possent in iudiciò, maxime si esset iudicandū sola facti veritate inspecta, & ita seruatur in curia Delphi. vt attestat Guido Papa decif. 101.

Itæ quæro, quod si emphyteota in ipsa alienatione protestet, quod ipsam alienationem facit, saluo, & reseruato consensu domini, vel saluo iure directi dñij nūquid talis protestatio illi excusabit, vt non cadat ab emphyteosi? Respond. quod non, & est communis opin. ut dicit Iason. in secunda lectu. Rubricæ, ff. soluto matrim. numero. 25. Dec. consilio 160. post num. 4. verf. Præterea dato, quæ refert, & sequitur Ripa in c. cum M. Ferrarient. nu. 80. de constit. Est enim talis protestatio contraria factio & ideo nõ releuat iuxta ea quæ dixi infra libro 7. §. protestatio. Bene verum est, quod si protestetur se alienare, saluo, & reseruato consensu domini, & non aliter, neque alio modo, talis protestatio verbis geminatis cõcepta operat, quod emphyteota propter alienationem ipsam non cadit ab emphyteosi, etiam si secuta sit actualis, & vera traditio, ita tenet Bald. loquens in vafallo, in c. 1. §. si. nu. 5. in fin. q. fue. prima causa benef. amitt. quæ etiam in emphyteota sequuntur communiter Canon. vt dicit Ripa li. 3. respõs. c. 1. nu. 3. & hanc restrictionem dicit esse communem Ripa. in d. c. cum M. post nu. 80. verf. Secundo intellige, ut dixi in d. q. 31. Itæ quæro, & hanc etiam ego sequor, licet forte dici possit, quod emphyteota alienando & tradendo se emphyteoticam dño irrequisito, dupliciter domini offendit, scilicet ratione contemptus, & ratione præiudicii, vnde licet illæ clausula ut dicantur tollere contemptum, non tamen tollunt præiudicium, quod sequitur ex traditione, nihilominus non recedat in iu-

dicandò a comuni opi. præsertim vbi res tradita esset facilis recuperatiõis, sed si esset facta alienatio in personam potentior, uel de re difficilis recuperationis puta castro, uel huiusmodi, forte magis placeret contraria opin. quod 1. etiam non obstante huiusmodi geminata protestatione, caderet ab emphyteosi.

Sed quod si emphyteota post alienationem, & traditionem recuperet ipsam rem emphyteotam, nūquid propterea euitabit pœnã priuationis? Respond. quod non ita dicit Bart. in l. sequitur. §. ite labeo in ff. de vscup. qui in hoc cõmuniter approbatur, ut dicit Roman. in d. §. ite labeo. Ripa in l. cū bona, post nu. 20. ff. de priuileg. credit ita etiam cõmuniter teneri affirmat Imol. in d. §. item labeo circa ff. Et dicit Alexan. in l. si a me, nu. 3. ff. ad legem falcid. quod ita cõmuniter concluditur, idem etiã dicit Ale. in l. si insulam, nu. 40. ff. de verb. obli. Hæc etiam opin. dicit esse cõmunem Imol. d. c. potuit, nu. 48. in fi. de locato, quem refert Guido Papa conf. 192. numero. 1. & Grat. conf. 133. nu. 2. lib. 2. Dec. consilio 161. numero 6. Iason. in d. l. fin. num. 135. C. d. iure emphyt. quæ refert Soc. Jun. cõsilio 20. numero 38. libro primo. Ripa in l. in quartam, numero 55. ff. ad legem falcid. Ex quo enim propter alienationem emphyteota ipso iure cadit ab emphyteosi, non potest illud ius dño quæsitum, ab eo sine eius facto auelli, faciunt quæ dixi in d. quæst. 31. verf. Sed quid si vafallus.

Vterius quæro, quod si emphyteosis sit concessa alicui pro se, & quibus dederit, nunquid poterit emphyteota illam alienare domino irrequisito? Respõs. quod sit, ita tenet Alber. in d. l. si. col. secūda, verf. Sed nunquid hæc lex. C. de iure emphyt. & est communis opin. ut ait Dec. consil. 164. post nu. 3. verf. Secundo respondetur. Videtur enim ex illis verbis dominus vsque a principio concessisse, vt sine vteriori requisitione possent emphyteosis ipsa in quemcumque alienari, Vide quæ dixi in d. quæst. 31. verf. ult. riuus quæro. Sed quæro, quod si in inuestitura domi-

nus

nus non prohibeat emphyteosim alienari minoribus uel æqualibus, sed tantum maioribus, &c. nunquid per huiusmodi exceptionem personarum censetur cõcessa licentia alienandi in minores, uel æquales, ita quod tempore alienatiõis alia specialis licentia non requiratur? Respon. Ruin. conf. 213. nu. 6. libr. 1. refert Alex. in quodam consil. tenere, quod stante hoc pacto possit emphyteota alienare dño irrequisito, & dicit, quod hæc opin. est verior, & communior. Ego tamen credo Ruin. in hoc decipi, & sic ista opin. non sit magis communis, nec vera. Cū enim hoc pactum communiter apponi solitū sit in fauorem dñi directi, nõ debet operari in eius præiudicium, & sic tutius esset tenere, quod non obstante huiusmodi pacto, teneat emphyteota in alienatione per eum faciendã requirere cõsentium domini directi, sed pro nunc nihil determino.

Sed pone, quod in ipsa inuestitura, siue cõcessione emphyteosis conuentū sit, quod liceat emphyteotæ uedere rem emphyteoticã, nõquid poterit hoc casu illã vendere etiam dño non requisito? Respon. quod sic, & est cõmunis opin. ut dicit præstantissimus legum interpres, & mihi vti pater honorandus D. Hiero. Torniel. in Rubr. de verb. obli. nu. 156. alias enim illa clausula nihil operaretur, Nã certū erat, quod domino requisito potest emphyteota vendere rem emphyteoticã, & licet Spec. in d. §. nunc aliqua verf. 84. tenuerit, quod adhuc in isto casu requirit cõsentium domini, tamen illa decisio specul. communiter reprobat, ut ait Ias. in d. l. fin. numero 6. circa finem.

Non omittã etiam vnum, super quo superioribus diebus fui interrogatus, an scilicet emphyteota alienans partem emphyteoticã cadat a tota emphyteosi an aut solūmodo a parte alienata. certe ego non inueni hactenus aliquem doctorum attestantem in hac questione quæ sit magis communis opin. Tameu enumerando auctoritates proculdubio communior opi. est, quod cadit tantum a parte alienata, quæ etiam æquior est

& secundum illam iudicauit consilium Neapolitanũ, vt per Grammat. dec. 49. Vide quæ dixi in d. §. secundum, q. 31. ver. Sed pone, & sup. ra hoc eodem. §. q. oña ua, ver. Hoc autem m.

QVAEST. XIII.

SUMMARIUM.

Plures emphyteota an possint rem emphyteoticam inter se diuidere.



Verò, nūquid plures emphyteota possint rem emphyteoticam dño irrequisito inter se diuidere? Respõs. quod sic, ita tenet Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres, nu. 24. ff. de verb. obli. & est communis opin. vt attestantur scribentes in d. §. duo fratres, & in specie Ar. col. p̄. uer. Circa quartã, & Ias. nu. 76. & Crotus, nu. 64. & Ripa, nu. 86. Ias. in l. si. nu. 114. C. de iure emphyteot. & dicit Bald. consil. 122. lib. quarto secundum antiquam impressionem, quod ita communiter seruatur, quem refert Dec. conf. 263. in fin. refert etiam Apostil. ad Bart. in d. §. duo fratres, sub num. 24. ita etiam communiter seruari attestatur Ale. in d. §. duo fratres, post nu. 60. verf. Circa primũ. In hoc enim non agitur de aliquo præiudicio dño directi, & ideo possunt ipsi emphyteotæ non modo rem emphyteoticã diuidere, sed etiam inter se alienare, alio quocumque titulo, dño ipso irrequisito, ut dicit Bart. in loco præallegato, & est cõmunis opin. vt dicit Ias. in d. §. duo fratres, nu. 77. Gozad. col. 20. nu. 9. Cū enĩ dñs directi illos eos habeat per emphyteosis, respectu ipsius non dicitur alienatio, ex quo non transferuntur in personam, in qua opus sit noua recognitione, neque ipsius interest apud quem eorum res ipsa reperitur, cum præterea illi qui alienant non desinant esse in solidum obligati versus ipsum dominum pro ipsa emphyteosi, prout erant ante alienationem, seu diuisionem.

Quæst.

QVAEST. XV.

S V M M A R I V M.

*Emphyteota an possit ius suum alteri legare
vel donare.*

*Et qua in tali legato, vel donatione requi-
rantur.*

QUERO, nunquid emphyteota possit sine domini consensu ius suum alteri legare, vel donare? Resp. hac est satis trita questio, & in qua Doctores aliqui uarie locuti sunt, nā Bar. in l. si donus. §. si. nu. 2. ff. de lega. 1. tenuit indistincte, q̄ non, tū in emphyteota priuati, q̄ in emphyteota ecclesiae, & dicit Ang. in d. l. si. f. sepius allegata. C. de iure emphyt. ante num. 1. q̄ istud obseruat consuetudo, Contrariā autem sententiam, q̄ scilicet emphyteota possit ius suum sine dñi consensu alteri donare, tenuit gl. in d. l. fin. in verbo, Aliis vendere, quā sequuntur cōmuniter Doctores, vt dicit Imola in d. l. si donus. §. si. uerf. Extra glo. quem refert Aret. in conf. 41. num. 1. fit illam dicit esse communiter approbatā, Rui. conf. 42. num. 1. lib. 1. & ita cōmuniter teneri affirmat Rui. conf. 160. num. 22. li. 4. Jac. in tract. de Roidis, siue operis num. 24. qui nescio quomodo in aduertent fuerit separatus à pcedēte tractatu de Homagiis, cū re vera auctor psequatur vsque ad finem libri materiam Homagii, licet in illo loco incidenter aliqua dicat de ipsiſ Roidis, siue operis. Hanc ē opinionem dicit esse cōm Bal. in d. l. si donus. §. si. nu. 1. ubi dicit loquendo in emphyteota ecclesie, q̄ secundum omnes Doctores potest donare ius suum, dūmodo id faciat saluo in re ecclesie, & in l. usufructu. ff. soluto matrimonio, prout illum refert Imola ibi nu. 6. licet reuera Bal. solummodo dicat q̄ fuit opi. Antiquorum, Hanc etiā esse communem opi. dicit Imola in d. l. usu fru. tu. nu. 7. Florian. in d. cap. potuit de locato, quem refert Imol. in eod. cap. potuit, post num. 11. Paul. de Castro in

d. l. si donus. §. si. nu. 4. Iason. in d. l. fin. post numero 61. Gratus consi. 86. nu. me. 7. lib. 1. Ioan. dilect. de Arte testandi, lib. 6. caut. 46. numero 1. ubi dicit, quod opin. glo. communiter a Doctorebus comprobatur. Quæ opinio nō solum in emphyteota priuati locum habet, in quo illam esse cōmunē affirmat Card. Florent. in d. capitu. potuit, & post eū Cæpolla conf. ciuili 8. numero decimo, & quam communiter teneri affirmat Iason. in d. l. fin. numero 71. circa fi. Sed etiam in emphyteota principis, & ita tenere omnes Doctores, tam legitas, quam canonistas attestatur Cæpolla ita allegato consilio octauo, numero 11. Quinimō etiā in emphyteota ecclesie, illā dicit esse naagis communē dōcin, Iun. conf. 124. numero 90. libro primo. Iaf. in d. l. fin. post num. 72. licet Bartol. vbique tenuerit absolute contrarium, quod scilicet emphyteota ecclesie proculdubio non possit ius suum donare sine consensu ecclesie, Tenenda est ergo hac opin. q̄ scilicet possit emphyteota ius suum legare, vel donare, dño irregulato, quam etiam esse magis communē simpliciter, & indistincte attestat Alex. consilio. 189. numero 13. libro secundo. Corn. consilio 166. columna septima in litera D, libro secundo. Bertrand. consilio 98. numero 1. libro 3. in secunda parte. Natta consilio 114. post num. 15. in specie autem, in emphyteosi concessā priuato, ita attestatur Alexan. in l. si patri. in princip. paulo ante, nume. 16. ff. ad Trebell. & in d. l. si donus. §. si. nu. me. 32. Et in emphyteosi concessā ab ecclesia, vt possit ea nō requisita donari & legari, pariter dicit esse, cōmurem Alexand. consilio 17. numero 11. lib. 5. Iaf. in d. l. si donus. §. si. nu. 34. & in d. l. si. numero 72. Cur. Iun. conf. 130. nume. 8. Grat. cōf. 79. nu. 18. lib. 1. & dicit Ale. in l. in cōuentionib. circa fi. ff. de uerb. sig. q̄ ita crebrius approbatum est, dūmodo fiat saluo iure dñi, & citra fraudē, & ita teneas, Cessat. n. ratio denūciandi dño, an uelit eodē precio emere, ex quo nullum precium interuenit, neq; effect equū,

vt

ut teneretur emphyteota ius suū domino donare, uel legare, qui forte in eum benemerita aliqua non contulit, uel saltem non est emphyteota erga illum ita affectus, ut est erga eum cui uult donare, uel legare.

Arbitror tamen quinque requiri, ad hoc, vt huiusmodi legatum, uel donatio ualeat, neque emphyteota cadat à iure suo. Primo, q̄ non fiat in personam, in q̄ uel de iure communi, uel ex conuentione ipsa res emphyteotica prohibita sit alienari. Secundo, q̄ nulla subsit fraus, nā si effectualiter emphyteota venderet, sed ne possit dñs uti iure prælationis, conciperet contractum in formam donationis in fraudem ipsius domini, crederem illum esse re emphyteotica priuandum. Tertio, quod donetur, uel legetur res ipsa tanquam emphyteotica non autem pleno iure, alias enim esset quoddam modo uelle priuare dominum iure suo, & ideo caderet emphyteota à re emphyteotica. Quarto, q̄ priusquam transferat possessionē rei donatę in donatariū, requiritur domini assensum, qui proculdubio tenetur illū prestare, modo donatarius sit habilis, & idoneus ad soluendū, & promittat ipsi domino soluere si sum emphyteoticū, & in hoc oēs concordat, vt dicit Iaf. in d. l. si. nu. 68. Non enim debet donatarius sine consensu domini apprehendere possessionem rei emphyteotice, prout tenent communiter Doct. & in hoc conueniunt, ut dicit Bertrand. consi. 61. nu. 2. lib. 2. in 2. parte, qui etiā consi. 124. nu. 1. lib. 1. in 2. parte, attestatur hanc esse communem opi. secundum quam alias iudicatum fuit in parlamento Delphi. vt refert Guido Pape decif. 46. Præterea & quinto, soluendum est etiam ipsi domino directo laudemium pro noua inuentione, ut dixi infra q. 23. uerf. Sed quæro, & quantum ad hoc, scilicet ut dominus nouam inuentionē cōcedat, & assensum præbeat donationi, debet dominus expectari per duos mēses, iuxta dispositionem d. l. si. & in hoc omnes concordant, ut ait Iason. in d. l. si. nu. meo 68. in fin.

Et hæc omnia procedunt, ubi noui sub

esset cōuentione, q̄ res emphyteotica nō posset donari, uel legari domino irrequisito, illa enim esset proculdubio obteruanda, & certe ualde aqua est illa opi. q̄ tenetur emphyteota uolens donare, uel legare ius suum, requirere cōsensum domini, & uolente domino illud acquirere precio extimando, quod ipse præferatur donatario, uel legatario, quā ego aliqua do sustinui in circulis, tamē propter auctoritatem tenentiū contrariā, forte durū esset in practica contra eos obtinere.

QVAEST. XVI.

S V M M A R I V M.

Pater an possit filijs in re emphyteotica prædicare.

Et quid in emphyteosi accepta pro filijs, & heredibus, uerf. Sed quid.

Et quid in emphyteosi antiqua, seu paternæ, uerf. Et hæc quidem.



SVCESSIVE quæro, nunquid pater habens filios possit in re emphyteotica illis præiudicare, disponendo, aut testando, aut uti ipsorum prælegando?

Respon. hic articulus, multum confuse à scribētibz tractatur, propterea ad intelligentiam præmittere debes, q̄ emphyteosis aliquando dicitur noua, aliquando dicitur antiqua. Noua est, q̄ hēt originem in persona ipsius emphyteote, q̄ uult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua uero est, quæ habet originem ab alio ascendente, prout in simili dixi de feudo infra hoc eodem lib. §. Feudum, q̄ 8. Item præmitte, q̄ aliqua est emphyteosis hereditaria, aliqua nō hereditaria, & aliqua mixta, prout et in simili dicitur est de feudo, in d. §. Feudum, quæ est 9. Emphyteosis hereditaria, est illa quam acquirēs stipulatus est pro se, & heredibus quibusque, uel pro se, & quibus dederit, uel etiam pro se, & heredibz si est accepta a priuato, in hoc enim differt emphyteosis priuati a feudo,

do, quia cū emphyteosis accepta à priuato de sui natura transeat ad quoscūque hæredes, etiā extraneos, illa verba pro se, & hæredibus, intelliguntur etiā de extraneis, ut dixi infra q. 28. vers. Tertius est casus, secus autem est in feudo, nam cum feudū de sui natura nō transeat in extraneos, illa uerba verificantur solummodo in descendētibz hæredibus, vt dixi in dicto §. Feudum, q. 83. vers. Sed quid si feudum. Quid autē in emphyteosi ecclesiastica accepta pro se, & hæredibus, dixi in d. ver. Tertius est, Emphyteosis non hæreditaria est quā acquirēs stipulatus est pro se, & filijs, vel pro se, & descendētibz, uel huiusmodi, nulla facta mentione hæredū, hæc enim trāsit ad ipsos filios, seu descendentes, etiā q̄ non sint hæredes, secundum opinionem quā ego tenui infra q. 27. licet multi in emphyteosi concessā à priuato teneant contrariū, Mixta est, quā acquirēs stipulatus est pro filijs, & hæredibus, & sic in qua succedere nō potest filius, nisi sit hæres, neque hæres, nisi sit filius, vel descēdēs, sed utraque qualitas requiritur, ut dixi in dicta quæst. 37. licet multi etiā teneant, quod in hac emphyteosi concessā pro filijs, & hæredibus à priuato, succedunt etiam extranei hæredes, quod mihi nunquam placuit.

His præmissis dico, quod aut querit de emphyteosi noua, an possit pater in illa filijs suis iudicare, & tūc si quidē emphyteosis est hæreditaria, scilicet acquisita pro se, & hæredibus quibuscūq; vel pro se, & quibus dederit, omnes concludūt, quod potest pater in ea filijs præiudicare, neque vlla in hoc est apud scribentes cōtrouersia. Nam huiusmodi bona potius censentur tanquā libera, & allodialia, quā emphyteotica, vt in simili de feudo ita cōcesso dixi in dicto §. Feudum quæst. 9. Aut vero loquimur in emphyteosi nō hæreditaria, & sic acquisita pro se, & filijs, & tunc varię sunt opi. inter scribentes. Aliqui enim tenēt, quod ex stipulatione patris sit ius quæstū filijs, ita vt nō possit pater in ipsa emphyteosi illis præiudicare, & hanc opi. dicit esse magis communem Alex. consil. 106.

num. 8. & consil. 107. in prin. lib. 4. quæ refert Ruin. consilio 43. numero 4. libro primo, & consil. 48. post num. 8. eod. vol. & consil. 154. nume. 4. eod. vol. & consilio 213. num. 4. eod. vol. & lat. in l. 2. nu. 209. C. de iure emphy. licet corrupte alleget, refert etiā, & sequitur Dec. consilio 239. numero 6. quē (vt arbitror) allegare voluit Gratus consil. 1. post num. 5. libro 1. Hanc etiam dicit esse communē Apoll. ad Alexan. consil. 8. sub num. 15. libro 3. vbi multa congerit. Gratus consilio 12. numero 9. libro 1. & consilio 132. num. 4. eod. vol. Bertran. consil. 138. nu. 3. lib. 2. in secunda parte, quæ refert Apoll. ad Alciat. de præsumptio. in prima regula præsumpt. 31. numero 3. eandem sententiam vti communē sequitur Diac. lib. secundo resolut. cap. 18. nu. 2. Caff. consilio 53. numero 59. Apoll. ad Riminal. consilio 437. sub nu. 2. Rubens in l. Gallus. §. quidam recte, numero 186. & seq. Contrariam autem sententiam plerique etiam tenuerunt, quod scilicet possit pater in huiusmodi emphyteosi filijs suis, iudicare, ipse enim pater stipulatus pro se, & filijs, censetur stipulatus ordine successiuo, scilicet primo sibi, dein de post mortem suam filijs, cū ergo non videatur filijs ius aliquod quæstū, nisi post ipsius patris mortem, merito posse debet de ipsa emphyteosi ad libitū suū disponere, & hanc sententiā dicit magis communiter teneri idem Alexā. sibi contrarius consilio 124. numero 8. libro quinto quem refert, & sequi videtur Gozad. consilio 25. numero 18. Hanc etiam dicit esse communem idem Alex. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui, post nu. 4. ff. de lega. primo, quem refert, & sequitur Socin. consilio 127. numero 10. libro tertio, & Tiraquel. de retractu. munic. §. 11. gloss. 6. numero 25. Hanc etiam dicit esse communem lat. consilio 213. numero 4. libro 2. Et reuera hæc opin. mihi semper magis placuit, ut scilicet illud quod ego acquirō, possim etiam meo iure alienare, Et si in feudo nouo acquisito pro se, & filijs, potest pater de eo ad libitū suū disponere, in præiudicium filiorū, modo domini consensus accedat, secundum

cundum opinionem quam ego tenui in d. §. Feudum, q. 47. vers. Et hæc quidem multo magis idem dicendum est in emphyteosi, quæ proculdubio facilius potest alienari, §. feudum. Bene uerum est, q̄ si in inuestitura, siue concessione emphyteotica, esset proprio nomine nominatus aliquis ex filijs uel aliter apparere posset, q̄ emphyteosis eius et concessa, nō solum intuitu recipientis, sed etiam cōtemplatione filiorum, eo casu utique transiret cum alia opinione, q̄ non posset et ea pater in ipsorum præiudicium disponere, quæ multis auctoritatibus fouetur.

Sed quid si sit emphyteosis mixta, puta quia accepta sit pro filijs, & hæredibus? Rōd. si teneamus opin. quam ego teneo, q̄. scilicet si sit acquisita pro se, & filijs simpliciter, possit tamen acquirēs de ea libere disponere, multo magis tenendum erit hoc casu, q̄ et in hac emphyteosi quæ partim est hæreditaria, possit filijs præiudicare, Sed certe etiā si in ea quæ nō est aliquo modo hæreditaria teneamus contrariam sententiam, q̄ non possit de ea pater acquirēs disponere, adhuc tamen in hac specie tenendū est, q̄ possit. Cum enim hoc casu appareat, q̄ pater nō simpliciter stipulatus est filiis, ut filiis, sed et ut hæredibus, poterit pater de ipsa emphyteosi ad suū libitū disponere, neque poterit filius hæres illā reuocare, nisi secundū aliquos adiret paternam hæreditatem cū beneficio legis, & iauerarij, quo casu utiq; admittretur ad reuocandum, ubi penes eum non remaneret tantum quantū ualeret ipsa emphyteosis, Ego tū absolute teneo, & semper tenui, q̄ pater acquirēs emphyteosim siue pro se, & filijs, siue pro se, & filiis, & hæredibus, siue alio quocumque modo concepta sit concessio, potest de ea libere disponere, ut superius dixi.

Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteosi noua, si uero loquimur in emphyteosi antiqua, seu paterna, tūc distinguere, q̄ aut est simpliciter hæreditaria, puta quia accepta pro se, & hæredibus, uel pro se, & hæredibus quibuscūq; uel pro se, & quibus dederit, uel huiusmodi, & tūc (vt supra dixi) ex quo talia bo-

na iudicantur potius tanquam libera, quam tanquam emphyteotica, nemo dubitat, qui possit emphyteota dñi accedente consensu, in quemcumque de eis disponere. Aut est simpliciter, & absolute non hæreditaria puta quia concessa pro se, & filiis, & tunc, cū sit filius, & descēdētibz ius quæstum esse beneficio primi acquirētis, & sic uirtute prima inuestiturę, non potest emphyteota eis in aliquo præiudicare, neque hoc casu reperitur, q̄ aliquis contrarium teneat, ut dicit Alexand. consil. 106. post num. 8. li. 4. Hoc etiam dicit esse indubitatissimum Gratus consil. 22. nu. 9. lib. 1. Aut est mixta, scilicet cōcessa pro filijs, & hæredibus, & tunc breuiter ego teneo in emphyteosi, illud quod tenui in feudo huiusmodi qualis in d. §. Feudum, q. 42. in fi. Vide et in hoc proposito ea, q̄ dixi infra q. 37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige, ut pcedant quantum ad præiudicium filiorū, sed quantum ad præiudicium domini, reuertendū est ad ea quæ dixi supra q. 13. & sequen.

QVAEST. XVII.

SVMMARIVM.

Emphyteota an possit sine consensu domini re emphyteoticam permutare.

Q

VAERO, nunquid possit emphyteota rem emphyteoticam sine consensu domini permutare? Respond. inter uocatos in inuestitura siue concessione emphyteotica, utique potest fieri permutatio, si enim pmissa est inter ipsos omnis alienatio, ut dixi supra quæstio. 14. censetur etiam permissa permutatio. Sed nunquid poterit illam transferre in extraneum titulo permutacionis? Respond. q̄ sic, ita dicit Bald. in l. si domus. §. fin. ff. de lega. 1. & ita communiter tenetur, vt ait Ripa in l. q. Romę. §. deo fratres, nume. 80. ff. de verbo. oblig. Hoc tamen

intellige vt procedat, dāmodo talis per mutatio fiat bona fide, sed si aliqua fraus subesset, puta quia in effectu emphyteota rē ipsam videret, sed in contractu ipso assereret se permutare, ut prius rēt dñm iure suo pationis, talis fraus dño non obesset, quominus posset vti suo iure pralationis, ita dicit Bal. in d. l. si domus. §. 1. & est communis opi. vt attestatur Ripa in l. 2. in prin. nu. 38. ff. cert. pe. & forte etiam de iuris rigore dici posset, q̄ hoc casu emphyteota pp̄ huiusmodi alienationem caderet a rē emphyteotica, quod multi etiam tenuerūt, hoc tamen pro nuic non affirmo.

QVAEST. XVIII.
SVMMARIVM.

Emphyteota an possit sine consensu domini rē emphyteoticam hypothecare.



Quero, an possit emphyteota rē emphyteoticā sine dñi consensu hypothecare, uel pignorarē? Rñ. q̄ sic, ita dicit gl. in d. l. si. in uerbo, Aliis uēdere, C. de iure emph. que in hoc cōiter approbat, vt ait Iaf. in ead. l. si. nu. 78. & seq. que refert Gratus cōsilio 55. nu. 14. li. 1. Idem dicit Gratus cōsilio 54. nu. 5. libro 1. Et dicit Ripa in l. filiusfamil. §. diui, nu. 90. ff. de le gat. primo, q̄ ita tenent cōiter scribētes, Pignoris enim obligatio, non est pp̄ric alienatio, & ideo etiam in generali hypotheca, siue obligatione omnium bonorum, veniunt bona emphyteotica, ut dixi infra hoc eod. lib. §. hypotheca.

QVAEST. XIX.
SVMMARIVM.

Emphyteota an possit sine consensu domini rē emphyteoticam alteri locare.

Quero, nunquid possit emphyteota sine dñi consensu alteri locare rē emphyteoticā? Rñd. si queris de locatione ad modicū tps nulla est difficultas, quin possit illā locare, talis enim locatio non est species alienationis. In locatione aut ad longū tps, aliqui etiam idem sentiunt, & dicit Apostil. ad Alex. consil. 119. circa fil. lib. 3. q̄ ita communiter obseruatur, & licet forte hoc de iure non procederet, cum locatio ad longum tempus sit species alienationis, ut dixi infra hoc eo. lib. §. locatio, Tamen ubi uigeret talis obseruantia, & consuetudo, utique esset attendenda, & sic excusaret emphyteotam à p̄na priuationis, ut in simili dixi infra hoc eo. li. §. feud. q. 33. vers. Scias tamen, Sed cessante consuetudine, ego semper inclinarem in contrariam sententiam.

QVAEST. XX.
SVMMARIVM.

Emphyteota an possit irrequisito domino rē emphyteoticam alteri in emphyteosim concedere.

Quero, nunquid possit emphyteota irrequisito dño rē emphyteoticā alteri emphyteosim cōcedere, Rñd. q̄ non, & ita de cōtuetudine obseruatur, ut ait Spec. in d. §. nūc aliqua q. 125. quem refert Iaf. in d. l. si. nu. 110. C. de iur. emphyteoti. Est enim concessio in emphyteosim proculdubio species alienationis, ut est omnibus notissimum.

QVAEST. XXI.
SVMMARIVM.

Emphyteota an possit sine domini consensu cōstituire seruitutem in fundo emphyteotico.

Quero,

Quero, nunquid possit emphyteota sine dñi consensu constituere seruitutē, i fundo emphyteotico? Respond. quod sic, quantum ad sui p̄iudicium, non tamen quantum ad p̄iudicium domini directi, & ideo finita emphyteosi erit etia finita ipsa seruitus, ita tenet communiter Doctores vt dicit Cypol. libro primo de serui. cap. 14. colum. prima. vide quā dixi in dicto §. Feudum quæst. 37.

QVAEST. XXII.
SVMMARIVM.

Res emphyteotica in casibus in quibus potest alienari, an possit indistincte alienari in quocumque genus personarum.

Quero, an in casibus in quibus potest alienari, possit indistincte alienari in quocumque genus personarum? Respond. vulgaris est, & notissima regula, quod nō potest emphyteus alienari in potentiores, quæ licet iure non probetur, tamen in practica non solet in dubiū refricari, & hanc esse communem conclusionem attestatur Ale. in l. si finita. §. si de uetigalibus, post num. 36. vers. Nec obstat, quod emphyteosis, ff. de damno infecto, Iaf. in d. l. fin. num. 90. & 97. C. de iure emphi. ubi dicit, quod ita concludit cōmuniter Doctores, quem refert Gratus consilio 80. num. 2. libr. 1. Personæ autem potentiores intelliguntur illæ, quæ sunt magis priuilegiatæ, puta clerici, curiales & milites, ut habetur per Doctores in locis p̄allegatis.

QVAEST. XXIII.
SVMMARIVM.

In alienatione rei emphyteotice solvendum est laudemium domino directi.

Et an etiam si donetur alteri, ver. Sed quæro.

Et quid si in concessione emphyteotice permixta sit emphiteota ipsius rei alienatio, ver. Sed quid si in ipsa.

Et quis teneatur soluere laudemium, emphyteota an acquirens, uer. Ulterius quero.

Et quid si vnus habeat proprietatem, & alter vsum fr. ipsius proprietatis, cui solvendum sit laudemium, versio. Sed pone.



DICTVM est de alienatione rei emphyteotice, quibus casibus permixta sit. Nunc scire debes, quod in quacumque alienatione rei emphyteotice, solvendum est domino directo laudemium, i. quinquagesima pars p̄cij, pro quo res ipsa alienatur, & sic ad rationem duorum scutorum pro quolibet centenariio.

Sed quero, an solvendum sit huiusmodi laudemium solummodo de rebus venditis, aut permutatis, an etiam de donatis? Respond. quod etiam de donatis solvendum est, & hæc est communis opin. vt dicit Bertran. consil. 123. num. 1. lib. 1. in 2. parte. Et dicit Iaf. in d. l. si, post num. 68. versio. Sequitur postea, quod in hoc nemo discrepat, Huiusmodi em̄ laudemium soluitur propter nouam inuestituram, quæ à domino cōceditur, quæ ratio militat tã in donatario, quàm in emptore, aut alio acquirentore, cui opus sit noua inuestitura.

Sed quid si in ipsa concessione, seu inuestitura emphyteotica conuētū sit inter dominum, & emphyteotam, q̄ possit ipse emphyteota ius suū vendere, cui uoluerit, nunquid si deinde vendat, adhuc solvendum est laudemium? Rñ. q̄ sic, ita tenet Salic. in d. l. col. i. ver. Sed in xta pri mum, & est communis opi. vt dicit Soc. lun. conf. 70. num. 11. & post num. 27. lib. 3. Nam (vt dixi) solutio laudemij fit propter nouam inuestituram, & ideo nihil refert, an primus emphyteota potuerit vendere domino irrequisito, vel non, sed solummodo an nouus acquirentor opus habeat noua

noua inuestitura, vel recognitione a domino directi.

Vterius quero, quis teneatur ad solutione laudemij, an emphyteota qui alienat, an autem acquirens ipsam rem emphyteoticam? Rnd. q generaliter nouus emphyteota, vel feudatarius, vel acceptor est ille qui tenetur soluere laudemium dno directo, ita tenet gl. in d.l. fin. in verbo, Accipere, & ita obtruat, vt dicit Iason. in d.l. fin. num. 41. C. de iure emphy. quem refert Gozad. consil. 65. num. 1. Soluitur enim propter nouam inuestituram, vt supra sapius dixi.

Sed pone, q dominus directi decesserit relicta heredi, proprietate, alteri vero usufructu ipsius proprietatis. Quero si dura te usufructu contingat re emphyteoticam alienari, cui debeat laudemium proprietario, an usufructuario? Respond. q laudemium debetur usufructuario, non autem domino proprietatis, ita dicit Io. And. in addi. ad Specul. de emphyt. in ver. 93. in verbo, Qui tabernas, post medium, & est communis opi. vt ait Soc. Iun. in d. consil. 70. num. 31. lib. 3. Cum enim fructus sit utilitas ex re, vel propter rem proveniens, merito hoc emolumentum, quod propter rem ipsam provenit, ad usufructuarium pertinere debet, & ita vidi seruari.

QVAEST. XXIII.

SVMMARIVM.

Emphyteota an propter alienationem rei emphyteotica cadat a iure suo Remissive.



Verò, nunquid emphyteota propter alienationem rei emphyteotica factam irrequirit domino cadat a iure suo? dixi q. quæst. 13.

QVAEST. XXV.

SVMMARIVM.

Emphyteota qui interuenit possessionem domini, an cadat a iure suo, post q. ab ipso domino propria auctoritate expelli.



Verò, an emphyteota q interuenit possessionem dno cadat a iure suo? Respond. quod sic. Sed nunquid poterit hoc casu ab ipso domino propria auctoritate expelli? Respond. quod non ita tenet gl. in d.l. in verbo, Reppellere, cū qua omnes tenent, ut ait Iason. in l. 17. & ratio est quia tunc in ipis emphyteota in totū suo nomine possidere, & spoliare dominum sua ciuili possessione: & ideo via iuris, non facti contra eum agendum est. Hoc tamen intellige, quando ex interuallo, secus autem si incontinenti, tunc enim utriusque posset pro defensione suæ ciuili possessionis, illū propria auctoritate expellere, ad quod videnda sunt ea, quæ dixi, infra lib. 7. §. Possessio.

QVAEST. XXVI.

SVMMARIVM.

Emphyteota an propter deteriorationem expelli possit.

Et an emphyteota possit incidere arbores fructiferas, vers. Hinc inferitur

Verò, nunquid emphyteota possit expelli propter deteriorationem? Respond. si loquamur in emphyteota ecclesia, certum est, quod potest expelli, text. est in auct. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. Sed quid in emphyteota priuati? Respond. quod pariter etiam expelli potest propter deteriorationem, ita tenet Pet. in d. auct. qui rem, & est communis opi. vt dicit Iason. in ea. auct. qui rem, num. 5. & seq.

Hinc inferitur, q non potest emphyteota incidere arbores fructiferas, ita tenet Bart. in l. duortio. §. si fundum, nu. 3. ff. solut. mat. cum quo transeunt indifferenter omnes Doct. antiqui, & moderni, vt dicit Iason. in eod. §. si fundum, num. 2. & dicit Ang. in l. si colonus. ff. arbori furtim cesarum, quod ab hac conclusione nullus unquam discrepauit. Et ideo si illas incidat cadit

cadit a iure suo. & potest expelli, & priuari, ita tenet Bald. in d. §. si fundum, & est communis opin. vt ait Iason. in dicto §. si fundum, num. 4. Picus in l. Titia. §. Titia, post num. 96. ff. de legat. 2. Quæ licet videatur nimis rigorosa, tamen tenenda est in practica, ut emphyteota metu caducitatis, & priuacionis bene uenturi in rebus sibi in emphyteosim concessis, Faciant quæ dixi infra hunc eo. lib. §. Feudū q. 47. Hæc tamen omnia intellige, quando est notabilis deterioratio, secus si esset modica, vel minima.

QVAEST. XXVII.

SVMMARIVM.

Emphyteota cessans a solutione canonis emphyteotica, an cadat ab emphyteosi Remissive.

Verò, an emphyteota cessans in solutione canonis, cadat ab emphyteosi? dixi supra quæst. 8.

QVAEST. XXVIII.

SVMMARIVM.

Emphyteosis an teneat ad extraneos heredes.

Et quid si concessa sit nulla temporis praesumptione adiecta. Ibid.

Et quid si concessa sit usque ad certam generationem, ver. Secundo modo.

Et quid si concessa sit in perpetuum pro se & filijs, ver. Primus casus est.

Et quid si concessa sit expresse etiam pro extraneis heredibus, ver. Secundus est casus.

Et quid si concessa sit simpliciter pro se, & heredibus, ver. Tertius est casus.

Et an emphyteosis ecclesiastica de sui natura sit transitoria ad extraneos heredes, ver. Et certe.

Et quid si tempore concessionis non constabat bona esse ecclesiastica, vers. Item. Vnum tamen.

Et quid si emphyteosis ecclesiastica concessa sit pro se, & heredibus quibus quibusdam cinque, ver. Sed quero. quid si sit concessa pro se, & quibusdam detur, ver. Idemque, & multo.

Verò, nunquid emphyteosis transcat ad extraneos heredes? Hæc est intricata, & ardua quæstio, in qua doctores adeo uarie loquuntur, vt veritas vix discerni possit. Tū igitur pro intelligentia terminorum, debes presupponere, quod quatuor modis potest aliquis in emphyteosim concedi. Primo, quidem simpliciter, id est nulla temporis praesumptione adiecta, puta, concedo tibi hæc rem in emphyteosim, & hoc casu tenendum est q talis emphyteosis (quam nonnulli appellant inforem) transeat ad filios, seu descendentes recipientis, etiam quod de illis in concessione nulla mentio facta sit, censetur enim facta concessio, non solum pro ipsa recipiente, sed etiam pro illis heredibus, qui ex natura emphyteosis succedere solent, ita tenent Pet. de Bellaperrica in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de leg. primo, cuius opinio dicit esse communem Iason. in dicto §. si quis alicui, num. 9. qui licet loquatur in emphyteosi concessa a Papa, vel Principe, idem tamen dicendum esset in concessa a quolibet priuato, & etiam ab ecclesia, modo concessio sit legitime facta, semper enim iudicio concessio debet potius ceteri realis quam personalis, nisi aliter de mente contrahentium appareat, Faciunt quæ dixi infra hoc eodem libro §. Feudum, quæst. 9. versiculo, Sed quid dicendum. Transibit ergo huiusmodi emphyteosis proculdubio ad filios, siue descendentes ipsius recipientis, & hoc siue concessa sit a laico, siue ab ecclesia, ad extraneos autem transibit, si sit concessa a laico, sed si concessa sit ab ecclesia, transibit solummodo ad filios, & descendentes, & hoc omnes faciunt, vt dicit Gozad. consilio 75. post numerum 9. Quæ quidem conclusio modicam habet difficultatem tenendo illam opinionem, quod emphyteosis ecclesiastica de sui natura nō transeat ad extraneos heredes, de Traç. Iul. Clari. M quo

quo infra late dicemus. Bene verum est, quod de huius iure forte verior est opinio, quod emphyteosis ecclesiastica simpliciter concessa, nulla facta mentione filiorum, nec heredum, finit in persona accipientis, ut est text. rotundus in §. emphyteosim in antea. de non alienan. sed in practica non recedat a communi.

Secundo modo potest res in emphyteosim concedi vique ad certam generationem, puta secundam, tertiam, vel quartam, & hoc casu cum certa sit dispositio non est tractandum an transeat ad extraneos heredes, ex quo solummodo ex tenore concessionis, vel inuestiturae sunt vocati descendentes recipientis, vsq; ad generationem expressam in ipsa concessione, & hoc indistincte procedit, siue emphyteosim sit concessa a principe, siue ecclesia, iure priuato. Quomodo autem intelligatur secunda, vel tertia generatio, dixi infra quaest. 34.

Tertio modo concedi potest emphyteosim, vique ad certum annorum numerum, puta, ad viginti, vel triginta annos, &c. & hoc casu si quarat an transeat ad extraneos heredes, dicendum est, quod sic, vsque ad illum numerum annorum prefinitum, & hoc proculdubio procedit, in emphyteosim concessa a priuato, sed in emphyteosim ecclesiastica, si nulla esset facta mentio heredium extraneorum, de stricto iure idem forte dicendum esset, quod supra dictum est, quando emphyteosim concessa est nulla temporis prefinitione adiecta, equius tamen, & tutius est tenere, p. vsque ad illum numerum annorum transeat in quoscunque.

Quarto modo potest concedi emphyteosim in perpetuum, & in hoc articulo pro clariori intelligentia, distinguendi sunt tres casus.

Primus casus est, quando emphyteosim perpetua concessa est expresse pro se, & filiis, & hoc casu nulla est difficultas, haec enim solummodo transit ad descendentes, iuxta tenorem ipsius concessionis, non autem transit ad extraneos neque facio differentiam, an concessa sit pro se, & filiis, an autem pro se, & filiis, an autem pro se, & filiis heredibus, quia licet illa

qualitas (haeredibus adiecta verbo) filijs operetur, quod emphyteosim non possit transire ad filios, nisi etiam sint haeredes recipientis, ut dixi infra quaestio. 37. Tamen quantum ad hoc propositum, de quo in praesentia tractamus, paria sunt, vel quod concessa sit pro se, & filiis, vel pro se, & filiis, & heredibus, vel pro se, & descendentes, & heredibus, vel huiusmodi, nam in omnibus casibus nunquam transit ad extraneos heredes, & hoc indistincte locum habet, tam in emphyteosim concessa a priuato, quam ab ecclesia, & ita putandum esse, licet nonnulli teneant contrarium.

Secundus est casus, quando emphyteosim perpetua concessa est expresse etiam pro heredibus extraneis, puta quia in inuestitura, seu concessione dictum sit, pro se, & heredibus quibuscunque, vel pro se, & heredibus, & quibus dederit, nam ex proprietate huiusmodi verborum veniunt etiam extranei heredes, vt in simili dixi infra hoc eodem li. §. feudum. quaest. 9. versicul. Hoc praemisso. Et hoc quidem casu distinguendum est, inter emphyteosim concessam a priuato, vel concessam ab ecclesia. Nam si est concessa a priuato, proculdubio transit ad quoscunque heredes, etiam extraneos, ex tenore ipsius inuestiturae, si vero est concessa ab ecclesia, tunc aut agitur de noua concessione, quia scilicet huiusmodi res non erat solita concessa in emphyteosim: & tunc si debite solemnitates requisitae in alienatione rei ecclesiasticae ex dispositione capit. sine exceptione, & 2. quod secunda interueniant in tali concessione, proculdubio poterit talis concessio fieri etiam pro heredibus extraneis, ut dixi supra quaest. 6. versicul. Sed nunquid, & ideo etiam ad ipsos transibit, ut dixi infra versicul. Sed quarto, sicut enim potuisset ipsa res in totum alienari, subsistente causa legitima, & debitis solemnitatibus interuenientibus, ut dixi infra §. emptio. Multo magis potuit concedi in emphyteosim, etiam pro extraneis heredibus, & sic alienari solummodo respectu utilis dominii, & hoc iudicio meo nullam habet difficultatem, si vero debite solemnitates non interueniant,

concessio est ipso iure nulla, & ideo superfluum est tractare, nunquid transeat ad extraneos, quia non ualet, neque etiam in persona ipsius recipientis.

Aut vero erat solita concedi in emphyteosim, quo casu, quod per cessationem, alienationem, uel deteriorationem, vel aliter finita est emphyteosim, & sic res ipsa est ad ecclesiam reuersa, potest prelatus, etiam debitis solemnitatibus non interuenientibus, illam in emphyteosim iterum concedere, & tunc, aut non erat solita concedi pro extraneis, & si quidem interueniunt debite solemnitates, & legitima causa, ualet concessio etiam in extraneos, ut supra sepius dixi, si uero non interueniunt, nulli dubium est, quod non potest in hac renouatione concedi, ita ut transeat ad extraneos, Nam prelatus non potest in huiusmodi renouatione altera referri, secundum quam res ipsa solita est in emphyteosim concedi, & si id factum, uisitur concessio, saltem quatenus forma solita excessa est, ut dixi supra in d. q. sexta, versicul. Scias tamen. Aut uero erat solita concedi etiam pro extraneis heredibus, & hoc casu si quidem interueniant debite solemnitates, potest iterum concedi etiam pro extraneis, militat. n. eadem, ino fortior ratio, quae in proximo casu, ubi uero non interueniunt debite solemnitates mihi magis placet, quod non possit concedi nisi pro descendentes recipientis, non autem pro extraneis, ad quae uidentur ea, quae dixi infra versicul. Preterea possent.

Tertius est casus, quoniam emphyteosim est simpliciter concessa pro se, & heredibus, & hoc casu pariter est distinguendus inter emphyteosim concessam a priuato, & emphyteosim concessam ab ecclesia. Nam si quidem est concessa a laico, transit in heredem extraneum, & potest cuiuscunque legari, & donari, etiam irrequisito domino, & ita communiter tenetur, ut dicit Caldes. conf. 6. sub Rubrica de locato. Hanc praeterea conclusionem dicit esse communem, Ale. in l. si patroni. in si. ff. ad trebellia. quem refert, & sequitur Gigas de crim. laesa Maiestatis libro 2. in Rubrica de penis, quaestio. sexta, numero sexto.

Idem etiam dicit Alexand. in l. q. dicit, num. 26. ff. de verb. obl. quem refert Soc. Jun. consilio 58. numero 8. libro 2. & in hoc nulla est inter Doctores controuersia. Punctus est, quid in emphyteosim ecclesiastica, multi enim tenuerunt, quod illa ad extraneos heredes non transeat, licet simpliciter pro se, & heredibus concessa sit, fundamentum autem istius opin. est, quod licet uerbum heredibus de sui proprietate comprehendat tam extraneos heredes, quam descendentes, tamen (ut ipsi praesupponunt) regulariter emphyteosim ecclesiastica de sui natura non transit nisi ad descendentes, non autem ad extraneos heredes, secundum opin. quam dicit esse magis communem in l. ex facto, num. 14. in si. ff. de hered. insti. quem refert, & sequitur Ruin. consil. 23. numero 34. libro quinto, & consilio 68. nu. 10. eodem volum. Alexand. consilio 23. numero 4. libro 1. & consilio 9. libro secundo, & consilio 38. numero quarto, eo. volum. & consil. 89. numero 1. lib. 4. & consilio 21. numero 11. libro 5. & consilio 22. numero 5. eod. uolum. & consilio 129. numero 1. eod. volum. & in d. l. si patroni, in princip. numero 6. ff. ad trebell. quem refert Apostill. ad Corlet. in uerbo, Contractus in singula. incip. Contractus, Socin. conf. 121. num. 18. lib. 4. quem refert Gratus, consilio 55. numero 8. libr. 1. Ruin. consilio 48. num. 10. libro 1. & consilio 177. nu. 1. eo. volum. & consil. 148. nu. 4. eo. volum. & consil. 161. numero 6. eod. volum. & consil. 162. nu. 11. eo. uol. & consil. 168. nu. 2. eo. uol. & consil. 224. num. 12. li. 4. consil. 25. nu. 12. eo. uol. Ripa in l. cum bona, nu. 14. ff. de priuileg. credit. Gorad. consil. 75. nu. 9. Rimin. consil. 437. numero 3. Et ideo secundum ipsos, illud uerbum pro se, & heredibus, positum in concessione, uel inuestitura, ratione subiectae materiae, debet intelligi solummodo de descendentes, non autem extraneis, Regulariter enim in quacunque materia, quae de sui natura non est transitoria ad extraneos, appellacione heredum non ueniunt extranei, secundum communem opin. de qua attestatur Dec. in d. consilio 171. numero 5. Faciunt

que in simili dicunt Doctores de feudo concessio pro fe, & hereditibus, ut dixi in allegato §. feudum, quæst. 83. in fin.

Et in specie, quod emphyteosis ecclesiastica simpliciter accepta p. fe, & hereditibus, trāseat solummodo ad descendentes, non autem ad extraneos heredes vltra præallegatos doctores dicit esse communem sententiam Comen. consil. 57. nu. 1. & seq. quem refert, & idem affirmat Goraz consilio 39. nu. 6. & seq. Antonius Oldoinus inter consilia Raphaeli Comen. consil. 11. num. 1. Alex. consilio 56. num. 3. lib. 2. & consil. 83. num. 1. lib. 7. & in l. quædam. §. nihil interest, nu. 6. ff. de edendo, & in l. licetiam post num. 3. ff. sol. mat. prout illum refert Soc. lun. consil. 11. num. 3. lib. tertio, Bolognini. consil. 48. in primo dubio, Barb. consil. 63. quasi per totum consil. lib. 1. Deco in ea in præsentia, post num. 48. vers. 1. x. prædictis de phatno. quem refert Berous ibi, nu. 386. Bertrand. consil. 173. num. 47. lib. 3. in secunda parte, Afflic. decif. 100. num. 1. ubi etiam dicit ita fuisse iudicatum in illo sacro consilio, quia in illo concessione emphyteotica non interveniunt debita, solemnitates, quod nota, Rubens in l. Gallus, §. quidam recte, num. 192. & seq. ff. de liber. & postea Paris. in d. c. in præsentia, num. 104. Berous q. 19. num. 1. & seq. Et dicit Soc. lun. consil. 71. num. 3. lib. 1. q. p. ita communiter determinatur Dicit etiam Imola in ca. potuit, nu. 14. circa finem de locato, q. de consuetudine communiter istud servatur, quem refert Corn. consil. 76. in litera B, lib. 2. & consil. 165. col. 3. in litera G, eod. vol. & ita iā pluribus annis in facti contingente consuluit collegium Papiense inter Abbatem sanctæ Mariæ de Procalia, & quædam Beneficentium notarium, cuius consilij exemplum manu scriptum ego habeo, in quo pluries dicitur hanc opinionem proculdubio esse magis communem. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod iudicium emphyteosis ecclesiastica transeat etiam ad extraneos heredes, multi etiam tenuerunt, & q. plus est, imola in d. l. quod dicitur, post num. 8. vers. Circa primum vero ff. de verb. oblig.

sibi ipsi contrarius dixit, & hæc est communis opin. glo. & Doctorum quem refert, & sequitur, Corn. consil. 131. in litera Q, lib. 2. & consil. 173. in litera L, eod. vol. Idem sentit Ziliolus de Cautellis in ter consilia Ancharan. consil. ultimo, nu. 8. quod est subscriptum à multis illustribus viris illius temporis: Idem attestat Alex. pariter sibi contrarius consil. 189. post num. 19. vers. Secundo respondetur, lib. 3. Hanc etiam opt. dicit esse communem Corn. consil. 13. in litera B, libro 3. quem refert compater meus Craneira consil. 25. r. nu. 3. in fin. licet ipse nihil firmet, refert etiam, & sequitur Paris. consil. 84. num. 4. lib. 4. Et dicit Paris. consilio 85. numero 17. libro 4. q. p. ita firmat communiter Doctores, Et dicit Soc. consilio 266. num. 33. in fi. lib. 2. q. hæc est magis communis opin. maxime moderorum Doctorum. Sed advertendum est: quod ferè omnes Doctores proxime allegati loquuntur in casu in quo emphyteosis ecclesiastica esset concessa subsistente legitima cā, & intervenientibus debitis solemnitatibus, q. in rei ecclesiasticæ alienatione requiruntur ex dispositione dicti cap. sine exceptione. 12. quæstio. secunda. Tunc enim, ex quo res ecclesiæ de sui natura possunt illis intervenientibus alienari in totum, & in quoscunque, videbatur dicendum, q. emphyteosis ita concessa trātere deberet etiam ad extraneos, & ita ultra præallegatos hanc opt. dicit esse communem Porc. in §. adeo insit. de locato, prout illum refert Curt. junior. consilio 4. numero 1. refert etiam gratus consilio 55. num. 28. lib. 1. & Didac. in dicto cap. 17. vers. 4. Quarta conclusio, licet ego illum non inveniam ibi attestantem in hoc articulo de communis opinio. scriptum, numero 3. ubi loquit in hoc proposito, Idem dicit Paris. in dicto capitulum præsentia, numero 108. Et secundum hanc opinionem dicit Afflic. decif. 386. post num. 7. quod vidit in consil. regis Ferdinandus primi iudicatum, quod emphyteosis ecclesiastica concessa servatis servandis, & canonice pro fe, & hereditibus, transeat ad heredem insipientem in testamento, exclusa ecclesia, quod est notabile

tabile verbum, propter auctoritatem illius sacri consilij, & sic videtur, quanta in hoc articulo sit controversia inter scribentes, Breuiter, quando in concessione emphyteosis ecclesiasticæ non sunt adhibita debita solemnitates, que in totali alienatione requiruntur, proculdubio tenendum est, quod huiusmodi emphyteosis ad extraneos heredes non transeat, & in hoc omnes concordant ut dicit Curt. Jun. consil. 130. nu. 4. in fin. Quando vero interveniunt debita solemnitates, non potest negari, quin passus sit valde periculosus, ego tamen in iudicando aut consulendo etiam hoc casu non audeam recedere ab illa opin. quod non transeat ad extraneos, quia abique controversia arbitror esse magis communem, licet in pñctio iuris forte contraria sit verior.

Et certe ego non uideo, quomodo doctores tenentes hanc opinionem, quod scilicet emphyteosis ecclesiastica concessa pro fe, & hereditibus, non transeat ad extraneos heredes, probent illud suum præsuppositum, adeo per omnes decantatum & super quo fundatur tota eorum conclusio, q. scilicet de sui natura emphyteosis ecclesiastica non sit transitoria ad extraneos heredes, nam de iure canonico hoc nullibi dispositum reperitur, sed solummodo prohibetur concessio in emphyteosim perpetuam sine debitis solemnitatibus, sicut, & alia alienationes, ut in c. nulli de rebus ecclesiæ non alien. & in c. hoc consultiissimo eo. tit. lib. sexto, q. prohibitio generalis est, & uniformiter prohibet illius concessionem, in descendentes, sicut in extraneos, Text. autem in §. emphyteosim in autem, de non alien. super quo omnes se videntur fundare (pace tantorum patrum) non meretur allegari in hoc proposito, cum enim sit dispositio principis secularis circa res ecclesiasticas, certum est, q. etiam si sit ecclesiæ favorabilis, non est attendenda, ut est indubitata, & communis omnium doctorum opin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. de qua dixi supra lib. primo, §. primo.

Nec dicatur, q. imo lex imperialis favens ecclesiis valet, & censetur appro-

bata per Papam, nisi canon sit in contrarium, licet secus sit in constitutione inferiori, quia hoc procedit, quando lex esset generalis, simpliciter aliquid disponens, sed quando in ipsa lege specialiter aliquid prohibetur, vel disponitur, circa personas, vel res ecclesiasticas, tunc omnes concordant, q. non valet, neque ligat ex notorio defectu potestatis. ut dixi in d. §. primo, & ideo nemine discrepante concluditur in dicta ecclesia sanctæ Mariæ, quod totus titulus. C. de sacrosan. eccle. & de spic. & cler. est nullus, ex quo disponit circa personas, & res ecclesiasticas, in quibus Imperator nullam habet potestatem, & tamen ille titulus continet leges Imperiales, & non principis inferioris, prout etiam hanc esse communem opi. attestatur Gratus consil. 110. nu. 35. lib. primo.

Et si dicatur, ut dicit Aretin. quod ille §. emphyteosim, videtur receptus, & canonizatus per papam in allegato c. nulli, ubi etiam comminatur pœna sua c. constitutione leonina comminatas, qua constitutio leonina dicitur esse, l. iubemus, C. de sacrosan. eccle. ad cuius interpretationem præsupponitur factam fuisse constitutionem Iustiniani positam in auctoritate, in qua est §. ille emphyteosim dico quod hæc consideratio Aret. (cum reverentia tati doctoris) videtur nimis subtilis. nec potest iudicio meo sustineri. in primis enim dici potest, quod in illa constitutio leonina de qua loquitur text. in d. c. nulli, non est l. iubemus, sed constitutio Leonis Pape de qua. 12. q. se cūda, & hoc dicens non esset peccatum, ut dicit Jo. And. in d. c. nulli, in ultimis verbis, Sed posito, q. papa sentierit de l. iubemus, ut ego etiam suspicor, certe illam non dicitur approbasse, nisi simpliciter comminando sacerdotibus pœnas ab illa lege laicis impostas, non autem approbando eius dispositionem, Practica dato, q. illa l. iubemus esset expresse, & in totum canonizata, non per hoc potest inferri ad §. emphyteosim, q. positus est in alia constitutione prolius separata, & aliud disponente, & q. videtur enata esse non ad interpretationem, ut dicit Traç. lul. Clar. M. 3. Aret.

Aret. sed potius ad correctionem constitutionis Leonine, ut probatur ex verbis ipsius constitutionis in principio ubi dicit, sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egeret etiam eam quadam correctione credimus, licet ergo exponat correctionem pro supplementatione. Si ergo non reperitur iure cautum, quod emphyteosis ecclesiastica de sui natura non sit ad quoscumque; heredes etiam extraneos transitoria, & consequenter si nihil in emphyteosi speciale constitutum est, aliter quam in alijs alienationibus rerum ecclesiasticarum, videretur dicendum, quod sicut si esset intervenientibus debitis solemnitatibus vendita, seu donata res ecclesie alicui pro se, & heredibus, proculdubio et ad extraneos transiret, ita etiam, si eo modo res ecclesie in emphyteosim concedatur alicui pro se, & heredibus, debet et ad extraneos heredes transire.

Et si dicas (prout etiam nonnulli doctores in hoc proposito considerant) quod ex quo emphyteosis ecclesiastica concessa in perpetuum sine debitis solemnitatibus est ipsa iure nulla, ut est text. in d.c. nulli, non videtur tractandum, an eo casu transiret ad extraneos heredes, quia cum sit in validata, non transit neque ad filios, immo neque etiam valet in primo recipiente, & ideo consideratio eorum, qui in hoc proposito distinguunt inter emphyteosim concessam cum debitis solemnitatibus, & concessam sine solemnitatibus debitis, videtur esse insipida. Posset responderi, quod solemnitates de quibus in c. sine exceptione, licet de iuris rigore essent servanda in concessionibus emphyteoticis, tamen hodie non servantur, & nihilominus de consuetudine valent ipsae concessiones, ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine attestatur Spec. de locato in dicto §. hunc aliqua, versus. Sexto quaeritur, subdens, quod ecclesia Romana talem consuetudinem dissimulat, & patitur, & hoc videtur sufficere, ad hoc ut teneat contractus, Attestatur etiam Azo in summa C. de sacrosan. eccl. in fi. dicens, quod hodie de consuetudine Abbates cum suo collegio tradunt indistincte res ecclesiasticas in emphyteosim, quem refert Azo

still. ad Abb. in d.c. in presentia, sub nu. 28. quem verba Speculatoris, & Azonis, qui, & in Practica, & in Theorica sunt apud omnes maxime auctoritatis, iudicio meo sunt valde notanda in hoc proposito. Posset enim dici, quod si quidem interuenerit debite solemnitates iuxta text. in d.c. nulli, & d.c. sine exceptione, transibit ad extraneos heredes, si uero non interuenerit, quo casu nihilominus valet ex generali consuetudine, iuxta doctrinam Speculatoris, & Azonis supra allegatam, non transibit ad extraneos. Neque obstat, quod solemnitates requisitae in alienatione rerum ecclesiasticarum, non possunt consuetudine tolli, nec diminui, ut dixi in dicto §. emptio, quia illud procedit, in totali alienatione, secus autem in concessione emphyteotica, quae est minoris iudicii, ut desuper, & ideo Spec. in loco allegato tenet, quod talis consuetudo valet, tanquam utilis ecclesie, ut cum minori solemnitate possint facilius contractus facere, quod est multum rationabile praesertim cum ex tolerantia summi pontificis, uideatur consuetudo ipsa per tantum temporis spatium sedis apostolica auctoritate roborata.

Praeterea posset etiam aliter poni exemplum de emphyteosi ecclesia, quae sit concessa sine debitis solemnitatibus, & tamen valeat, puta, quando est res solita concedi in emphyteosim, quae ad ecclesiam refertur, nam omnes doctores hoc casu concordant, quod potest illam praesertim de nouo in emphyteosim concedere etiam non adhibito consensu capituli, neque servatis alijs solemnitatibus in rei ecclesiasticae alienatione requisitis, ut supra in dicta quaest. 6.

Quidquid tamen disputando dici posset, transeo indistincte cum sententia magistri cōi, quod scilicet emphyteosis ecclesiastica concessa pro se, & heredibus, sine cum debitis solemnitatibus, siue sine illis concessa sit, nunquam transibit ad extraneos heredes, sed tantummodo ad filios, siue descendentes ipsius recipientis, nisi ultra debitas solemnitates expressae concessa fuerit etiam pro heredibus extraneis, uel in ipsa iustitura apposta sunt talia uerba

verba quae hoc importent, puta pro se, & quibus dederit, uel pro se, & heredibus quibuscumque, &c. ut inferius dicam.

Nam tamen scias in hoc proposito, quod si forte non constabat bona in emphyteosim concessa fuisse ecclesiae, & per ipsam concessionem recognita sunt ab ecclesia, eo casu utique etiam si concessio esset simpliciter facta, pro se, & heredibus, transiret et ad extraneos heredes, & hoc absque aliquo contradicatore procedit, ut dicit Gratius in alleg. conf. 55. nu. 29. li. primo, Debet enim ecclesia contentari, quod senserit commodum ipsius recognitionis, cum aliter probare non posset bona ad se pertinere, absque eo, quod velit ea ab heredibus recipientis, licet extraneis auferre.

Sed quaero, quid si ab ecclesia concessa sit emphyteosis alicui pro se, & heredibus quibuscumque, nunquid huiusmodi emphyteosis transibit ad extraneos heredes? Respon. quod si debite solemnitates in concessione interuenerint, transibit etiam ad extraneos heredes, & haec est cōis opi. ut ait Dudac. in d.c. 17. post nu. 5. vers. Quin & si emphyteosis, qui ad hoc propositum multos allegat, qui tamen loquuntur in feudo, de qua plenius dixi, in d. q. 9. vers. Hoc praemisso, Conclusio tamen est in se vera, & communis, quia nulli dubium est, quin uerbis quibuscumque, nunquam comprehendat etiam extraneos, in quacunque materia positum sit & hoc omnes pene sententur.

Idemque, & multo fortius dicendum esset, ubi concessio facta fuisset pro se, & heredibus, & quibus dederit, nam haec uerba, & quibus dederit, comprehendunt non modo extraneos heredes uniuersali titulo venientes, sed etiam singulares successores, & ita hanc opi. dicit esse communem Curt. lra. consilio. 4. post nu. 1. vers. Sed quoniam, & cons. 130. nu. 2. vni dicit, quod ita concludunt communiter scribentes, & in au. res quaer. nu. 24. C. communia delegatis, & haec omnia nota, quia quotidie contingunt in practica ubi tamen in ista materia aliquis casus de facto tibi coningat, recurte semper ad consuetudinem ciuitatis, uel

provinciae, in qua concessio ipsa facta est & secundum illam iudicando non errabis illa enim praecipue est attendenda, & ita dicunt omnes doctores, ut ait Felin. in d.c. in presentia, nu. 27. in fi. licet non sit omnino expeditum, quod consuetudo possit inducere, ut res ecclesiae possint in emphyteosim concedi absque iusta, & rationabili causa, si tamen esset consuetudo, quod emphyteosis legitime concessa, non transiret ad extraneos, uel ad feminas, uel huiusmodi, deberet talis consuetudo proculdubio obseruari, & haec est communis opi. ut ait Berous in d.c. in presentia, nu. 391. in fin.

QVAEST. XXIX. SUMMARIUM.

Emphyteosis an ueniat in confiscatione bonorum, & consequenter an transeat in fiscum.



SUCCESSIVE pro, nunquam confiscatis bonis emphyteotae, emphyteosis transeat in fiscum?

Respon. aliquid simpliciter licet, quod bona emphyteotica non transeunt in fiscum & hanc opi. dixit esse communem Boer. de cl. 378. nu. 7. Bar. autem in l. si finita. §. si de uer. galibus, nu. 6. ff. de damno infecto distinguunt, quod aut agitur de emphyteosi ecclesiastica, & tunc ecclesia potest illam a fisco repetere indubitanter, Aut agit de emphyteosi concessa a priuato, & tunc si quidem ex natura conventionis, siue inuestiturae, est transitoria et ad extraneos heredes, transibit etiam in fiscum si uero non transiret ad extraneos heredes, non transibit in fiscum, & hanc opinionem Bar. dicit esse communem Aposill. ad Ang. de Malef. in uerbo, Et eius bona, nu. 16.

Tu dic, quod si quidem emphyteosis esset simpliciter concessa a priuato, non uideatur dubitandum, quin transeat in fiscum, sicut & alia bona ipsius delinquentis, si la enim proculdubio de sui natura transibit

ad quoscunq; hæredes etiã extraneos, ut dixi supra q. p. x. uerſi. Tertius est, & ideo tranſit etiã in ſiſcum, ſi uero in ipſa conceſſione p̄poſita ſunt aliqua uerba, ex quibus appareat contrahentes noluiſſe emphyteotiũ ad extraneos hæredes tranſire, tunc nõ tranſibit in ſiſcũ, q̄ eſt loco extranei hæredis, & ita cõiter concludit, vt dicit à lex. conf. 23. nu. 5. lib. 1. quod eſt duplicati conf. 88. lib. 3. quẽ referet Apoſt. ad R. im. cõf. 2. i. i. ubi nu. 7. Idem dicit à lex. conf. 89. nu. 2. lib. 4. In emphyteoſi aut eccleſiaſtica, aliqui ſimpliciter tenent q̄ illa non tranſit in ſiſcum, & dicit Ruin. cont. 161. nu. 7. li. 1. quod ita communiter concluditur, Hanc etiã opinioẽm dicit eſſe communem soc. conf. 121. nu. 18. lib. 4. Cum enim ſecũdũ magis communem opi. emphyteoſis eccleſiaſtica de ſui natura non tranſeat ad extraneos hæredes, ut retuli ſupra quẽ eſtio. proxim. merito nõ debet in ſiſcũ tranſire. Regulariter etiã quẽ non tranſeunt ad extraneos hæredes, non tranſeunt in ſiſcum, ut tenent omnes, teſte uobin. in d. conf. 121. nu. 17. Aliqui uero tenent, q̄ imò emphyteoſis eccleſiaſtica ex ipſa bonorum conſiſcatione tranſeat in ſiſcum, ſed quod deĩn de ſicũ arbitrio ipſius eccleſie, an uelit rem ipſam apud ſiſcũ dimittere, an autẽm ab eo uerſi, & hanc dicit uideri magis communem ſententiã Ruin. conſilio 23. numero 33. libro. quinto, quam in cõſe. 2u. uidetur tenere Barr. & alii in d. ſ. ſi de ueſtigialibus.

Breuitẽr ſi emphyteoſis ſit cõceſſa tali modo, quod non ſit tranſitoria ad extraneos hæredes, res nullam habet difficultatem, hãc argumentũ optime procedit negatiue, ſcilicet ſi emphyteoſis non tranſit in extraneũ hæredẽ, neque etiã tranſit in ſiſcum, qui eſt loco extranei hæredis, ut dixi in ſra lib. 7. ſ. ſiſcus, & hoc ſiue lit conceſſa ab eccleſia, ſiue à priuato.

Si uero emphyteoſis ſit ad extraneos tranſitoria, tunc ſi qdẽ eſt conceſſa à priuato, procedit argumentũ etiã affirmatiue, vt ſcilicet ſi tranſit in extraneũ, trãſeat etiã in ſiſcum, ut ſupra dictũ eſt

ſed ſi eſt cõceſſa ab eccleſia, mihi magis placet illa opinio, q̄ ſuauore eccleſie in ſiſcum non tranſeat. Certũ eſt enim, q̄ ex eo efficietẽ conditio ipſius eccleſie longe deterior, cum proculdubio ſiſcus ſit potentior quã priuatus, non ſolum difficultate conueniẽdi, ſed etiã ex in finitis priuilegiis, q̄ habet, preſertim quã nũq̄ eſſet ſpes, caducitatis, cum ſemper ſiſco competat in integrum reſtitutio, neque p̄ propter ſinem lineę res ad eccleſiam reuerteret, q̄ ſiſcus, nunquam moritur, neque eſt aliquo modo uerſimile, q̄ eccleſia eo animo aliquam rem in emphyteoſim concedat, vt poſſit caſus euenire, q̄ quem ad ipſam rem emphyteotica uiterius non reuertatur, q̄ eſſet in maximum ipſius eccleſie detrimentum. Teneo ergo, q̄ emphyteoſis eccleſiaſtica nullo modo in ſiſcum tranſeat, & liceat in puncto iuris multa dici poſſeat, hęc opinio iudicio meo eſt tutior, & q̄gor, & etiã magis cõis, & in omnem caſum, dato, q̄ uerior eſſet contraria opinio, q̄ ſcilicet emphyteoſis eccleſiaſtica in caſibus in quibus tranſit ad extraneos hæredes, tranſeat etiã ad ſiſcum, quam nulli etiã tenent, non eſt dubitandum, quin eccleſia poſſit intra biennũ illam in ſiſco repetere, ſi uelit, ut eſt tex. expreſſus in ſ. 1. in au. cõf. c. de aliena, & emphyteoſ. & eſt magis cõis opi. ut ſuperius dixi, & licet ille text. uideat loq̄ in emphyteoſi cõceſſa ab eccleſia Conſtantinopolitana, tũ cõiter intelligit vt diſponat in conceſſa etiã à quacũq; alia eccleſia, teſte Alex. in d. ſ. ſi ueſtigialibus, poſt. num. 30. & ſi dicatur, q̄ ille tex. cũ ſit conſtitutio Imperatoris, diſponens ſpecialiter circa res eccleſiaſticas, non eſt attendenda, iuxta quẽ dixi ſupra quãt. prox. uerſi. Nec dicatur? Reſpon. q̄ quantũ ad hoc prepoſitum, bene potuit Imperator diſponere, concedendo eccleſiis priuilegium in præiudiciũ ſui ſiſci, nam etiã circa res eccleſie, poſſunt quicũq; principes laici diſponere, priuilegium concedendo, ut omnes concludunt in c. eccleſia d. Marij de conſt.

Quar.

QVAEST. XXX.

SUMMARIVM.

Filij naturales, q̄ ſuccedant in emphyteoſi.



Verò, an filij naturales ſuccedant in emphyteoſi? Rõ. aut. emphyteoſis eſt acquiſita ab eccleſia, & nõ cedunt natura. S. cũ aut. nu. 1. C. de inſtit. & ſubſtitutio. & eſt cõis opi. ut dicit Ripa in l. 2. ex factõ. S. ſi q̄ rogat. el. 1. nu. 62. ff. ad trebellia. Paris in c. in ſentia, nu. 86. de p̄batio. Huiusmodi etiã filios ex illegitimo conceptos eccleſia maxime abhorret, & ideo nõ uideatur de illis cogitaſſe, aut uero eſt acquiſita à priuato, & tunc utique filij erunt naturales admittuntur, ita dicit Doctores in locis præallegatis, & eſt communis opi. ut ait Dec. in d. c. in præſentia, nu. 46. Ripa in d. l. ex factõ. S. ſi q̄ rogat. el. 1. nu. 58. Rub. in l. Gall. S. quidẽ recte, nu. 154. & ſeq. Paris. in d. c. in ſentia, nu. 87. Regulariter enim in contractibus ſibiõr, appellatione ueniunt et naturales, vt dixi ſupra lib. 2. §. filius.

QVAEST. XXXI.

SUMMARIVM.

Legitimi an ſuccedant in emphyteoſi.



Verò etiã, an filij legitimi ſuccedant in emphyteoſi? Rõ. in emphyteoſi cõceſſa à priuato, admittuntur et legitimi, ita tenet Bal. in d. S. cũ aut. allegato in præcedenti cõſio. & eſt cõis opi. vt dicit Rub. in d. §. quidã recte, poſt nu. 160. Si enim admittuntur etiã naturales, ut dixi ſupra quẽſt. p̄x. multo magis admittentes ſunt legitimi, q̄ regulariter comparant legitimis, ut dixi in d. §. filius. Si uero ſit emphyteoſis conceſſa ab eccle-

ſia, non admittunt legitimi, ut tenet Bal. in allegato. S. cũ autem, in. 2. & eſt communis opi. vt dicit Iaſ. in code. S. cũ autem, nu. 9. Gratius conf. 73. circa, nu. 14. lib. 1. Licet enim equiparentur legitimis, non tamen dici poſſunt uere legitimi.

QVAEST. XXXII.

SUMMARIVM.

Filia femina an ſuccedant in emphyteoſi.

Et quid ſi conceſſa ſit pro ſe, & hæredibus uerſi. Hęc tenent.

Et quid ſi conceſſa ſit pro ſe, & filijs, uerſi. Sed quid ſi fuerit.

Et quid ſi tenet ſignatũ, quod extant uerſi, masculis feminis non ſuccedant, uerſi. Sed pone.



Verò, nõq̄d filie femina ſuccedat in emphyteoſi? Reſpõ. in hoc articulo uariẽ fuerunt aliqui doctõrũ ſent. Tu uero cõis, q̄ emphyteoſis de ſui natura eſt tranſitoria in feminas ſicut in masculos, non etiã reperit iure cautum, q̄ femina non debeat ſuccedere in emphyteoſi, ut masculus, & licet ad huc in hoc propoſito diſtinguantur inter emphyteoſim eccleſiaſticam, & emphyteoſim conceſſam à priuato, ut ſcilicet hæc tranſeant etiã in feminas, illa uero in masculos tũ, uerior tũ eſt opi. q̄ etiã emphyteoſis eccleſiaſtica de ſui natura eſt tranſitoria ad feminas, ſicut ad masculos, quã etiã dicit eſſe communem Berous in c. in præſentia, numero. 401. & ſequen. de probatio.

Hęc tũ conſuſio intelligenda eſt, ut procedat quando uerba ipſius conceſſionis de ſui p̄prietate apta ſunt comprehendere tam feminas, q̄ masculos. puta quã conceſſa ſit pro ſe, & hæredibus, hæc enim proculdubio trãſit ad deſcendentes feminas ſicut masculos, & ita tenent magis communiter Doctores, ut ait Berous quãt. 18. in prin.

Sed.

Sed quid si fuerit concessa pro se, & filiis? Respond. qd hoc casu non veniunt si sit tenentia, ita dixit Guido de Sirz. in l. veteribus. ff. de pactis, qd decisio cõiter approbat, vt ait Dec. in d. c. infessio, post nu. 46. Hanc etiam dicit esse communem Iason. in l. si quis id qd. nu. 23. ff. de iurisd. omni. iud. l. ec. in l. secunda, nu. 104. ff. de regul. iur. quem refert Apo. fil. ad Riminal. cõf. 121. lib. n. 4. Didac. lib. 2. resol. cap. 18. numero 1. In contra dibus enim masculinum non concipit femininum, ut infra libro 7. Et ideo generaliter in contrahibus appellatione filiorum non veniunt femine. Vide tamen ea quæ dixi eodem. lib. 7. §. filius. Quia reuera hæc decisio mihi nunquã placuit.

Sed pone, stat statutũ in loco, qd extantibus masculis femine non succedant. Modo aliquis accipit emphyteosim pro se, & filiis masculis, & feminis, nungd adpntent simul femine cũ masculis, ad huiusmodi emphyteosim? Respond. qd non, sed prius admittuntur masculi, & in defectu masculorum femine, ita dicit Barto. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi, nu. 7. ff. de operis libert. qui in hoc communiter approbat, ut ait Cur. Iun. cõf. 171. post numerũ 3. Et dicit Brun. de statuto excludente feminas, in octavo artic. quaest. 21. ¶ Num. 2. qd hæc conclusio tãq. communis est tenenda. Semper enim censentur contrahentes conformare se dispositioni statutõrum, secundum conclusionẽ, quam dicit esse communẽ Cur. Iun. in dicto cõsilio 171. nu. 2. Faciunt ea quæ dixi supra lib. tertio. §. testamentum quaest. 76. in 6. reg. uerf. Scias tamen.

QVAEST. XXXIII.

SUMMARIVM.

Si emphyteota ingrediatur religionem, nunquid emphyteosis transeat in monasterium.



pro, nungd si emphyteota ingrediatur religionem emphyteosis transeat in monasterium? Respond. Iaf. in l. 2. nu. 200. Cõuenit emphyt. dicit, qd solet communiter concludi, qd emphyteota in greditur religionem, emphyteosis accepta à priuato transeat in ecclesia, sed si sit emphyteosis concessa ab alia ecclesia, tũc si illa ecclesia qd est domina directi, vult illam ad seruiuocare, potest hoc facere alias transeat in ecclesiam, Ego teneo indistincte in emphyteosi, qd non sit absolute, & simpliciter hæreditaria, qd si uelit concessa ab ecclesia, siue à priuato, non transeat in monasterium, efficeret. n. valde deterior conditio dñi directi, cũ non subefferet spes vlla caducitatis, neq. qd pp finem lineę res amplius ad ipsum reuertere, & qd emphyteosis etiam concessa à priuato non transeat in monasterium, dicit esse cõem opinio. (ni fallor) Paris. in d. c. in presentia, nu. 196. de p. batio. uel saltẽ dicendum est, qd in omni casu ecclesia reuebitur illam vendere infra annum alteri priuato, & ita seruari de consuetudine attestatur Spec. in d. §. nunc aliqua q. 117.

QVAEST. XXXIII.

SUMMARIVM.

Quomodo intelligatur in inuestituris emphyteosis tertia, & quarta generatio.



¶ Vcis, qd quotidie in inuestituris emphyteocis solent apponi illa verba vsq. in tertiã generatione, uel vsq. in quartã, uel huiusmodi Quæro, quõ intelligat ista tertiã uel quartã generatio? Respõ. in hoc secũdũ aliquos consideranda sunt uerba ipsius inuestitura, vt si qdẽ illa simpliciter cõcepta sunt, puta, cõcedo tibi hunc feudũ in emphyteosim in tertiã generationem, computetur etiam persona ipsius acquirentis, & sic ipse faciat primam

primã, filius secundam, & nepos tertiã generationem, ideoque mortuo nepote sit extincta emphyteosis, si vero apponatur sint aliqua uerba, ex quibus appareat esse distinctam personam acquirentis ab alijs descendebus, puta quia distũ est, cõcedo Titio in emphyteosim vsq. in ipsius tertiã generatione, eo casu filius faciat primã, nepos secundam, & pronepostertũ, & ita in facto consuluit Barto. vt dicit Bal. in anst. si quas ruinas, nu. 3. vers. lux. hoc quoque C. de sacrosan. eccle. quem omnes indifferenter sequuntur, ut ait Bellon. consilio 80. nume. 7. ubi etiam dicit, quod hoc casu hæc opi. est communis, & indubitata, sed certe, licet hoc ultimo casu proculdubio opinio Barto. sit uera, tamen hæc differentia mihi nunq. placuit, quia illud uerbum, ipsius, utique erat necessario subintelligendum etiam si expressum non fuisset, cũ nemo generet se ipsum, ut etiam considerauit Paul. de Castro consilio 338. nume. 1. & 2. lib. 2. ut dicit, quod mirandũ est de illa determinatione Barto. & si bene connumerentur auctoritates, forte etiam opi. contra Barto. est magis communis, scilicet quod inter generationes expressas in concessione emphyteosis, nunquã computetur persona ipsius recipientis, quocũque modo concepta sint uerba inuestiturę.

Idemque, & multo fortius dicendum est, ubi concessa esset emphyteosis Titio vsq. in tertiã generationem expleta, hoc enim casu proculdubio comprehenduntur etiam pronepostes, & ita communiter tenetur, ut ait Ruin. cõf. 166. nu. 6. lib. 1. Hæc etiam esse communem opi. attestatur Alex. cõf. 125. lib. 5. prout illum refert Gozad. cõf. 25. num. 17. & in hoc nulla est difficultas.

QVAEST. XXXV.

SUMMARIVM.

Quo ordine succedatur in emphyteosi concessa pro se, & filijs, & nepotibus.

¶ Q Vero, Pater ac filius emphyteosim pro se, & liberis, uel pro se, & filijs, & nepotibus suis, & c. quo ordine erit succedendũ in huiusmodi emphyteosi? Resp. qd pater censetur sit pulatus ipsam emphyteosim ordine successiuo, scilicet primo sibi, deinde filijs, deinde post filios, nepotibus suis, ita tenet Barto. in l. quod dicit, nu. 6. ff. de verb. obli. & ita interpretatur communis obseruatio, ut dicit Corn. consilio 47. in litera D, libro tertio quem refert Dec. consilio 239. post numerũ 3. vers. Tertio principaliter, & cõf. 609. num. 10. & cõf. 662. post nu. 2. Vide in hoc proposito ea quæ dixi supra libro 3. §. Testamentum, quaest. 80.

QVAEST. XXXVI.

SUMMARIVM.

Nepos ex filia femina an succedat in emphyteosi concessa vsq. in tertiã generationem.

Et an filius masculus ex filia femina admittatur ad emphyteosim concessam pro se, & filijs masculis, uel pro se, & descendebus uirilis sexus uerf. Pone ergo.

¶ Q Vero, concessa est alicui emphyteosis vsq. in tertiã generationem, nunquid in ea succedat nepos ex filia femina? Resp. qd sic, ita consuluit D. Marianus 4. oct. tenior in quodã suo consilio, qd arbitror non esse impressum, ubi attestat hæc esse cõem opi. quem refert, & sequitur Corn. consilio 219. in litera G, lib. 2. & cum hæc sententia ego quoque transeo, ubi uerba inuestitura essent apta comprehendere feminas, sicut masculos, sed si emphyteosis esset concessa pro se, & filijs, & nepotibus masculis usq. in tertiã generationem, crederem hoc casu non comprehendendi nepotem masculũ ex filia femina, nam ubicũque alicui conceditur pro descendebus masculis, non sufficit, qd uolens admitti sit descendens, & masculus.

masculus, sed requiritur etiam, quod descēdat ex masculo. ut eleganter declarat Pau. de Cast. cons. 190. nu. 4. lib. 2.

Pone ergo, quod quis acceperit emphyteosim pro se, & filijs masculis, uel pro se, & descendētibz suis iuris sexus, uel per virilem sexum, nunquid comprehēdetur nepos masculus ex filia femina, Respon. quod non, ita tenet specul. in §. nunc aliqua q. 146. & est communis opin. ut dicit Ias. in l. Gallus. §. nunc de lege, num. 10. ff. de liber. & posthum. Gratius cons. 20. num. 16. lib. 2. Apparet enim, his casibus concedentem habuisse respectum ad lineam masculinam tantum, & ideo neque fr̄m̄ing, neque masculi ex eis descendentes sunt admittendi, ut supra fatim dixi.

QVAEST. XXXVII.

SUMMARIUM.

Emphyteosis concessa pro se, & filijs, nunquid transeat ad ipsos filios, etiam si non sint heredes patris.

Et quid si sit concessa pro filijs, & heredibus, ibid.

Et quid si repudiet patris hereditatem, an possit retinere emphyteosim, uersif.

Et ex hac.
Et quid si concessa sit simpliciter usque in tertiam, uel quartam generationem, uersif. Sed pone.



Vero, nunquid emphyteosis accepta pro se, & filijs, transeat ad ipsos filios, et si non sint heredes patris? Respon. alij qui autuguit inter emphyteosim ecclesiasticā, & emphyteosim concessam a priuato, ut scilicet ista, quae de sui natura tranfit et ad extraneos heredes, censetur concessa filijs ut heredibus, illa uero quae de sui natura non tranfit ad extraneos, censetur concessa filijs, ut filijs, non aut ut heredibus, & hanc opinionē dicit esse communem, Alex. cons. 129. num. 2. lib. 5. Tu dicit, quod aut emphyteosis est con-

cessa simpliciter, & absolute pro se, & filijs, nulla heredum intentione facta, & tunc indistincte tenendū est, quod transeat ad filios, etiam si non sint heredes patris, prout et indistincte ita dicit Bar. in d. l. ut iuristurandi §. filij, nu. 4. ff. de ope. libe. & est communis opin. ut dicit Ale. cons. 8. num. 1. lib. 3. & cons. 119. num. 4. libro 5. quem refert Iaso. in l. quod dicitur, num. 29. ff. de uerb. oblig. & l. Di. l. est. de arte testandi tit. 11. cau. decima, post num. 1. & Ruin. consilio 48. numero 4. libro 1. & cons. 159. numero 7. eodem volum. Curt. iur. cons. 78. num. 3. & seq. l. idac. libro 2. resol. cap. 18. post num. 2. uersif. quinta conclusio, & licet multi ex praerallegatis doctoribus loqui uideantur in hoc nullam facio differentiam, an talis emphyteosis sit concessa ab ecclesia, uel a priuato, ut late dixi infra lib. 7. §. filius, in illa quaestione, an in dubio pater praesumatur stipulari filijs, ut filijs, an aut filijs ut heredibus. Aut uero est concessa pro se, & filijs, & heredibus, & tunc non tranfit ad ipsos filios, nisi etiam sint heredes, & sic utraque qualitas requiritur, scilicet, quod sint filij, & quod sint heredes, ita tenet Bar. in d. §. filij, nu. 4. & est communis opinio, ut dicit Alex. cons. 128. post num. 6. uersif. Et illa uerba, lib. 1. quem refert Sigismund. consilio 1. seu. l. post num. 60. Iaso. in l. si non forte. §. libertus, numero 35. ff. de cond. indeb. & consilio 57. columna 1. libro 1. Et pariter hoc casu nulla est faciēda differentia, an emphyteosis sit concessa ab ecclesia, an autem a priuato, iuxta communem omnium interpretationem, ut ait Didac. libro 2. resolut. cap. 18. numero 7.

Et ex hac conclusione inferitur, quod in primo casu, scilicet quado emphyteosis est concessa simpliciter pro se, & filijs, licet filij repudient hereditatē patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteosi, ita tenent communiter Doctores, ut ait Sal. in auct. uide si parens, numero 5. C. de inofficio. testamen. quem refert Alex. in l. quod dicitur, post num. 19. col. 15. uersif. Illud tamen intelligas

Hanc

Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Ias. in l. 2. nu. 188. C. de iure emphyt. Alcia. de presumpcio. in 1. regula presumpcioe 31. nu. 1. In secundo autem casu, quod scilicet emphyteosis est concessa pro filijs, & heredibus, non poterunt filij renūciare hereditatem, & emphyteosim retinere, & hoc est communis opin. ut dicit Ias. in d. §. libertus, post num. 35. Vide in proposito ea, quae dixi infra hoc eod. lib. §. Feudum q. 76.

Sed pone, quod emphyteosis concessa fuerit usque in tertiam, uel quartam generationem, & sic nulla expresse mentione facta filiorum, nec heredum? Respon. quod ex natura uerbi (generatione) uidentur contrahentes potius considerasse successionem sanguinis, quam successione hereditatis, & ideo in huiusmodi emphyteosi admittendi sunt nepotes, etiam si non sint heredes, & haec est communis opin. ut ait Corn. consilio 100. in litera D. libro 4.

QVAEST. XXXVIII.

SUMMARIUM.

Emphyteosis an transeat ad institutum in re certa.



Vero, nunquid emphyteosis transeat ad institutum in re certa? Respon. si quidem est institutum alius haeres uniuersalis, proculdubio emphyteosis non tranfit ad eum, qui est in re certa institutus, & hoc inter omnes conuenit, ut ait Didac. libro 2. resolut. cap. 18. post numerum 5. hoc enim casu institutus in re certa habetur loco legatarij, ut dixi supra libro tertio. §. institutio. Aut uero non est datus alius coheres uniuersalis, & tunc, cum totum accrescat ipsi instituto in re certa, utique tranfit in ipsum etiam emphyteosis, simul cum reliquo hereditatis, & in hoc non est difficultas, loquēdo de emphyteosi hereditaria, quae, scilicet filius habere non potest, nisi etiam sit heres, ut dixi supra quaest. proxima, Sed si esset emphyteosis non hereditaria, pura

acquistā pro se, & filijs, tunc filius institutus in re certa equaliter cum alijs succedet in emphyteosi, & ita, praedit decilio Bar. in l. ut iuristurandi. §. si liberis, nu. 6. ff. de operis libe. quam dicit esse communem Cur. Iun. de feud. in secunda parte prime partis, tertie partis principalis, q. 5. Cum enim filius habeat emphyteosim hoc casu non iure hereditario, sed ex tenore inuestiturae, non attenditur dispositio paterna, intellige nisi sit emphyteosis, in qua pater posuit filijs praeddicare, de quo dixi supra quaestione 16. Vide etiam quae dixi infra §. Feudū, quaestione 76.

QVAEST. XXXIX.

SUMMARIUM.

Ius accrescendi an habeat locum in emphyteosi.

Et quid si a principio concedatur pluribus simul uersif. Scias tamen.

Et quid si concessa emphyteosi pro se, & filijs, alter filiorum decedat, an accrescat alteri filio, uersif. Pone ergo.

Et quid si concessa sit emphyteosis ab ecclesia duobus fratribus, ita ut post mortē eorum, & filiorum, & nepotum suorum reuertatur ad ecclesiam, nunquid si alter eorum sine filijs decesserit, accrescet alteri fratri superstitis, uer. Econtrario pone.



QVAESTIO, nunquid in emphyteosi habeat locum ius accrescendi? Respon. quod regulariter in emphyteosi non est locus iuris accrescendi, ita tenet Bar. in l. si mihi, & Titio, numero 4. ff. de uerbo. oblig. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Alex. in e. l. si mihi, & Titio, eodem 4. prout illum refert Dec. cons. 326. post num. 1. Regulariter enim in contractibus non habet locum ius accrescendi, ut dixi supra lib. 3. §. ius accrescendi.

Scias

Scias tñ, q̄ hæc conclusio intelligenda est, ut procedat si a principio conglatur emphyteosis pluribus personis simul. Tunc enim vno mortuo alteri non accretet, & in hoc omnes concordat, vt dicit Anchar. conf. 246. num. 2. quem refert Dec. consil. 263. num. 2. Sed quando concessa est vni tantij pro se, & filijs, uel pro se, & descendebus suis, utiq; inter ipsos descendentes à primo inuestito habet locũ ius accretendi, ita tenet Bart. in d. l. si mihi, & Titio, & est cõs opi. ut ait Corn. consil. 37. in litera A, lib. 2. Saltem post ius quæsitum unex filijs ipsius stipulatoris, & ita tenent communiter omnes, ut dicit Corn. consil. 287. in litera M, lib. 3. Hanc etiam esse communẽ opi. attestatur Alexand. consil. 27. num. 5. libr. 5. quem refert Dec. in d. consil. 273. col. 2. Corn. consil. 122. in litera V, lib. 3. & hoc casu improprie dicimus esse locum iuri accretendi, nam reuera isti descendentes primi acquirentis, non ueniunt ex iure accretendi, sed ex iure prima inuestitura.

Pone ergo, q̄ pater acquisierit emphyteosim p̄ se, & filijs, deinde decesserit relictis duobus filijs, quorum unus sine liberis decedat, certe emphyteosis non reuertetur ad concedentem, sed accretet alteri fratri, ita nolunt communiter Doctores, ut ait Berous, q. 70. numero secundo. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Iafon. in dicta l. si mihi, & Titio, num. 12.

Econtrario pone, q̄ ecclesia concesserit emphyteosim duobus fratribus, ita ut post mortem eorũ, & filiorum, ac nepotum suorum reuertatur ad ecclesiam. Certe si unus eorum decedat nullis relictis filijs, emphyteosis non accretet fratri superstiti, sed reuertetur ad ecclesiam, ita uidetur tenere Bart. in d. l. si mihi, & Titio, cuius opin. dicit esse communem Alexand. consilio 167. numero 4.

libro 7. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi infra hoc eod. lib. §. Feudum,

Quest. septuagesima-septima.

QVAESTIO. XL.

SUMMARIUM.

Filius an teneatur de emphyteose, creditoribus paternis satisfacere.

Quero, nunquid filius teneatur de emphyteosi creditoribus paternis satis facere? dixi in d. §. Feudum, q. 43.

QVAEST. XLII.

SUMMARIUM.

Augmentum contingens in re emphyteotica an sit dominum, uel emphyteotæ.

Et an propter augmentum augenda sit p̄ se, uers. Sed nunquid.



Quero, ad quem pertineat, augmentum contingens in re emphyteotica? Respond. puo esse distinguendum inter incrementum latens, uel incrementum apparens, ut in simili dixi de incremento eueniente in re feudali in d. §. Feudum, q. 88. uers. Item quero.

Sed nunquid, propter augmentum contingens in re emphyteotica, augebit etiam pensio, seu canon solvendus ab emphyteotæ? Respond. quod non, sed omne augmentum, quod pertinet ad emphyteotam, cedit illi sine onere pensionis, ita communiter tenetur, ut dicit Io. Andr. in addit. ad Specul. in §. nunc aliqua supra sepius allegato ad 136. questione.

QVAEST. XLII.

SUMMARIUM.

Emphyteosis finitur finita generatione emphyteotæ.

Et quid si concessa sit simpliciter nulli facta mentione filiorum, neque hæredum, uers. Sed quid

Quero,

Quero, quando finitur emphyteosis? Respond. emphyteosis tribus modis finitur. Primo, propter culpam emphyteotæ, quia male uersatus est in re emphyteotica, uel illa irrequisito domino alienauit, uel cessauit per tempus à lege in canonis solutione præfinitum, nã his omnibus casibus emphyteotica cadit à iure suo, & uile dominium consolidatur cum directo, & sic finitur emphyteosis, ut suis locis §. declarauimus. Secundo modo finitur emphyteosis cursu temporis, quando scilicet concessa est aliqua res in emphyteosim ad certum tempus præfinitum, puta triginta, uel quadraginta, uel centum annos, nam eo casu, fini to illo tempore, finitur emphyteosis, & in hoc non est difficultas. Tertio modo finitur emphyteosis, extincta generatione ipsius emphyteotæ. Est tamen in hoc aduertendum, quia aliquando emphyteosis est concessa pro se, & filijs, uel pro se, & descendebus, & tunc proculdubio deficiente generatione ipsius emphyteotæ, finitur emphyteosis. Aliquando, est concessa in tertiam, uel quartam generationem, & tunc finita illa tertia, uel quarta generatione finitur emphyteosis, & in hoc etiam non est dubitandum. Aliquando est concessa pro se, & hæredibus, & hoc casu si est concessa à priuato, est absolute hereditaria, & ideo non finitur cum generatione ipsius emphyteotæ, sed transit etiam ad extraneos hæredes, iuxta ea quæ dixi supra quæst. 28. Si uero est concessa ab ecclesia, non transit ad extraneos hæredes, ut ibidem dixi, & ideo finitur simul cum generatione recipientis.

Sed quid concessa sit simpliciter, nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione, puta concedo Titio hanc domum in emphyteosim, nunquid finita generatione Titij, erit finita emphyteosis? Resp. Aut est concessa à priuato, & non finitur, talis enim emphyteosis est de sui natura transitoria etiam ad extraneos hæredes, ut dixi in d. q. 28. in principi. aut est concessa ab ecclesia, & tunc finitur finita generatione recipientis, & hanc dicit esse communem opin. & consuetudine communiter approbatam Corn. consil. 76. in litera

H, lib. 2. de quo pauiter dixi in d. q. 28. supra sepius allegata.

QVAEST. XLIII.

SUMMARIUM.

Finita emphyteosi an possit emphyteotæ, uel eius hæredes petere à domino directo, ut illam renouet in eorum persona.
Et quid si sint trãuerfals ipsius emphyteotæ, uers. Et hæc quidem.
Et quid in emphyteosi ecclesiastica, uers. Sed quæto.



Ed hic occurrit alia questione, nõquid si finita est emphyteosis sine culpa ipsius emphyteotæ, puta cursu tps, uel finita generatione, possit ipsemet emphyteotæ si uiuit, uel eius filij petere à domino directo, ut emphyteosim in eorũ persona confirmet, seu renouet? Respond. quod sic, & si non fiat renouatio, fit eis iniuria. & ideo possunt appellare ad superiorẽ, vt cogat, quod talis renouatio fiat, ita dixit Bar. qui ad hoc propositũ quoti die solet allegari, & æstiuã, & est communis opin. ut ait Romã. consil. 22. nume. 5. quem refert Dec. consil. 328. post num. 3. uersicul. Quibus tamen, & Gratus consilio. 86. post num. 7. libr. 1. Alex. consil. 80. num. 11. libr. j. quem refert Iaf. consil. 24. col. 2. uers. Quinto facit, lib. 3. & Gozad. consil. 39. num. 2. & Gratus consil. 79. num. 2. libr. 1. Barb. in c. 1. col. 6. de locato, & in c. ex rescripto, col. 4. uers. Vtrum autem, eo. tit. de locato, quẽ refert Boer. decil. 107. in fi. Curt. Sen. cõf. 47. num. 7. & seq. ubi libidit, q̄ ita in prac. obseruatur, quem refert Ripa de peste in j. c. de reind. præferat. post num. 260. Dec. consil. 171. num. 2. quem refert Marf. Gngu. 49. licet in re, & Ruin. consil. 12. nume. 18. libr. 1. & A. postil. ad Rimin. consil. 100. sub nume. 12. & consil. 124. sub num. 18. Curt. Iun. de feud. in prima secunde principalis, quæstio. 2. Gozadin. consil. 86. post num. quartũ, uersic. Non obstat quod illa.

Ripa

Ripa in l. cum bona, nune 6. ff. de priuileg. credit. A postill. ad Alex. in d. consilio 80 sub numero 1. lib. primo. Tiraque. l. de de re tract. municip. in praes. numero 4. r. & seq. Gratias. consil. 95. lib. primo, & consil. 110. num. 3. eo. vol. 4. postill. ad Abb. in c. boue, el secundo, sub numero 28. postula. prala. Faciunt quae dixi infra hoc co. lib. §. feudum q. 87.

Et haec quidem conclusio satis de plano procedit in descendenti bus ipsi in re emphyteotica, prout loquitur Bart. in loco praallegato, sed qui in transuersalibus, nunquid, & ipsi poterunt petere, ut in eorum persona emphyteosis ipsa confirmetur? Respond. in hoc certe negari non potest, quia magna sit varietas inter feribentes, & quidem Dec. in dicto consilio 131. col. fin. versic. & quamvis Bar. dicit, quod habet locum etiam in alijs proximioribus, etiam quod non sint descendentes, & quod ista est communis opinio. Contrariam tamen sententiam, uti vertorem, tenuit Socin. in consilio 9. num. 20. lib. 3. dicens, quod doctores magis communiter loqui videntur in descendenti bus, non autem in transuersalibus, Mihi magis placet opin. Docij, quod scilicet procedat etiam in agnatis proximioribus, & ita expresse loquuntur multi ex doctoribus praallegatis, bene verum est, quod intelligo de agnatis tantum, non autem de cognatis, & haec proculdubio videtur esse communis declaratio, ut dicit Soc. in d. consil. 9. nume. 23. in fin.

Sed quare, nunquid haec conclusio locum habeat, non modo in emphyteosis ecclesia priuata, sed etiam in ea, quae est ecclesia ab ecclesia? Respo. 1. q. sic, & ita hanc esse communem opinionem attestatur Gozad. in d. consil. 88. nu. 24. Dec. in d. consil. 131. col. secunda, quem refert Soc. in d. consilio 9. num. 12. in fin. licet dicat, quod ipsi non auderet hoc firmare, sed certe opin. Bart. & communis fundata sit i aequitate, illa multo magis ab ecclesia, quam ad alijs est obseruanda. & licet Gratias in d. consilio 110. nume. 63. in fin. lib. primo, dicat contrariam sententiam, quod scilicet non habeat locum in ecclesia, videri communiorem, salutaris tamen

proculdubio, ut potest facile cognosci ex dinumeratione autorum, qui in supra dictis locis citantur, & ideo non esset ibi illa iudicando, aut consilendo recedendum.

Sed pone, quod post finitam generationem, aliquis extraneus fuerit de ipsa emphyteosis inuestitus, nunquid si descendens primi emphyteotice petat huiusmodi renouationem, erit ad huc, audiendus? Respon. quod non, sed solummodo re integra, ita tenet Roman. consilio 70. post numero 3. versiculo. Certum, & est communis opin. ut dicit Gozad. consilio 71. numero 1. Est enim iam illi tertio ius quæsitum, ideo sibi imputet, qui non praue nit.

Quinimò, etiam si alius inuestitus non fuerit. Si tamen talis descendens sine agnatis, infra annum, a die quo scuit emphyteosim esse finitam, non petierit talem renouationem, sibi praeiudicat ita quod elapso anno ulterius non auditur, ita dicit Rom. in d. consilio 22. numer. 6. & est communis opin. ut attestatur idem Goza. in alleg. consil. 71. num. 2. Hanc etiam vii magis communis sequitur Soc. in d. consil. 9. num. 17. in fin. lib. 3.

Sed quid si ecclesia, vel dominus directi velit rem emphyteoticam pro se retinere, non autem illam in emphyteosim concedere, nunquid adhuc locum habebit conclusio Barto. ut teneatur illam descendenti bus, uel proximioribus agnatis in emphyteosim confirmare? Respon. Abb. in d. ca. boue, el secundo, numero 28. de postulat. praelator. tenet, quod hoc casu non possit compelli ad emphyteosim renouandam, nihilominus Dec. in allegato consilio 131. post numerum 3. versiculo, Secundo non obstat. dicit, quod hoc dicitur Abba. videtur contra communem opin. doctorum, qui generaliter loquuntur, & certe licet haec opin. videatur aliquantulum dura, durius tamen esset forte in practica obtinere contrarium, propter auctoritatem doctorum, qui (ut ait Dec.) simpliciter, & absolute sequuntur opin. Bart. Ego tamen libenter inclinarem in sententiam Abb. quae etiam equior videtur.

Quaest.

QVAEST. XLIIII.

SVMMARIVM.

Finita emphyteusi, nunquid possit dominus propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteutica.

Quero, finita emphyteusi, nunquid possit dominus directi ingredi propria auctoritate possessionem rei emphyteutica? Rñ. Gozad. consil. 39. nu. 25. & consil. 86. nu. 11. simpliciter dicit non inueni op. esse, quod potest ingredi propria auctoritate, & emphyteusam expellere. Tu autem vide quae dixi supra q. 11. & q. 25.

QVAEST. XLV.

SVMMARIVM.

Finita emphyteusi, an melioramenta remaneant emphyteuti.

Et an transeant ad ipsius emphyteuta heredes, etiam extraneos, versic. Adde quod.

Et quid de edificijs, per emphyteutam constructis in solo emphyteutico, versic. Sed quid de edificijs.



Quero finita emphyteusi cuius sint melioramenta facta per emphyteutam in ipsa re emphyteutica? Rñ. siquid emphyteuta propter culpam suam cadit ab emphyteusi, puta quia non soluit canonem, vel male versatus est in re emphyteutica, vel illam irrequisito domino alienauit, tunc omne ius suum acquiritur domino directi, & sic et melioramenta illi applicatur. Si vero emphyteusis finitur sine culpa emphyteuta, puta propter cursum temporis, vel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta, ita dicit Bal. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. primo, & est communis opin. ut attestatur Deci. consil. 518. nu. 1. & seq. & in auct. qui rem,

num. 14. C. de sacros. eccle. Et dicit Bal. in l. si. post nu. 6. C. communia de leg. quia seruatur de consuetudine, quem refert, & sequitur Roma. consil. 57. post nu. 5. & haec locum habent tam in emphyteuta ecclesiae, quam in emphyteuta priuati, & ita seruati etiam in emphyteuta ecclesiae attestatur Bald. in d. §. Marcellus, quem refert, & sequitur Are. ibi, col. 2. versic. & his quae supra diximus.

Adde, quod huiusmodi melioramenta non solum debentur ipsi emphyteuti si uiuit sed et eius filijs, & descendenti bus, tam masculis, quam foeminis, quoniam etiam heredes extraneos, & hanc conclusionem dicit esse ab omnibus cõter recepram Berouis q. 19. per totum. preferunt circa fin. cum enim illa sint propria ipsius emphyteuti, nulla est ratio quare in omnes heredes ab ipso transmitti non debeant.

Sed quid de edificijs, si quae forte emphyteuta construxit in solo emphyteuti? Respon. q. & illa referantur ipsi emphyteuti, vel eius heredibus, & ita seruatur consuetudo, ut attestatur Bald. in l. 2. nu. 2. in fi. C. de rei ven. qui refert Bald. in d. l. 1. post nu. 47. versic. Sed pulchrum, C. de iure emphyt. & Dec. in d. consil. 131. post nu. 2. Quomodo autem hoc casu ferri debeat, scilicet an dominus teneatur pati, quod edificium tollatur, vel solueretur estimatio, & quomodo debeat fieri estimatio, vide quae dixi infra hoc co. lib. §. feudum. q. 87. in prin.

QVAEST. XLVI.

SVMMARIVM.

Quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, dominus directi, uel emphyteuta.

Quero, quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, an dominus directi, uel emphyteuta? Rñ. quod emphyteuta teneatur ad collectas, ita consuluit dicens hanc esse communem opin. Curt. sen. consil. 36. precipue in fi. versic. Traet. Iul. Clar. N Sed

Sed hoc intellige, vt procedat quando prestatur modica pensio, sed si prestatur magna pensio, & sit correspondens fructibus, vel quasi, crederem, quod dominus directi pro sua portione deberet profiteri onera, & emphyteuta pariter pro sua portione, habita ratione fructuum, qui ex ipsa re emphyteutica percipiunt, & hoc maxima suadet equitas, & ita feruat Senatus.

QVAEST. XLVII. SVM MARIVM.

Quae actio competat pro emphyteusi.

Q Vero, quae actio competat pro emphyteusi? Respon. quod competat conditio ex lege, & haec est communis opi. vt attestatur Bar. in l. vnica, nu. 7. ff. de cond. ex lege. licet ipse teneat contrarium. Ita. in l. iur. gentium. §. quinquimod. num. 17. ff. de pactis, & in l. i. nu. 68. C. de iure emphy. & in d. l. vnica, nu. 8. ff. de conditio. ex lege. Iac. de Nigris in l. r. post num. 48. ver. Alia autem. ff. de leg. r. Non enim erat potens contractus emphyteuticus de per se ad producendum obligationem, nisi vires accepisset a lege Zenonis, quae est l. r. de iure emphyteuti. merito ex ipsa lege, non autem ex ipso contractu datur actio.

QVAEST. XLVIII. SVM MARIVM.

Iura loquentia de emphyteusi, an habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica.

Q Vero, nunquid iura ciuilia loquentia de emphyteusi, habeant locum in emphyteusi ecclesiastica? Respon. quod non, & est communis opin. vt dicit Gratius consilio 110. nume. 36. libro 1. Leges enim laicorum non possunt ligare personas, neque res ecclesiasticas. Bene verum

est, quod statuta laicorum disponencia super bonis emphyteuticis, habent locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesiasticis, quo ad praedictum laicorum ea bona habentium in emphyteusim, & quoad laicos tantum, & haec est communis opinio, vt ait Brun. de statuto excludete feminin in §. artic. princ. quaest. 32. quem refert Paris. consil. r. num. 146. lib. 2. & consil. 21. num. 61. eod. vol. & consil. 81. nume. 25. eod. vol. Idem dicit Rochus Curt. in repet. cap. final. colum. 81. de consuetud. Nam, & persona, & bona respectu vllis domini sunt laicis subiecta, ideoque eorum legibus, & statutis ligantur.

QVAEST. XLIX. SVM MARIVM.

Bona emphyteutica an possint proprie dici allodialia.

Q Vero, nunquid bona emphyteutica possint proprie dici allodialia? Respon. quod non, & est cois conclusio, vt dicit Curt. in consil. 111. num. 1. Nam allodium proprie est, quod a nemine praeferquam a Deo, recognoscitur. Bona autem emphyteutica recognoscuntur a domino directi, praeter ea bona emphyteutica non sunt libera tum respectu solutionis canonis, tum etiam, quia non potest emphyteuta de eis liberè disponere, merito non possunt dici allodialia.

QVAESTIO. L. SVM MARIVM.

Argumentum de feudo ad emphyteusim, & contra, an valeat. Remissio.

Q Vero nunquid valeat argumentum de feudo ad emphyteusim, & contra? Dixi infra hoc eod. lib. §. feudum q. 3. versi. Et haec quidem.

Capita

CAPITA QVAESTIONVM. 98

1. *Ius feudorum a quo tempore originem habuerit.*
2. *Ius feudorum hodie an sit ius scriptum, vel consuetudo.*
3. *Liber feudorum an sit authenticus.*
4. *Quid sit feudum.*
5. *Unde dicatur feudum.*
6. *An feudum sit contractus nominatus.*
7. *Quotplex sit feudum.*
8. *Feudum antiquum, & feudum nouum quid differant.*
9. *Feudum hereditarium, & feudum ex pacto, & providentia quid differant.*
10. *Feuda regalia quae sint.*
11. *Quid dicatur feudum ligium.*
12. *Feudum francum quod dicatur.*
13. *Prelatus an possit in feudum concedere bona ecclesiae.*
14. *Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto.*
15. *Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura.*
16. *Feuda an possint emi.*
17. *Concessio castrorum per uerbum donatus, an sit donatio, uel feudalis concessio.*
18. *Bona an in dubio praesumantur feudalia.*
19. *Titulus uasallagi quato tempore praescribatur.*
20. *Tacta insolita allegans apposta esse in inuestitura, an illud probare teneatur.*
21. *Vasallus an teneatur adiuuare dominum.*
22. *Vasallus an possit eundo in auxilium domini, liberare se a solutione dimidij redditus.*
23. *Vasallus an teneatur alere dominum egerum.*
24. *Vasallus an teneatur dominum carceratum liberare.*
25. *Vasallus an possit vocare dominum in ius sine uenia.*
26. *Dominus an teneatur tradere uasallo possessionem feudi.*
27. *Dominus an teneatur defendere uasallum.*
28. *Dominus an possit uasallos inuitos alienare.*
29. *Dominus an possit uasallis collectas imponere.*

30. *Dominus an possit cogere subditos suos ad molendinum in suis molendinis.*
31. *Vasallus an possit feudum alienare sine consensu domini.*
32. *Vasallus an possit alium subinfundare de feudo.*
33. *Vasallus an possit feudum alteri locare.*
34. *Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini.*
35. *Vasallus an possit rem feudalem alteri piguorare.*
36. *Vasallus an possit feudum dare in dotem.*
37. *Vasallus an possit super re feudali constituae seruicium.*
38. *Vasallus an possit de feudo transigere.*
39. *Vasallus an possit de feudo facere copromissum.*
40. *Vasallus an possit de feudo testari.*
41. *Vasallus an possit alienare feudum, in praesentia iudicium agnatorum.*
42. *Filius, uel agnatus quando possit alienationem feudi reuocare.*
43. *Filius an teneatur creditoribus paternis de feudo satisfacere.*
44. *Feudum an possit diuidi.*
45. *Feudum an possit praescribi.*
46. *Feudum an impetratur in legitimum.*
47. *Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in feudo feudali.*
48. *Vasallus committens stuprum cum uxore domini, an amittat feudum.*
49. *Vasallus non petens a domino inuestituram, an cadat a feudo.*
50. *Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuatur feudo Remissio sine.*
51. *Vasallus coactus per triennium a solutione pensionis, an cadat a feudo.*
52. *Vasallus non alienans dominum, an possit priuatur feudo Remissio sine.*
53. *Vasallus delinquens contra unum ex pluribus dominis, an sit toto spatio priuandus.*
54. *Vasallus an possit feudo priuari, propter amicitiam contractam cum inimico domini.*

- 55 Vasallus relinquens dominum in prelio, an amittat feudum. Remissive.
- 56 Vasallus si deteriorauerit rem feudalem, an cadat à feudo.
- 57 Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certauerit, an cadat à feudo.
- 58 Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo.
- 59 Vasallus an possit feudo primari sine causa.
- 60 Quot testes requirantur ad probandum ingratitude vasalli.
- 61 Vasallus, qui per vim, aut metum aliquid fecit contra dominum, an excusetur ab amissione feudi.
- 62 Vasallus an regulariter cadat à feudo ipso iure, an autem sit priuandus per sententiam.
- 63 Dominus recipiens seruitia à vasallo, an censetur illi remississe ingratitude.
- 64 Ius priuandi vasallum feudo, an transeat ad heredes domini.
- 65 Et an contra heredes vasalli.
- 66 Feudum, priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis.
- 67 Ingratitudo prelati, an nocet ecclesie.
- 68 Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi.
- 69 Dominus negans inuestire vasallum, an cadat à proprietate feudi Remissive.
- 70 Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo.
- 71 Dominus alienas vasallos inuitos, an priuetur proprietate feudi Remissive.
- 72 Proprietas feudi, quando dominus illa priuetur, cui applicetur.
- 73 Fœmina an succedat in feudo.
- 74 Filius exheredatus an succedat in feudo.
- 75 Filij fratrum an in feudis succedant in stirpes, vel in capita.
- 76 Filius, vel agnatus an possit repudiare hereditatem, et retinere feudum.
- 77 In successione feudorum, an habeat locus ius accrescendi.
- 78 Clericus an succedat in feudo.
- 79 Collaterales an succedant in feudo.
- 80 Fœmina semel admissa ad feudum, an postea, superueniente masculo, excludatur.
- 81 An in feudis dignitatum requiratur noua concessio.
- 82 Legitimus an succedat in feudo.
- 83 Extranei heredes, an succedant in feudo.
- 84 Feudum an ueniat in confiscatione bonorum.
- 85 Feudum an ueniat in restitutione fidei commissi.
- 86 Filius institutus in re certa, an in feudo succedat equaliter cum alijs.
- 87 Finito feudo, an proximiores sint inuestiendi.
- 88 Finito feudo, cui remanere debeant melioramenta.
- 89 Quæ actio competat pro feudo.
- 90 Quis sit iudex competens in causis feudilibus.
- 91 Tempora appellationum statuta à iure communi, an currant etiam in causis feudilibus.

IULII

IULII CLARI
ALEXANDRINI,
IVRECONSULTI CLARISSIMI,
AC REGII SENATORIS,
Ex libro Quarto Sententiarum
Receptarum.

S. FEVDVM.

FÆC materia Feudorum est ualde utilis, & quotidiana, super qua nonnulli iuris interpretes integra commentariorum volumina perscripserunt.

QVAESTIO PRIMA.
SUMMARIUM.

Feuda à quo tempore originem habuerint.



PRO intelligentia terminorum, in primis quaero, à quo tempore ius feudorum originem habuerit, an scilicet fuerit etiam tempore Romanorum, an autem processerit ex consuetudinibus, de quibus in libro Feudorum? Respon. Zasius

de feud. in prima parte, in princip. dicit, quod trahit originem ab ipsis consuetudinibus, licet communiter Doctores contrarium senserint, & hæc opinio Zasij uera est, quam etiam tenuit Audo de Ifern. in proce. feud. quaest. 4. Fallitur tamen ipse Zasius, dum dicit communiter Doctores contrarium sensisse, quia imo communiter omnes Doctores Tra& Jul. Clar. N 3 idem

idem sentiunt, ut enumerando auctori-
tes demonstrat Molin. in consue. Paris. tit.
1. in prin. nume. 1. & seq. subdens, qd hęc
opi. nedum est crebrior, sed vnica, & cõ-
cors omnium Doctorum. Hanc etiã opi.
qd uasillus, non esset de iure Romano an-
te vsus feudorum, dicit esse comunem
Aluar. in prælud. feud. in 7. q. & in c. 1. in
prin. nu. 3. de cont. inter dom. & vafal.
Et hęc conclusio iudicio meo modicam
habet difficultatem.

QVAEST. II.

SVMMARIVM.

*Ius feudorum an hodie dicatur ius scriptũ,
vel consuetudo.*

Q Vero, certum est, qd ius feudorũ
fuit cõpilatũ ex consuetudinibus,
q̄ deinde fuerit in scriptis
redacta, nunquid hodie dicet consuetudo,
an aut ius scriptũ? Rñd. qd adhuc dice-
tur consuetudo, & ita est cõs opin. ut di-
cit Cacciaup. de feudi cognitio, art. 5.
nu. 1. quam etiã approbare uidetur com-
munis obseruantia iurisperitorum, qui
allegando aliquam Rubricam feudale,
solent addere, in utibus feudorum.

QVAEST. III.

SVMMARIVM.

*Ius feudorum an allegari possit ad decifio-
nem causarum.*

Q Vero, an liber feudorũ sit aucter-
ticus, & possit allegari ad deci-
sionẽ causarum? Rñdeo, Host. in
summa de immuni. Ecclie. §. in quantum
vers. Si nero tenet, qd non. Contraria tñ
opinio, scilicet, quod immo possit alle-
gari ad decisionem causarum est magis
communis, ut attestatur Curt. iun. de
feud. in prima parte prin. quaest. prima.
Zalus de feud. in præf. vers. Antequã-

Maranta in suo speculo, in 3. parte, num.
84. Et dicit Iason, in prælud. feud. nu. 1.
& seq. qd hęc est communis sententiã scri-
bentium vbique. Dicit etiam Iacob, de
Beluis. in cap. primo. §. fin. col. fi. de his
qui feud. dare poss. quod communis opi.
ita tenet, & quod ita tenent omnes Do-
ctores, tã vltra montes, quam citra mon-
tes. Et dicit Alber. de Rosa. in reperto.
iuris cano. in uerbo, Feudum, col. 4. qd
ita communiter Doctores tenent, & qd
ita seruatur in practica. Et dicit Aluar.
in prælud. feud. columna 3. vers. Quero
tertio, quod ita se habet communis opi.
in omnibus studijs, tam vltra montes,
quam citra montes, & omnes Doct. ita
sentiant, & teuent, & nos tenere debe-
mus. Dicit etiam Prepop. in prælud. feu.
nu. 9. in fi. quod ita se habet communis
opi. in omnibus studijs tam ultra mon-
tes, quam citra montes, & omnes Docto-
res ita sentiunt, & dicit Molin. in consue.
parif. feud. in prin. nu. 46. qd hęc est fere
omnium hac in re scribentium opinio.
Ex quo enim isteliber fuit pro auctenti-
co obseruatus, & allegatus pro tanti
temporis spacium, cuius initij memo-
ria nõ extat in contrarium, non uidetur
dubitandum, quin possit ad decisionem
causarum allegari, cum utus tanti tem-
poris, secundum communes regulas, vim
habeat priuilegij.

Et hęc quidem cõclusio de plano pro-
cedit in materia feudali. sed quæro an
possit et allegari ad decisionem causarũ
extra materiam feudalem? Resp. quod
non, ita dicit singulariter Bar. in l. v. in
risurandi, §. si liberi, post nu. 5. f. oper.
libe. & est communis opin. ut dicit Cur.
iun. confi. 74. num. 15. & in tra. 3. feud. in
prima parte prin. quaestio. tertia. Dicit
etiam Molin. in consue. parif. §. primo
in glo. 5. nume. 27. quod hęc est verior,
& receptor opin. Ius enim consuetudi-
narium non debet trahi in consequen-
tiam. Bene uerum est, quod ubi non re-
periretur contrarium a iure comuni
decisum, argui posset, puta de feudo ad
emphyteusim, secundum specula. de feu.
§. quoniam, uerfi. 40. & ita esse commu-
nem opin. attestatur Socin. consilio 167.
nume.

numero 24. libro 2. & quod in dubio ua-
leat argumentum de feudo ad emphy-
teusim, dicit communiter teneri Socin.
iunior, consilio 72. numero 57. libro. 1.
Sed hoc argumentum non semper pro-
cedit, ut inferius suis in locis demonstra-
bimus.

Sed nunquid liber feudorum ligat
etiam ecclesias, & ecclesiasticas psonas?
Respond. quod sic. ita tenet Aluaror. in
cap. 1. colum. 8. uer. Sed vtrum. de his qd
feud. dare poss. & est communis opin. ut
ait Curt. iun. de feud. in prima pte prin-
cip. quaestio. 2. & consilio 177. nu. 10. Ita
etiam communiter teneri attestat Marã
ta in d. suo speculo in 3. parte, numero.
93. Sicut etiam videmus, qd ratione feudi
ecclesia, & clerici domino laico lubi-
ciuntur, ut dixi infra q. 90. uerfi. hęc qui
dem.

QVAEST. III.

SVMMARIVM.

Feudum quid sit.

Q Vero, quid sit feudũ? Respond.
secundũ aliquos, qd feudum est
beneficiũ ex beneuolentiã datũ,
pprietate dño retenta, vñ usufructu trans-
lato in suscipientem, eiusq; heredes sine
mafculos sine fœminas, si de his, scilicet
fœminis, auctum sit, ad hoc vt ille susci-
piens, & sui hæredes seruiant, siue serui-
tiũ sit certum, siue incertum, & hęc dif-
finitio colligit ex text. in cap. primo. §.
beneficium, in quibus caus. feud. amit.
& dicit Afflic. in prælud. feud. nu. 69. qd
hanc diffinitionem sequuntur communi-
ter Doctores. Aliam etiã diffinitionem
tradit Raynal. in repẽ. cap. imperialem,
de prohib. feud. alie. per vide. scilicet,
quod feudum est beneuolũ, libera, & per-
petua concessio rei immobilis, nel equi
pollentis, cum translatione utilis domi-
ni, proprietate retenta, sub fidelitate, &
exhibitione seruitiorum, & dicit Mo-
lin. in consue. Paris. tit. primo. in princ.

nu. 52. qd hęc diffinitio est verior, & re-
ceptor. Iudicio meo, neutra harũ diffini-
tionum transiit sine difficultate, sed secũ-
da magis placet.

QVAEST. V.

SVMMARIVM.

Feudum unde dicatur.

Q Vero unde dicatur feudum? Re-
spon. quod feudum dictũ est à
fide, seu fidelitate, ita probat
text. in c. primo. §. fi. in fin. per quos fiat
inuestit. Et hęc est cõmunis sententiã, ut ait
Curt. iun. de feud. in prima parte prin.
in 7. quæst. Licet enim in quocunq; cõ-
tractu requiratur fides, tamen in feudo,
fidelitatis vafalli exuberantius, & prius-
cipaliter consideratur merito ab ea no-
men assumptum.

QVAEST. VI.

SVMMARIVM.

Feudum an sit contractus nominatus.

Q Vero, nunquid feudum sit contra-
ctus nominatus? Respond. qd sic,
ita tenet Bar. in l. iurifigentium
§. quummo, post num. 19. ff. de pactis, &
est communis sententiã, ut attestatur
Curt. iun. de feud. in 1. parte prin. in 9.
q. Habet enim singulare nomen, & for-
mam à cæteris contractibus differen-
tem.

Quæro etiam an feudũ sit contractus
bonæ fidei? Respond. qd non. ita tenet
Aluar. in c. primo de feudi cognitio. &
hęc opi. communiter tenetur, ut dicit
Zal. de feud. in prima parte circa si. num.
qa nõ est ex enumeratis in §. 2. dñorũ, in
fuit. de actio. tum etiam quia est contra-
ctus a consuetudine inuentus, q̄ est stri-
cti iuris, & hęc ratio magis satisfaci-
t, quia reuera non potuit connumerari

¶ S. acti onum, cum tempore confecti illius, §. non dum esset inuentus contra-ctus feudi, ut dixi supra q. r.

QVAEST. VII.

S V M M A R I V M.

Feudum quatuorplex sit.




Verò, quatuorplex sit feudum? Respond. Doctores multas enumerant species feudorum. Tu dic, quod aliud est feudum regium, aliud dignitatis, aliud non dignitatis & hinc dixi q. 10. Aliud est nobile, aliud burgense. Item aliud francum, aliud non francum, de quo dixi infra q. 12. Item aliud est feudum antiquum, seu paternum, aliud nouum, de quo dixi infra q. 8. Item aliud est feudum restum, aliud conditionatum. Item aliud est feudum liguum, aliud non liguum, de quo dixi infra q. r. r. Item aliud est feudum hereditarium, aliud ex pacto, & providentia, aliud mixtum, de quo dixi infra q. 9. Alia etiam diuisiones feudorum traduntur per scribentes, quas uide per te in praedictis feudorum.

QVAEST. VIII.

S V M M A R I V M.

Feudum antiquum, uel nouum, quod dicatur. Et quid si reuera sit feudum nouum, sed concedatur iure feudi antiqui in omnibus & per omnia, uer. Sed hic occurrit.
Et quid si non sint apposta illa uerba uniuersalia, uer. Et hec quidem.
Et an illa uerba operentur etiam in prauidium ipsius inuestiti, uer. Sed circa.
Et quid econuerso si uasallus accipiat inuestituram feudi antiqui pro feudo nouo, uer. Quæro nunc.
Et quid si feudum antiquum ex culpa uasalli deuoluatur, ad dominum, qui ei culpam remittat, an iudicabitur nouum, uel antiquum, uer. Sed pone.



INTER alias diuisiones feudorum, quod cõiter traduntur à doctoribus, illa est maximè effectus, & sepe uerlarur in practica, quod scilicet, aliud est feudum antiquum, & aliud est feudum nouum. Feudum nouum est, quod de nouo conceditur, & habet initium in persona illius, quod de se eo fuit inuestitus. Feudum autem antiquum est illud, quod est acquisitum ab aliquo ascendente, quod fuerit parens communis agnationis. Et licet aliquando etiam dicatur feudum paternum, id quod est acquisitum ab ascendente intra quartum gradum, tamen hec due species, scilicet antiquum, & paternum, sequuntur pro eodem ponunt, & ita hec omnia sequuntur communiter Doctores, ut dicit Curr. lun. de feud. in prima parte prin. in 8. q. col. 2. uer. sic. Sub hac prima. Effectus autem huius differentie, inter feudum nouum, & antiquum poteris uideri in discursu huius §.

Sed hic occurrit notabilis qstio, pone, Princeps inuestit aliquem de feudo, & in inuestitura dicit, se illud concedere iure feudi antiqui & paterni, Quæro, num quod istud feudum regulabitur tanquam feudum nouum, an autem tanquam feudum antiquum, & paternum? Respond. in hoc articulo uarij fuerunt Doctorum opin. nam Oldrad. conf. 178. numero 3. tenet, quod non obstantibus illis uerbis, censetur feudum nouum, & hanc opin. aliquando dixit esse communem Iason. conf. 152. post nu. 1. lib. 2. Contrariam autem opin. quod censetur feudum antiquum, & debeat tanquam feudum antiquum regulari, tenent Bald. in cap. 1. numero. 2. de alien. feudi pater. quem ceteri sequuntur, ut ait Iacob. de feud. in uerbo, Nobil. Agasi. in fi. Et hæc opin. dixit esse magis communem Ias. sibi contrariarum in cõf. l. col. 3. uer. 11. principali li. 3. & cõf. si. 136. col. 4. uer. 11. specialius, lib. 4. & in preclud. feud. num. 90. circa fin. Dec. consilio 144. numero 3. in fi. Curt. Sen. conf. 49. post num. 58. uer. sic. Respondemus enim, Ruin. consilio 5. in principio, lib. 1. & cons. 14. nu. 5. eo. vol. & cons. 45. numero

num. 2. eod. vol. in. Crot. ia repet. l. 1. is qui pro emptore, nu. 2. ff. de uincap. Hanc etiam opin. uideatur fateri esse communem. Curt. lun. cons. 1. post num. 1. 3. licet dicat, quod non tranfit sine diffinitate, cum plures etiam contrarium tenuerint, illam tamen tanquam communem aperte sequitur, dicens non esse ab ea recedendum consulendo, aut iudicando, idem Curt. lun. de feud. in prima parte prin. in 8. q. col. 2. Eandem opin. dicit esse communem Paris. cons. 5. num. 11. lib. primo. Alciar. de præsump. in 3. reg. præsump. 2. 8. nu. 4. Molin. in consuet. Paris. feud. l. §. 5. nu. 84. Et hanc opin. ego etiam semper secutus sum, tanquam ueriores, & magis communem. Vt enim ipsa concessio feudi procedit ab absoluta uoluntate principis, ita etiam ipsius feudi constitutio, & natura pendet à tenore inuestiture, secundum quam princeps feudum ipsum concedit, semper tamen intelligendo in principe, qui de ipso feudo libere & absolute disponere potest, prout in hac materia præsupponunt communiter Doctores.

Et hæc quidem conclusio locum habet non solum quando princeps in concessione utitur uerbis uniuersalibus, puta quia concedat iure feudi antiqui, in omnibus, & per omnia, prout aliqui dixerunt, sed etiam si non sint apposta illa uerba uniuersalia, & ita uolunt cõiter Doctores, ut dicit compater meus honorandus, & hæc tempestate inter iuris interpretes clarissimus D. Crauetta de antiquitate temp. in 5. parte, sectione vlti. post num. 16.

Sed circa hanc conclusionem puto esse aduertendum, quia ex hac differentia, quod feudum censetur iure feudi noui, uel iure feudi antiqui, oriuntur uarij effectus, quorum aliqui concernunt, præiudicium ipsius domini cedentis, puta, quia si uasallus propter aliquam culpam, seu delictum non concernens directio personam domini, priuatur feudo, tunc quoniam feudum est nouum, reuertitur ad dominum, sed quando est antiquum, remanet apud eius filios, saltem quando est acceptum expresse pro se, & liberis, ut dixi infra q.

66. uer. Et hæc quidem, & huiusmodi, & in his casibus procedere potest communis opin. quod scilicet quando sunt apposta illa uerba, tale feudum censetur iure feudi antiqui ut uerba ipsius principis cedentis (iuxta uulgares regulas) latissime quantum fieri potest, in eius præiudicium operentur. Alij uero sunt effectus in quibus uerlarur præiudicium ipsius uasalli suscipientis feudum, puta quia si est feudum nouum, uasallus potest illud alienare ad sui libitum, interueniente consensu domini in præiudicium filiorum, ut dixi q. 41. uer. sic. Et hæc quidem, & illud etiam: uui ex filiis suis prælegare, secundum opin. quem ego tenui q. 40. uer. sic. Quæ omnia, & similia, quæ tñ facere non potest de feudo antiquo, nam in eo, ultra consensum domini, requiritur et consensum eorum, qui sunt uocati ex tenore ipsius inuestiturae. Et in his casibus forte teneri posset, feudum ita concessum non debere ceteri iure feudi antiqui, in præiudicium ipsius suscipientis, ne uerba apposta in eius fauorem (contra communes regulas) in eius odium retorquerentur. Cogita, quia si posset sustineri in practica, esset notabilis declaratio, & secundum illam ego consuluerat anno præterito in causa magni ponderis in regno Neapolitano, & la tatis sum, quia reperi, quod secundum eam prius consuluerat Riminal. cons. 96. num. 31. & seq. cuius consilia impressa fuerunt post primam publicationem huius §.

Quæro nunc, quid econuerso, pone, uasallus habens feudum antiquum, accipit inuestituram de ipso, tanquam de feudo nouo, nunquid tale feudum mutabit naturam, ita quod ceteri debeat feudum nouum, non autem feudum antiquum? Respond. quod quantum ad ipsam dominum cedentem, & quantum ad ipsam uasallum recipientem, proculdubio censetur feudum nouum, ex quo uerget; ipsorum potuit sibi pacto in inuestitura appositio præiudicare, & hoc est indubitatum. Quod uero ad filios siue agnatos ipsius recipientis, quibus ex tenore primæ inuestiturae, erat ius quæsitum, non potuit dominus, neque uasallus in eorum

præiudicium aliquid facere, & ideo talis inuestitura eis non præiudicat, ita tener Bald. in cap. primo, numero 20. an. agn. vel filius, quem ceteri sequuntur, vt ait Iacobi. in verbo, Ita quod ipsi inuestiri, post numerum 14. versiculo, Sed ponamus. Quod tamen intellige procedere, nisi etiam ipsi filij, vel agnati consensissent, nam eo casu etiam illis præiudicaret, & ita loquuntur omnes doctores in hoc proposito.

Sed pone, Vassallus ex aliqua causa incidit in priuationem feudi, quod erat antiquum, puta propter feloniam, ingratitudinem, vel huiusmodi, ita quod feudum ipsum aperiatur domino (de quo tamen vide quæ dixi infra q. 66.) modo dominus remittit hanc culpam ipsi vassallo, Quæro, an remaneat feudum antiquum, an autem censetur tanquam feudum nouum? Respon. q. remanet feudum antiquum, ita tenet glo. in cap. imperialem. §. Insuper, in verbo, Priuatur, de prohibi. feudi alien. per Frider. quam ceteri scribentes sequuntur, vt dicit Iaco. in verbo, Dicitur vassalli, el primo, numero 64. Idem etiam tenuit Barto. in l. quod dicitur, la prima, in princip. numero 9 ff. de impen. in reb. dotal. fac. Hanc tamen conclusionem intelligo vt procedat, quando non esset adhuc contra ipsum vassallum secuta sententia super priuatione, vel quando culpa non erat talis, propter quam vassallus ipso iure feudum amisisset, nam eo casu vtique remanet feudum antiquum, prout erat antea, secus autem, si iam fuisset priuatus ipso iure, vel per sententiam, ita dicit Bal. in dicto §. Insuper, numero 8. & ita communiter distinguunt omnes scribentes, vt ait Molin. in consue. Paris. de feud. §. 30. num. 105. Credo etiam, quod si postea apparere de aliqua fraude, quia iudicet dominus, & vassallus simul collussissent, vt agnatos a suo iure excluderent, esset eis ex æquitate succurrendum.

Q V A E S T. XIX. S V M M A R I V M.

Feudum quando dicatur esse ex pacto, & providentia, & quando hereditarium.

Feudum simpliciter, & absolute hereditarium, an transeat ad quoscunque heredes etiam extraneos, vers. Hoc præmissio.

Feudum concessum pro se, & filijs vel liberis, an dicatur hereditarium, vers. Quandoque vero.

Feudum concessum pro se, & filijs, & heredibus, an requiratur qd filij sint etiam heredes, vers. Quandoque, & tertio.

Et an hoc casu requiratur, qd sint heredes vassalli ultimo loco defuncti, an autem sufficiat, qd sint heredes primi acquirentis, vers. Sed quæro.

Et quid si feudum concessum sit alicui, nulla facta mentione filiorum nec heredum, vers. Sed quid dicendum.

Feudum concessum pro se, & heredibus an dicatur hereditarium, vers. Nunc prosequendo.

Et quid si concessum sit pro se, & filijs, & heredibus ab eis legitime descendentibus, vers. Sed quid si feudum.

Et quid si concessum fuerit pro se, & heredibus masculis, vers. Item quæro.



ALDE vtilis, & quotidiana est illa questio, qualiter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto, & providentia, & qualiter hereditarium, in qua materia doctores multum intricare loquuntur. Præmitte ergo, qd dupliciter intelligi potest feudum esse hereditarium, primo scilicet, quod ad hoc, vt tale feudum de sui natura sit transitorio ad quoscunque heredes, & sic, qd eo ipso, qd quis est hæres vassalli, admittatur ad feudum. Secundo vero, quod ad hoc, vt de natura ipsius feudi non possit aliquis in eo succedere, nisi etiam sit hæres, & sic in primo casu qualitas, quod sit hæres sufficit ad succedendum in ipso feudo, in secundo autem

autem casu non sufficit, sed bene requiritur, quod concurrat.

Hoc præmissio, dic, quod tria sunt in hoc proposito genera feudorum. Aliquod enim est feudum simpliciter, & absolute hereditarium, puta quando concessum est pro se, & heredibus quibuscunque, & ad hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit, qd sit hæres, nec alia qualitas requiritur, & ideo tale feudum transit ad quoscunque etiam extraneos heredes, ita dicit Bal. in l. cum virum, post num. 21. C. de fideicom. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Gigas de pē suo. q. 19. nu. 3. Idem etiam tenet Bald. in cap. imperialem in prin. nu. 19. de prohib. feud. alie. per Frider. Et est communis opin. ut ait Socin. inter consi. feud. Brun. consi. 10. nu. 2. Curt. Iun. consilio 183. nu. 6. & in tract. sen. in vt. parte tertie partis prin. quæst. 2. Ripa in l. ex factio. §. si quis ita, post nu. 16. vers. Ex quibus constat. ff. ad trebell. & in l. quæsitus. §. si quis cum tutor, nu. 4. & seq. ff. de priuil. credi. Crauetta consilio 256. post nu. 8. vers. His tamen. Paris. consilio 23. numero 170. libro 1. Socin. Iun. consilio 103. numero 28. libro 2. Et dicit Molin. in apostil. ad Alexan. consilio 30. sub nu. 11. libro 1. in fine apostil. quod hæc est crebrior, & verior opi. licet in prin. apostil. dicat, quod in hoc puncto quanto plura legit, tanto minus discernere potuit, quæ sit crebrior opi. adeo doctores doctores, imò ijdem sibi ipsis cōtradicunt. Sed quidquid dicat Molin. opinio. Bal. tanquam magis communis obseruatur in practica.

Quandoque uero, & secundo, feudum est simpliciter, & absolute ex pacto, & providentia, puta quando concessum, est pro se, & filijs, uel pro se, & liberis, nulla facta mentione heredum, & hoc quidem feudum nõ dicitur hereditarium, secundum Andr. de Iser. in ca. primo. §. hoc quoque, qui feud. dare poss. & est communis regula, vt ait Dec. consilio 445. numero 8. sed ad hoc ut quis in tali feudo succedat, sufficit quod sit filius, uel descendens ab illo primo acquirente, non autem requiritur, quod sit hæres

& hæc est communis opi. ut dicit Iacob. in l. si post mortem in prin. num. 3. ff. de leg. 1. & consilio 56. colum. fin. in princ. ibi est ergo. libro 3. Bene verum est, quod in hoc casu, secundum aliquos, est differentia inter filios, & agnatos, nam multi tenent, quod in hoc feudo locum habeat dispositio cap. 1. an filius, uel agna. de quo infra suo loco dicemus, in quæst. 76.

Quandoque, & tertio, feudum non est neque simpliciter hereditarium, neque simpliciter ex pacto, & providentia, sed participat de vtroque, puta quando est concessum pro se, & filijs, & heredibus, nam eo casu requiritur, qd ille, qui uult in tali feudo succedere, sit filius, & sit et heres, & sic, quod in eo utraque qualitas concurrat, ita tenet Iacob. de Beluis. in cap. primo de eo qui sibi, & hæred. & c. Bene verum est, quod in hoc fuit aliqua controuersia inter scribentes, nam contrarium: uidetur tenuisse Bal. in eo. cap. primo, numero 6. quod scilicet sufficiat ius sanguinis, neq. requiratur ius hereditatis, sed huic opi. Baldi non adheret communiter Doctores, ut dicit Alexan. consilio 19. nu. 16. lib. 5. f. dicit Alexan. consi. 10. nu. 8. lib. 3. quod conclusio Iacob. de Beluis. est communiter approbata, quem refert Paris. consi. 2. num. 26. libro 1. & consilio 3. num. 17. eod. uolum. & consi. 4. num. 28. eod. uolum. & consi. 106. num. 25. eo. vol. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iaf. consi. 57. num. 1. lib. 1. & consi. 56. col. 1. lib. 3. Ruin. consi. 16. nume. 6. lib. 1. Curt. Iun. consilio 1. num. 11. Paris. consi. 16. numero 13. libro 1. & consilio 23. nume. 167. eod. uolum. & consi. 1. nume. 134. lib. 2. & consilio 48. nume. 9. & 10. lib. 4. Crauetta consilio 197. post num. 5. vers. Hoc tamen fundamentum. Socin. Iun. consilio 114. post num. 12. lib. 2. Gratus consi. 4. num. 42. libro 1. Et hanc opin. tanquam ueriores, & magis communem seu per uicti seruari in practica, alias enim necesse esset ferri, quod illa uerba, & heredibus, essent superflua.

Sed quæro, an oporteat eum, qui uult in huiusmodi feudo succedere, esse hære-

heredē vafalli vltimo loco defuncti, an autem fufficiat eum effe heredem primi acquirentis? Relp. q̄ in hoc etiam est altercatio inter Doctores, nam aliqui tenent oportere, quod fit heres vafalli vltimo loco defuncti. & hanc dicit effe cōmunem opi. Cur. Iun. conf. 138. post nu. 24. quem refert Socin. Iun. confilio 188. nu. 15. lib. 2. Aliqui vero tenent fufficere, quod mediāte perfona antecessorum fuorum fit hares primi inueftiti, & hāc dicit effe communem Alex. in dicto confil. 10. nu. 8. lib. 3. prout illum refert Gozad. conf. 8. num. 2. Et reuera Alexā. ibi expreffē dicit, quod fit hares primi recipientis. idē etiā videtur fenfiffe Alex. & plures alij in locis fupra allegatis, dū loquuntur alter natiuē, fcilicet, q̄ fit hares, uel primi acquirēntis, uel vafalli vltimo loco defuncti. Et hęc opi. mihi magis placet, cum enim defcēdentes illius primi acquirentis fuccedant in ipfo feudo virtute primæ inueftituræ, in qua fiunt vocati, ipfe & eius filij, & haredes, non est confiderāda fuffeſſio illius, apud quem feudum vltimo loco reperitū est, fed tantummodo illius, cuius beneficio defcēdētē ipſi ad feudum admittunt. Et ita fecundum hanc opin. in facti contingētia iudicauit Senatus.

Sed quid dicendum est, quando feudum est cōceſſum ſimpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, neque heredum, puta, concedo tibi tale caſtrum in feudum, nunquid tale feudum (quod aliqui appellāt inferme) tranſibit ad heredes, an autem cenſebitur conſeſſio perſonalis, quæ non tranſeat ad defcēdentes, uel ſucceſſores? Relp. q̄ tale feudum ita conſeſſum nihilominus tranſit ad haredes, ſcilicet ad eos, qui alias ex natura feudi ſuccedunt. ita tenet Pet. de Bella. per. in l. apud Iulianū. §. ſi quis alicui, ff. de leg. 1. & eſt communis opi. ut atteſtat Iaſon in d. §. ſi quis alicui, nume. 9. Sunt enim beneficia Principū (iuxta vulgares regulas) latiffime interpretanda, nō tamen in huiusmodi feudo ſuccedūt haredes extranei, quia hoc eſſet contra naturam feudorum, in quibus regulariter non ſuccedunt extranei haredes, ut dixi

infra q. 83. Et ſic vides, quod hoc feudū ita ſimpliciter conſeſſum, perinde eſt, ac ſi conſeſſum eſſet expreffē pro ſe, & filijs ſuis mafculis tantum. & ad hoc allegatur glo. quæ ramen in libro meo hoc nō dicit in cap. 1. quib. mod. feud. conſt. po. vbi Bal. nu. 4. refert gl. ita expreffē dicere, ſubdens, & tene menti in corde tuo, quia eſt notabile, & illam glo. dicit eſſe communiter receptam, Didac. lib. 2. reſolut. cap. 17. nu. 3. in ſi. ubi etiam dicit, q̄ hoc uidetur magis receptū apud eos, qui de feudis traſtauerunt.

Et in hoc propoſito nota, q̄ in feudis poteſt conſiderari duplex prouidentia, ſcilicet legis & hominis, prouidentia legis eſt, ut feudum de ſua natura non tranſeat niſi ad defcēdētē, & ideo ſine feudū ſit cōceſſum ſimpliciter (vt ſuperius dixi) nulla facta mentione filiorum, neque haredum, ſive cōceſſum ſit pro ſe, & haredibus, nihilominus tale feudum ex prouidentia legis non tranſit niſi ad defcēdētē mafculos, non autem ad extraneos haredes. Prouidentia autem hominis eſt, quādo ex tenore ipſius inueſtituræ, vocantur expreffē ſolummodo defcēdētē ipſius recipientis, puta, quando cōceſſum eſt pro ſe, & liberis, uel pro ſe, & filijs, uel huiusmodi, & hoc apprie videtur dici feudum ex pacto, & prouidentia, quia & pactum hominis, & prouidentia legis in hoc concurrunt, ut ſolum defcēdētē, ipſius inueſtiti, non autem haredes extranei in ipſo feudo ſuccedant.

Nunc proſequendo eandem materiā, quæro, an feudum receptum pro ſe, & haredibus, dicatur hareditarium? Reſpon. ſi intelligas hareditarium, ſimpliciter & abſolute, id eſt, quod tranſeat ad quocunq; haredes, etiam extraneos, certū eſt, q̄ non eſt hareditarium, ut ex prædictis apparet, & laicius dixi infra in d. q. 83. ſed ſi intelligat hareditarium, ſ. in quo non poſſit ſuccedere niſi qui ſit hares, dico, q̄ eſt hareditarium, & ita tenet And. de Her. in c. primo, §. hoc quoque de his qui feud. dare poſſ. & eſt communis regula, ut ait Dec. confil. 445. num. 8. Hāc etiam conſuſionem dicit eſſe communem

munem Campegi. inter conſ. feud. Brun. conſ. 1. r. 1. nu. 3. & ſeq. Brun. conſ. 24. nu. 1. Licet enim in materia feudali, verbū haredibus, intelligatur de defcēdētibus, & ſic ratione ſubiectę materię traatur vltra propriam ſignificationē, retinet tñ adhuc ſuam propriam ſignificationem, & ſic includit vtrunque, ſcilicet defcēdētē, & haredes, alterum ex natura ipſius verbi, alterum ex natura rei ſuper qua pronunciat.

Sed quid ſi feudum acceptum ſit pro ſe, & filijs, & haredibus ab eis legitime defcēdētibus? Rñ. pariter dicendum eſt, q̄ cenſeri debet hareditarium, & ita ſe habet magis communis opi. vt ait Pa. riſ. confilio 4. numero 27. libro primo. Afflic. decif. 195. poſt nume. 7. ſubdens. q̄ ita pluries fuit iudicatum, & ideo in tali feudo filij, vel eorum defcēdētē non ſuccedent, niſi etiam ſint haredes. & illa eſt communis opin. vt dicit Sigifmund. conſ. feudali. 32. num. 55.

Item quæro, quid ſi acceptum fuerit feudum pro ſe, & haredibus mafculis? Reſpon. aliqui tenuerunt, quod illa qualitas mafculinitatis adiecta operatur, q̄ feudum ita receptum, non dicatur hareditarium, & fuit opin. Rayn. in ſua q. incip. Quidam habebat duos filios, & ita reuēt omnes, vt dicit Iaſon, in l. Gallus. §. Etiam ſi parente, numero 22. ff. de liberis & poſt. quæra refert Rubeus confilio 100. numero 5. & in repet. l. Gallus. §. quidam recte, columna 68. verficulo, Dubitatur igitur quinto, & eſt communis opin. vt atteſtatur Bello. confilio 33. nume. 2.

Sed tu hic diligenter aduerte, quia ſi dictum Rayner. intelligatur, q̄ feudum ita receptum non fit hareditarium, quia ſcilicet non tranſeat ad omnes, qui iure hareditario ſuccedunt, etiam extraneos, ſed ſolum in defcēdētē mafculos, hoc nullam prorſus habet difficultatem, quia etiam ſi non eſſet appoſita illa qualitas mafculinitatis, tamen ex natura feudi, id erat expeditum, vt ſepe dixi. Et dicit Socin. Iun. confilio 188. numero 7. libro ſecundo, q̄ eſt commune dictum, & non habet contradicōrem.

Et ita in hanc ſententiā expreffē illum refert Iaſon loco ſupra allegato, adeo q̄ ita intelligendo decifio Rayn. quę fundatur ſuper illa dictione mafculis, erit inanis, & ſine ſucco. Si vero intelligatur, q̄ illa qualitas mafculinitatis operetur, q̄ feudum non ſit hareditarium, quia ſcilicet defcēdētē mafculi ad ipſum feudum admittantur, etiam ſi non ſint haredes, ego credo illā decifionem Rayner. eſſe fallam, & contra eam eſſe magis communem opi. prout etiam atteſtatur Rubeus confilio 18. per totum conſilium. Didac. libro ſecundo reſolut. c. 18. ante numerū 4. Certe paſſus eſt arduus, & aliquando cum cautā penderet de facto, ab vtraq; parte requiritus, conſulere reſultauit.

QVAESTIO. X. SVMMARIVM.

Feuda regalia, vel dignitatum quæ dicantur.

Quæro, quæ dicantur feud. regalia, vel feuda dignitatum? Rñ. q̄ ad hoc, vt aliquod feudum dicatur regale, vel dignitatis, duo requiruntur. Primum, q̄ in feudum concedatur Regnum, ſeu dignitas, puta Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. Secundum, quod concedatur ab Imperatore, aut Rege, vel ſupremo Principe. ita declarat communitē ſcribentes, vt dicit Curt. Iun. de feud. in prima parte quęſt. 8. columna 1.

QVAEST. XI. SVMMARIVM.

Feudum ligium quod dicatur.
Et an poſſit quis eſſe homo ligius duorum dominarum, verſus. Hinc inferuntur.
Quæro,

Quero, quod dicatur feudū ligium? Respon. q̄ feudū ligium est, in quo tria cōcurrunt. Primum, q̄ in inuestitura expresse dicat, q̄ sit ligium. Secundum, q̄ nasallus subiciat principaliter potestati dñi personam suam, & consequenter oīa bona sua, etiam non feudalia. Tertium, q̄ iuret illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate referuata, & ista est communis opin. ut dicit Curt. Iun. de feud. in 1. parte q. 8. vers. 5. sub hac.

Hinc infertur, q̄ non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum, ut dicit gl. in clem. pastoralis. §. denique, in verbo, Homoque ligius, de re iud. que in hoc communiter approbatur, vt dicit la cob. de Homag. num. 6.

QVAEST. XII. SUMMARIUM.

Feudum francum quod dicatur.

Quero, quod dicatur feudum francū? Rñ. q̄ feudum francum dicitur, in quo duo concurrunt. Primum, q̄ in inuestitura expresse dicatur, q̄ sit francum. Secundū, q̄ inuestitus non teneatur, nisi ad seruicia, que sunt expressa in inuestitura, & ista est cōs mens doctorum, ut dicit Curt. Iun. de feud. in 1. parte q. 8. vers. Secunda principalis.

QVAEST. XIII. SUMMARIUM.

Prælatus an possit concedere in feudum bona ecclesia.

Et quid in feudo decimarum, vers. Sed quero.

Et quid in feudis apertis tempore præcessoris sui, vers. Sed nunquid.

Et quomodo dicatur res ecclesie solita, vel non solita in feudum, vers. Sed nunquid.

Et an possit prælatus in feudum tales res, etiam consanguineis suis, vers. Vltorius quero.

Et an in tali in feudatione interuenire debeant solemnitates requisita in alienatione ecclesie, vers. Item quero.

Et an possit prælatus eo casu alterare, aut mutare consuetudinem, secundum quā tales res solita erant in feudum concedi, vers. Scias tamen.

Et an si illam alteret in feudatio vitietur, vers. Sed quid si alteret.

Quero, nūquid prælatus possit in feudū concedere bona ecclesie? Rñ. q̄ nō, nisi essent res solite in feudari, nam illas utiq; possit prælatus, postquam essent ad ipsam ecclesiam reuerse alijs in feudum concedere, ita colligitur ex text. in c. 1. de his qui de feud. dare poss.

Sed quero, nunquid hæc conclusio locum habeat, etiam in feudo decimarum, quod solitum sit laicis in feudari, vt scilicet, si ad ecclesiam reuertatur, possit prælatus illud alteri laico in feudum concedere? Rñ. q̄ sic, & ad hoc allegatur gl. in c. prohibemus, in verbo, Laicos, de decimis, quæ tamen hoc non dicit. Sed hanc opi. clarius tenuit Flor. quem refert Imola in capi. ex parte, post num. 39. de feud. Subdens, quod hæc opin. communiter seruari videtur. Et post eum ita dicit cōmuniter teneri, & obseruari in practica Ial. conf. 155. in fi. lib. 2. & in d. capi. primo, num. 13. de his qui feud. dare poss. Illud etiam refert Curt. Iun. de feud. in secunda parte princ. q. 8. Dec. consilio 131. paulo ante fin. Licet enim regulariter decimæ apud laicos esse non possint, tamen ex quo erant solite laicis in feudari, præsumitur eas licite apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam alijs laicis concedi posse.

Sed nunquid poterit prælatus in feudum, non solum feuda, que tempore sue prælaturæ aperiantur, sed etiam ea, que tempore prædecessoris sui aperta fuerant? Respon. glo. in d. capi. 1. in princ. in verbo, Feudum dare, tenuit, quod nō, sed illa gl. in hoc cōmuniter reprobat, vt

vt dicit Guido Papæ decif. 154. post nu. 2. Bene verum est quod si aperiatur feudum tempore vnus prælati, & ille prælati tale feudum apertum, & solitum in feudari, nō in feudet, sed recipiat fructus, & decedat, si deinde successor suus repe-riat illud feudum inter bona mentis, nō poterit illud incōsulto Romano Pontifice in feudare, si tenuerit per annū inter bona mentis suæ, & non in feudauerit. ita sentiunt omnes, vt dicit Guido Papæ in d. decif. 154. post num. 3. versic. Sed si dig. & secundum hanc conclusionem in facti contingencia iudicant parlamentum Delphuale, vt in eadem decif. in principio.

Nunc pro intelligentia q̄ro, quomodo dicatur res ecclesie solita vel non solita in feudari? Aliqui dicunt, quod dicitur solita in feudari, quando reperitur duæ in feudationes illo modo factæ, simul cum cursu quadraginta annorū, & sicut optu. Iacobi de Beluis. in d. cap. 1. de his qui feud. dare poss. quā dicit esse communem Ial. conf. 155. col. penult. versic. Non obstat secundum, lib. 2. vbi etiam col. 2. ver. Quarto facit, dicit, quod ab hac conclusione non discrepat. Multi etiam dicunt sufficere, quod præcesserit vna tantum in feudatio solemniter facta sine aliquo tēporis cursu, vel pluralitate actū, & hanc opi. dicit esse communem Curt. Iun. de feu. in prima parte 2. partis princ. quest. 4. Ruin. consilio 35. num. 30. lib. 1. Sed hæc opi. non transit sine difficultate, ideo prima esset tenenda, tanquam tutior, & qui minus fauet alienationi rerum ecclesiasticarum. Ad hoc autem, vt dicatur nō solita amplius in feudari, requiritur, vel quod expresse prælati uā describi faciat inter bona mensa ecclesie, vel quod per multū tempus collegit fructus ipsius rei solite in feudari, p̄ ut solitus est facere de alijs rebus incorporatis. Et hanc opinio. quod, scilicet requiratur huiusmodi declaratio expressa vel tacita, dicitur esse magis communem quidam moderni, quos refert Curt. Iunior. in d. prima parte 2. partis princ. questio. 5.

Vltorius quero, nunquid possit præ-

latus huiusmodi res, postquam ad ecclesiam reuerse erant, in feudare non solum extraneis, sed etiam cōsanguineis, & affinitibus suis? Respon. quod sic, dummodo talis in feudatio non sit multum onerosa ecclesie, vel alijs suspecta. ita tenet Bal. in d. c. 1. au. 9. & est communis sententia, vt ait Curt. Iun. in prima parte 2. partis principalis q. 7. quem refert Ripa de peste in 2. cap. de remedijs præseruati. num. 170. Ial. in d. cap. 1. post num. 19. de his qui feud. dare poss. Zaf. de feud. in 5. parte, versic. Quarta, conclusio. Et ita de cōsuetudine obseruari videtur, quia hodie potius agnatis quā alijs beneficia à prælati conceduntur, vt dicit gl. in c. 1. in princ. in verbo, In clericorum. si de inuestit. inter do. & vasa. &c. Quæ quidem consuetudo non est prolix improbanda, modo isti agnati seu affines sint alias probi, & idonei. Sed caueant prælati, ne dum proximos suos immerito bonis ecclesiasticis ditare contendunt, ipsi eorū, & suas animas illaqueent in æternam damnationem.

Item quero, an in tali renouatione in feudationis interuenire debeat ille debite solemnitates, que in rei ecclesiastice alienatione requiruntur? Respon. quod non. ita tenet Barto. in auct. qui rem. nu. 4. C. de sacrosan. eccles. Abb. in ca. vt super, num. c. 11. de reb. eccles. non alien. & est cōmunis sententia, vt dicit Curt. Iun. de feud. in prima parte secunde partis principalis q. prima. Et quod possit prælatus solus, & sine cōsensu capituli, huiusmodi res solitas in feudari, alijs in feudum concedere, dicit esse communis conclusionem Doctorum Socin. consil. 120. num. 23. lib. 3. Claud. in d. c. 1. de his qui feud. dare poss. Et ita etiam communiter de consuetudine teneri attestatur Zaf. de feud. in 5. parte, vers. Secunda conclusio, & in hoc modica est inter Doctores controuersia.

Scias tamen, q̄ sicut prælatus non potest in feudare res ecclesie non solitas in feudum concedi, ita etiam in tali renouatione in feudationis, non potest alterare aut mutare consuetudinem, secundum quam erant solite concedi, ita dicit Bart.

Raro. in d. au. qui rem, nu. 8. & est communis conclusio, vt dicit Alexan. conf. 9. num. 2. lib. 3.

Sed quid si alteret, aut mutet ipsam consuetudinem, nunquid infeudatio vitabitur? Respond. quod quatenus in hac renouatione excessit formam consuetudinis, proculdubio vitatur, & in hoc nemo discrepat, & hanc conclusionem dicit esse communem Curt. lun. in d. prima parte, 2. partis in 6. q. col. prima, & secunda. quatenus autem solita sunt concedi, sustinetur, & ita dicit esse veram, & communem sententiam Curt. un. in d. 6. q. col. venul. Tu vide quæ dixi supra. §. emphyteusis. q. 6. versic. Scias tamen.

QVAEST. XIII.

SUMMARIVM.

Dominus an possit inuestire aliquem de feudo non dum aperto.

QVaro, an dñs possit inuestire aliquem de feudo non dum aperto, scilicet quæ adhuc palii vasalli legitime inuestitura possidetur? Respond. quod sic, dummodo inuestitura sit concepta sub conditione, puta si ille vasallus, sine descendens, aut agnatis ad feudum ipsum vocatis decesserit, vel in tempus, puta quando feudum ad ipsum dominum iure medio deuoluatur, & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Claud. in l. si. nu. 13. C. de part. Sed si inuestitura esset concepta pure, esset penitus nulla, adeo quod, etiam si postea eueniat casus, quod tenens feudum moriatur sine herede, non tamen potest aliquem effectum sortiri: ita probat tex. in c. 1. hic potest esse titulus, qui successores tenent, & est communis opinio, ut dicit Aluaro. in eo. c. primo, post nu. 1. versic. in tex. ibi. Debet tamen Imperatores, & Principes abstinere ab huiusmodi inuestituris concedendis, ne inducantur captiuitate mortis, vt audiui contingisse nostris temporibus, in quodam Marchione ex primatibus Italiae, cuius nomen taceatur.

QVAEST. XV.

SUMMARIVM.

Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura.

QVaro, nunquid feudum rectum, possit constitui sine inuestitura, ita vt habeat propriam naturam feudi, & sit transitorium ad heredes? Rnd. in vsibus feudorum sunt duotext. in hac materia, qui inter se pugnare videntur, nam in c. quibus. mod. feud. constituitur pot. expresse dicitur, non posse feudum sine inuestitura constitui, etiam si quis domino iubente alicuius rei tanquam feudalis possessionem nanciscatur, Contrarium autem decideri videtur in c. 1. de consue. recti feudi, vbi dicitur paria esse, quod concedatur inuestitura, vel quod domino iubente quis possessionem feudi natus sit. Tu dic, secundum Aluaro. quod illi text. ita possunt recte ad concordiam reduci, Aut talis iustus est factus coram paribus curiæ, & tunc habet vim inuestituræ, prout expresse loquitur tex. in d. primo de consue. recti feudi. Aut sit ablente curia, & nihil operatur, & ita procedat tex. in d. c. 1. quibus. mod. feud. constit. pot. Et hæc concordia communiter tenetur, vt ait Zal. de feud. in 6. parte col. 1. ver. Nec te lateat.

QVAEST. XVI.

SUMMARIVM.

Feudum an possit acquiri mediante precio. Et an tale feudum dicatur proprie feudum, versic. Sed quæro.

QVaro, an feudum possit acquiri mediante precio? Rnd. gl. in c. 1. de benef. frat. in gl. j. tenuit, quod à domino non possit feudum concedi mediante pecunia. Contraria tamen opinio, quod feuda possint emi, obtinuit vt dicit Zal. de feud. in 12. parte versic. j. con-

QVAEST. XVIII.

SUMMARIVM.

Res in dubio presumitur allodialis, vel feudalis.

Et quid si inuestitura sit de castro, & pertinentijs, an dominus habeat intentionem fundatam p omnibus bonis, quæ vasallus possidet in territorio illius castri, versic. Sed quid.



CONTINGIT quædo quædam dominus afferat aliquam rem, quæ vasallus possidet, esse feudalem, e contrario autem vasallus contendit eam esse

allodiam, quæro an presumatur feudalis, vel allodialis? Respond. quod in dubio libet res presumitur allodialis, & non feudalis. hæc est vulgata regulæ quæ omnes scribentes sequuntur tan legendo, quam consulendo, vt dicit Bellon. consilio decimo, numero 9. Est enim feudum species seruitutis quæ in dubio non presumitur.

Sed quid, si Vasallus habeat inuestituram de castro & pertinentijs, nunquid eo casu dominus habeat intentionem fundatam, ita quod omnia bona, quæ vasallus reperit possidere in territorio illius castri, presumantur feudalia, & vasallo incumbat onus probandi, quod sint allodialia? Respond. quod non, sed presumuntur allodialia, nisi dominus probet ipsas res esse de pertinentijs, ita dicit Hostien. in cap. nimis. de iureiur. & est communis opinio, ut ait Bello. in d. d. consilio decimo, post nu. 11. & ita in facti contingit iudicauit consilium Neapolitanum, vt refert Afflic. decisio. 267. Et superioribus annis. dñi similis quæstio verteteret in causa magni ponderis, fuit pronuntiatum pro vasallo, non obstante, quod bona, de quibus agebatur, essent sita intra consuetudinem territorij descripta in inuestitura.

Tract. Iul. Clar. O Quæst.

conclusio subdens, quod eam Doctores plerique omnes sequuntur, & quod hæc opinio, notissima consuetudine recipitur, Dicit etiam Bald. in c. 1 §. ex eadem legem numero secundum, de lege Corra. quod ita est per consuetudinem vsurpatum, & quod ita quotidie videmus castra, & villas emi, & vendi cum mero, & mixto Imperio, &c.

Sed quæro, nunquid tale feudum emptum dicatur proprie feudum? Respond. quod non dicitur habere propriam naturam feudi, ex quo non est gratuitum, vt in capit. primo de feudo non habente propria. feud. tamen est verum feudum, & regulatur secundum omnes leges, & consuetudines feudi, ita generaliter volunt omnes feudiste, vt dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. numero 100. in fin. sed de hoc aliquid attingemus in disursu materia.

QVAEST. XVII.

SUMMARIVM.

Concessio feudi per verbum donamus, an dicatur donatio, vel feudalis concessio.

QVARO princeps concedit alicui feudum, & in concessione vitur verbo donamus, vel alio simili importate donationem, nunquid censetur libera donatio, vel feudalis concessio? Respond. quod censetur libera donatio, & ita in specie consuluit Oldrad. consilio 159. numero tertio, & hoc dictum Oldradi videtur communiter receptum, vt ait Gratus consilio nono, numero 78. libro primo. Hanc etiam esse communem conclusionem Doctorum attestat Socin. lun. consilio 102. numero nono, & sequentibus. li. 2. Non enim debemus à proprietate verborum recedere, maxime cum beneficia principum latissime sint interpretanda.

QVAEST. XIX.

SVMMARIVM.

Ex praestatione seruitiorum personalium per longum tempus an praesumatur titulus vasallagij.

Et an ex eo, quod quis per decennium possedit aliquam rem vti feudalem praesumatur praecessisse feudalis concessio, ver sic. Sed pone.

Quero, alijs seruiuit mihi, vt vasallus longo tempore, id est per decennium praestando seruitia personalia, nūquid ex hoc praesumetur titulus vasallagij, siue homagij? Respond. quod non, sed requiritur tempus triginta annorum, ita tenet Barr. in l. solent. §. fin. num. 9. ff. de off. proconf. & in l. litibus, numero 3. C. de agricol. & cens. lib. 11. Et est communis opin. vt dicit Bald. de praescrip. in 3. parte principali, in 10. q. primae partis, numero 34. & in secunda quartae principalis quaest. 6. nume. 1. in fi. Est enim magis praedictij, vt quis efficiatur vasallus alterius, ideo requiritur saltem, cursus 30. annorum.

Sed pone, aliquis diuturno tempore, id est per decennium, possedit aliquam rem vt feudalem, nunquid praesumetur praecessisse solemnem concessio feudalis? Respond. quod sic, & ista est communis opin. vt dicit Bald. in d. decima q. primae partis, post num. 35. versicu. Et ex ibi notatis, quem refert Paris. consilio 23. num. 3. libr. 4. Nam hoc quidem casu agitur de lōge minori praedictio, quam in superiori, quantum scilicet interest inrer personam, & res. merito etiam minoris temporis cursus sufficit ad inducendam praedictionem.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

Vasallus dicens pacta qua dominus vult apponere in inuestitura esse insolita, an tenetur illud probare.

Et an recognitio per impressionem, vel errorem facta, aliter quam more solito noceat per offeris, versicu. Sed pone.

Quero, tu scis, quod in renouatione inuestiturae quandoque apponuntur pacta insolita. Modo vasallus dicit, quod pacta quae dñs apposuit, vel vult apponere in inuestitura, sunt insolita, uel eouerso, nunquid erit illi credendum? Respond. quod non, sed alleganti pacta esse insolita, incumbit onus id probandi. ita volunt omnes doctores, vt dicit Iacob. in verbo, Qui quidam inuestiti, numero 65.

Sed pone, quod per impressionem, vel errorem sic facta recognitio feudi, aliter quam more solito, nunquid talis recognitio nocebit posteris? Respond. quod non, ita eleganter dicit Bald. in capi. 1. §. fin. post nume. 2. de feudo guar. quem ceteri doctores sequuntur, vt ait Iacob. in dicto verbo, Qui quidam inuestiti, num. 70. in fin. & in verbo, Distinctio vasalli, num. 13. dicit, quod illud dictum Bal. sequuntur omnes posteriores, & ibidem, numer. 21. dicit, quod omnes sequuntur. Sit tamē cautus vasallus, vt semper accipiat renouationem iuxta formam primae inuestiture, quia si illa deperderetur, posset illa renouatio maximum praedictum afferre suis descendentibus. Praeterea intellige hanc conclusionem, vt procedat in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, in quo vasallus non potest praedictare uocatis ex tenore inuestiturae, sed si esset feudum de quo vasallus posset libere disponere, utique talis recognitio posteris obesset.

QVAEST. XXI.

SVMMARIVM.

Vasallus tenetur dominum adiuuare, & defendere contra omnes.

Et quid si sit inhabilis ad pugnam, versicu. Item quero.

Et an tenetur praeserue salute domini propriae salutis, versicu. Sed quero.

Et

Et an tenetur illum adiuuare contra proprium patrem, fratrem, uel filium, versicu. Sed nunquid.

Et an contra seipsum, versicu. Sed an tenetur.

TV scis, quod vasallus tenetur dominum adiuuare & defendere contra omnes, de quo habes tex. in c. primo, quib. mo. feu. amit. Quero, nunquid tenetur vasallus id facere suis proprijs sumptibus? Respond. quod sic, nisi tamen de proprio impotens esset, ita communiter concluditur, vt dicit Alex. in l. reculare §. si quis alio, nu. 10. ff. ad Trebel. Nam regulariter qui est obligatus ad aliquid faciendum tenetur id facere suis sumptibus.

Item quero, an vasallus inhabilis ad pugnam, puta, quia habet brachia abscissa, tenetur adiuuare dominum, & si aufugerit ex praedio, sit feudo priuandus? Respond. quod non, ita tenet glo. in d. c. primo, in glos. prima, quib. mod. feud. amit. quae dicit esse communiter approbatam, Iaco. in verbo, Et promiserunt, post nu. 18. vers. Quartus est casus. Et illam sequi communiter Doctores attestatur Curt. Iun. de feud. in quarta parte, in prima causa amissionis feudi, ver. 6. circa praedicta, quae refert Io. Iac. de Leon. inter cons. feud. Bruni consil. 117. nu. 199. Nemini enim est imputandum, quod non faciat id, quod facere non potest.

Sed quero, nunquid debet vasallus ut adiuuet dominum, praepone salute ipsius domini, salutis suae propriae? Respond. quod non, ita tenet glo. in d. ca. primo, in glo. prima, in fi. Et licet glo. in l. prima, §. eodem autem test. ff. ad illa. per illum tex. qui loquitur de seruis, arguat contra vasallos, ut tenentur salutem dominorum propriae salutis antepone, tamen illa glo. est communiter reprobatam, ut dicit Paris. Puteus de duello, libr. 5. quaestio. 12. post numerum 2. Et ita hanc opin. dicit esse communem Episcopus Loazes in allegatio. pro Marchione Velez. fol. 174. numero 35. Nihil enim cuius; uita sua carius esse debet, si loqua-

mur secundum carnem, licet secundum spiritum aliud sit.

Sed nunquid tenetur vasallus adiuuare dominum, etiam contra proprium patrem, uel filium, uel fratrem ipsius uasalli? Res. §. sic, & de hoc est text. expressus in §. in titulo hic finitur lex. & est communis opin. ut ait Zal. de feud. in 7. parte, c. 4. num. 10. quem refert Io. Iaco. de Leo. in d. conf. 117. num. 9.

Sed an tenetur illum adiuuare etiam contra seipsum? Resp. quod non, ita tenet glo. in d. §. si quis est communiter approbatam, ut dicit Iaco. in d. verbo, Et promiserunt eidem, post num. 13. Semper enim prima charitas incipit a seipso.

QVAEST. XXII.

SVMMARIVM.

Vasallus an possit, quando in auxilium domini liberare se a solutione dimidij redditus.

VLTERIVS quero, tu habes tex. in c. Imperialem §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Frieder. quod uasallus tenetur ire, vel mittere, cum domino ad expeditionem bellicam, uel ipsi domino ministrare dimidij redditus unius anni, modo uasallus uult ire personaliter ad praestandum auxilium domino: Dominus autem potius uellet habere dimidium redditus feudi, cuius erit electio? Res. quod spectabit uasallo. ita dicunt communiter Doct. ut ait Ia. in uerbo, Et promiserunt, nu. 26. quidquid distinguendo dixerit Iaco. de Belu. in c. 1. §. fin. de pace iur. firm. ut ibi per eum.

QVAEST. XXIII.

SVMMARIVM.

Vasallus an tenetur alere dominum egenum.

Quero, nūquid vafallus teneatur alere dñm egenū? Resp. Bar. in l. alimenta, §. Imperatoris, num. 2. ff. de lib. agnosc. videtur tenere, q̄ lic, put ēt clarius tenuit in tra. 2. l. i. au mentorum, nu. 45. Contrariam autem opinio, q̄ scilicet nō teneatur cum alere, tenuit Iaco. Ardizo. in sum. quib. mo. feu. amit. sub Rubricell. au vafall. teneat dñm egen. Et hanc dicit esse communem Aluar. in capi. licet, num. 6. si de feu. sue. contro. quem refert Epilcopus Loazes in allegat. pro March. Velez. fol. 171. num. 29. Quam tamen ego si contingeret de facto, in duobus casibus non teneret in iudicando. Primus est, quando dñs ex facto, aut culpa ipsius vafalli ad inopiam peruenisset, prout expresse sentiunt Doctores in hac materia loquentes. Secundus, quando vafallus superabundaret diuitijs, & maxime si diuitiæ prouenirent ex ipsa re feudali. Sed intellige, q̄ ad id cogi potest, non autem q̄ amittat feudum si non fecerit.

QVAEST. XXIII. SUMMARIVM.

Vafallus an teneatur liberare dominū e carcere.
Et quid si sit iuste carceratus, versicula.
Sed quid.

Quero, an teneatur vafallus dominum carceratum ē carcere liberare? Respond. q̄ si est carceratus pro debitis, non teneatur vafallus eū liberare, nisi debita fuissent à dominō contracta ex facto, aut culpa ipsius vafalli, & hanc doctrinam dicit esse communiter receptam. Zas. de feud. in septima parte, vers. Si porro dominus, quē refert Epilcopus Loazes in allegatio pro Marchio. Velez. fol. 171. numero 29. Ceterū regula videtur esse in cōtrarium, p̄ text. in ca. 1. §. item si delator, quæ sue prima causa benef. amit. q̄ scilicet, si non pecuniā, saltem operam suam teneatur va-

fallus exhibere, pro liberatione domini, alias priuatur feudo. Et licet tex. in d. §. sc̄m unam lecturā, solummodo dicat, q̄ non euitabit indignationem dñi, tamen intellige, q̄ illa uerba important priuationem feudi. & ita sentit glo. magna ibi in primis uerbis, & ita etiam uolunt ibi Doctores, ut dicit Iaco. in uerb. Dicit q̄. vafalli, nu. 37. in fi. imō vulgata lectura habet p̄gicē, q̄ feudum perdit. Bene nunc est, q̄ Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. numero 146. in fi. dicit, q̄ non obseruat, q̄ ad hoc cogi possit, nec q̄ amittat feudum, si non fecerit. Sed ego nunquam uidi contrarium feruari, & si casus contingeret, nescio quomodo posset vafallus defendi, contra expressam dispositionem illius tex.

Sed quid si dominus sit iuste carceratus, nūquid tenebit vafallus p̄curare eius liberationem? Rñ. q̄ non, & ita limitatur dispositio d. §. Item si delator, sc̄m And. de Iser. ibi. vers. Vel si cognouerit, quem ceteri Doct. sequuntur, ut dicit Ia. in uerb. Dicit q̄. vafalli, nu. 37. Qui em̄ iniuste deliquit, iuste plectitur.

QVAEST. XXV. SUMMARIVM.

Vafallus an possit dominum in ius uocare sine uenia.
Et an possit contra eum intentare interdictionem unde vi, vers. Item quero.
Resus siue.



Non scis, q̄ vafallus teneatur domino reuerentiam exhibere. Quero nūquid possit vafallus dominū in ius uocare sine uenia. Videt q̄ nō exemplo liberi. Regulariter enim ualet argumentum de libertate ad uafallum, & contra, ut tenent cōter Doctores, teste Molin. in consuet. Paris. feud. §. primo, gl. 4. post nu. 36. Sed tu dic contrarium, scilicet, q̄ imō potest illum sine uenia in ius uocare. Nam in consue-

consuetudinibus feudorum, non est locus his ambagibus, ita tenuit gl. in c. r. in uerb. Reuerentia, de mil. vafal. qui contumax est. Et est communis opin. ut attestatur Alex. in l. generaliter, numero 7. ff. de in ius uocan. Et ita semper uidi feruari.

Item quero, pone, quōd dominus spoliauerit vafallum feudo defacto, vel aliter vim ei intulerit, nūquid poterit vafallus contra eum intentare interdictionem unde uixit infra lib. 7. §. actio.

QVAEST. XXVI. SUMMARIVM.

Duplicem esse inuestituram, propriam, & abusiuam.
Et an dominus qui inuestiuit per inuestituram abusiuā, teneatur etiā tradere p̄cise possessionem rei feudalis, vers. Quero nunc.
Et quid si tantummodo feudū promiserit, vers. Sed pone,
Et quid si uafallus ab ea ceciderit, vers. Sed quero.



Debes scire, q̄ duplex est inuestitura, aliqua est inuestitura p̄pria realis, & corporalis, q̄n̄ scilicet dñs inducit aliquam corporaliter in possessionē alicuius rei, & eā illi dat in feudum, & per hanc inuestituram plene transfertur in vafallum dominū, & possessio rei feudalis, ita uolunt omnes scribentes, ut dicit Iacob. de feud. in uerb. Inuestiui talē, nu. r. Alia uero est inuestitura quę uocatur abusiuā, quōd scilicet dominus inuestit aliquem per traditionem annuū, uel ensis, & per hanc non transfertur possessio feudi in vafallum, sed censetur illi data licentia, ut eam apprehendat propria auctoritate. ita uolunt omnes scribentes, ut dicit Iacob. in dicto uerb. Inuestiui talem, nu. 3.

Quero uanc, dominus in uestiuit aliquem de feudo per inuestituram abusiuam, nūquid tenebitur etiam p̄cise illi tradere possessionem rei feudalis? Respond. quōd sic. cap. 1. §. si facta, si de feudo de fun. sue. cōtr. nisi tamē dominus post factam huiusmodi inuestiturā abusiuā, inuestiuisset alium de feudo, & tradidisset illi actiualem possessionem, nam eo casu iste secundus p̄feretur, & dominus p̄stado interesse illi primo, liberatur, ita dixit gl. in d. c. si facta, quā dicit esse communiter approbatā Iacob. in dicto uerb. Inuestiui talem, nu. 4.

Sed pone, dominus solummodo promisit feudum, non tamen fecit aliquā inuestituram, nūquid tenebitur p̄cise tradere possessionem ipsius feudi? Resp. quōd non, sed tantum erit obligatus ad interesse, ita elegāter dixit And. de Iser. in d. §. si facta, quem ceteri scribentes, sequuntur, ut ait Iacob. in d. uerbo, Inuestiui talem, nu. 8.

Sed quero, pone, dominus inuestiuit vafallum per inuestituram abusiuā, dein de tradidit ei possessionem feudi, modo contingit, q̄ vafallus ex interuallo cecidit à possessione ipsius feudi, & quōd possessio reuera est ad dominum, nūquid tenebitur dominus illam iterū tradere ipsi inuestito? Respond. quōd sic, ita tenet Bald. in dicto §. si facta, numero 4. & ita determinant omnes, ut dicit Iacob. in dicto uerb. Inuestiui talē, numero 6. Ad duo enim tenetur dominus vafallo. scilicet ad tradendum, & ad p̄standum patientiam, exemplo eius qui debet seruitutem.

QVAEST. XXVII. SUMMARIVM.

Dominus feudi an teneatur defendere uafallum, sicut uafallus dominum.
Et an etiam contra patrem suū, uel fratrem ipsius domini, vers. Sed nūquid.

Quero, nunquid dominus feudi tenetur defendere vasallū, sicut vasallus dominū? vt dixi supra q. 21. Resp. q. sic, ita vult gl. in c. 1. §. si. in verbo, Fratres, hic finitur lex, quam dicit esse communiter approbatā Dec. conf. 469. nu. 4. Et dicit Aluarot. in d. §. si. nu. 5. quod illa gl. communiter per omnes scribentes tenetur. Idem dicit Io. lac. de Leo. inter consilia feudal. Bruni conf. 117. nu. 152.

Sed nunquid tenebitur illum adiuvare, etiam contra patrē, filiū, vel fratrem ipsius domini? Resp. q. sic, & ita concludit glo. superius allegata in verbo, Fratres, quam dicit esse cōiter approbatam Jacob. de feudis in verbo, Et promiserunt, nu. 15. Cū enim hoc fit statutū in vasallo erga dominū, ut dixi in supra allegata q. 21. idem etiam dicendū est in domino erga vasallū, tenetur enim dominus reddere pares vices vasallo, quę tamen regula non est absolutē uera, neque ab ea forte esset arguendum, nisi in casibus à iure feudorum expressis.

QVAEST. XXVIII. SVMMARIVM.

Dominus an possit alienare vasallos inuitos in alium.

Et quid si eos alienet cum toto territorio, vers. Scias tamen.

Et an si eos alienet contra iuris dispositionem priuatur eorum proprietate, ver. Sed quęro.

Dominus an possit inuito vasallo pignori obligare directum dominum feudi, vers. Item quęro.

Quero, an dñs possit alienare vasallos suos inuitos, & contradicentes in aliū, & ipsos cogere, ut tali alienationi consentiant? Hęc qđ sepe contingit in practica. Et habes gl. notab. qđ semper ad hoc solet allegari in l. inuitus, in gl. 1. ff. de fideicommit. lib. dicens, qđ dñs non potest in alium alie-

nare ius vasalli, vel feudi inuito ipso vasallo. & illa gl. est communiter approbata, ut dicit Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchio. Velez. in prima dubitatione in quarto fundamento partis 2. d. uersę. Et dicit Cur. Iun. de feud. in sexta parte principalis in 2. q. qđ ista est cōmunis conclusio. Idem dicit Gratus conf. 147. nu. 5. & seq. lib. 2. Et pro hac conclusione videtur text. expressus in c. 1. §. ex ead. lege, de lege Conradi.

Scias tamen, qđ conclusio dictę gl. intelligenda est ut procedat, quādo dominus uellet separatim ipsos subditos in alium trāsferre, sed si concederet feudū vnā cum toto territorio, & uniuersitate, scilicet cum alijs castris, utiq; posset et ipsi inuitis hoc facere, ita dixit gl. in d. §. ex eadem lege, in verbo, totum, & hęc dicit esse communem conclusionē Paris. conf. 23. nu. 103. lib. 1. Et dicit Moli. in consuet. Paris. feu. §. 1. glo. 3. nu. 25. qđ ita tenent omnes Doctores, subdens qđ hęc opinio. usu approbatur. Multa enim transeunt cum uniuersitate, quę separatim transferri non possunt.

Sed quęro, an dominus alienans subditos suos cōtra iuris dispositionem, debeat priuari proprietate ipsius feudi, pro ut etiam vasallus alienans feudū contra iuris dispositionem, cadit à feudo? vt dixi infra q. 3. r. Respon. Bald. in c. 2. nu. 1. quo temp. miles tenet, quod non. Contrariā autem opinio, quod imò debeat feudo priuari, tenet Aluarot. in d. c. 2. Et hanc dicit esse ueram, & magis communem opi. Cur. Iun. conf. 174. post nu. 34. A pari enim iudicant dominus, & vasallus, ut dixi supra q. 27. uers. Sed nūquid, Sed hęc de facto male per dominos obseruantur.

Item quęro nunquid possit dominus inuito vasallo pignori obligare directū dominium, & iurisdictionem feudi? Respon. quod sic. Et hanc sententiam dicit esse communem Ripa in l. obligatio, nume. 40. ff. de pignoribus. & hoc est vnum, in quo differt dominus à vasallo, nam vasallus non potest pignorarē utile dominij feudi sine domini consensu, vt dixi infra q. 35. Dominus autem in-

uito

uito vasallo potest suum directū dominium pignorarē.

QVAEST. XXIX. SVMMARIVM.

Dominus an possit subditis suis collectas imponere re.

Et quid ex consuetudine, uel pacto, uers. Bene uerum est.

Quero, nūquid dominus possit subditis suis tales, siue collectas imponere? Rñ. qđ Barones, & alij dñi inferiores, qđ superiores recognoscunt non possunt subditis suis tales, uel collectas imponere, etiam qđ habeant neriū imperium, & omnimodam iurisdictionē, ita tenet Salyc. in l. 3. post nu. 3. uers. Et ex his. C. uerig. noua institui non posse & ita cōiter concluditur, ut dicit Paris. conf. 25. uu. 2. lib. 1. Nā huiusmodi onerum impositio est de regalibus, & sic est reseruata supremo principi in signum superioritatis.

Bene uerum est, qđ ex consuetudine, pacto, uel conuentione, possent (secundū aliquos) subditi per dominū collectari in quatuor casibus, scilicet p. militia domini, pro filiabus maritandis, pro trās-marino voto, & pro ipsius dñi ab hostibus capti redemptione. & ita se habere communē opi. attestatur Boer. dec. 126. nu. 1. & seq. ubi late. Quinimō Hostiel. in summa de immunit. eccl. §. 1. paulo post principij, tenet, qđ subditi tenent dño seruire, & ab eo possunt collectari in sex casibus. Primò, p. exercitu imperatoris. Secundo, p. correria, qđ. si imperator facit transitu per illū locum. Tertio, p. filia maritanda. Quarto, pro militia pro se, uel filio suo. Quinto, pro captiuitate ipsius domini. Sexto, pro terra quā ipse Comes, uel Baro uult acquirere. & dicit, qđ generalis consuetudo qua si ubiq; ita seruat. Et Hostiel. refer. Jacob.

de feud. in uerbo, Qui quidē inuestiti, nu. 75. ubi nu. 78. sequuntur eius opinion. in vno casu tantum, scilicet pro filia domini maritanda, & dicit, qđ in hoc casu ita se habet generalis consuetudo. Sed quidquid dicit Hostiel. & Iac. ego hoc non puto esse uerum. Ideo tene distincte communē opi. quod nullo casu potest dominus inferior subditis suis collectas imponere, nisi hoc habeat ex pacto, uel cōsuetudine illius loci in specie. Et ita in in diuiduo, qđ non possit uasallus pro dote filię suę, quam maritare intēdit, grauare subditos suos, teuuire Bal. in c. 1. §. similiter, nu. 1. de cap. Cōradi. Et hanc dicit esse uerorem & magis communē opi. Brun. consilio feud. 32. nu. 7. ubi multas auctoritates allegat, & est ualde rationi consentaneum. Nam si neque mater filiam, neq; frater sororem regulariter dote tenentur, multo minus debet cogi uasallus ad dotandum filiam domini sui, & si casus cōtingeret, ita iudicaret, nisi apparet de speciali consuetudine in contrariū, ut supra dixi.

QVAEST. XXX.

SVMMARIVM.

Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis.



Quero, nunquid dominus possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis? Respon. quod non, & ista est uera, & communis opinio, ut ait Boer. decisio. 125. circa fi. quem refert Crauetta de antiq. tempor. in quarta parte §. circa pramissa, post nume. 3. ubi late. Bene uerum est, quod si dominus haberet ius molendinorum ex consuetudine, uel privilegio, credo quod alia molendina in eo loco construi non possent, & consequenter quod posset dominus cogere sub-

ditos ad molendum in suis molendinis. Et superioribus annis cum quidam feuda- rarius haberet in suo castro, ius & datiu hospitij, & alius priuatus uellet in eo lo- co aliud hospitium erigere, forte ad emu- lationem illius dñi, fuit iudicatum, qd licet domino eum prohibere ab huiusmo- di erectione hospitij.

QVAEST. XXXI.

SUMMARIUM.

Vasallus non potest alienare feudum sine cō- sensu domini, & si alienet, cadit à feu- do.

Et quid si alienatio erat ex alio capite nul- la, uers. Sed quero.

Et quid si non sit secuta traditio rei feuda- lis, uers. Sed nunquid.

Et quid si apposita sit clausula constituti- uers. Sed quid si non.

Et quid si uasallus protestetur se alienare saluo, & referuato consensu domini, uers. Item quero.

Et quid si uasallus post alienationem recu- peret feudum, uers. Sed quid si uasal- lus.

Et quid si alienat solummodo unam partem feudi, an cadat à toto, uers. Sed po- ne.

Et quid si feudum sit acquisitum pro se, & quibus dederit, uersiculo. Uterius quero.

Et an possit uasallus alienare commoditates feudi, uers. Succelline quero.

Et an si uasallus alienet omnia bona que ha- bet in tali loco, censetur alienasse etiam feuda quibus ibi possidet, uers. In propo- sito.

Et quid si uasallus sit in magna necessitate constitutus, uersiculo. Pone uasal- lus.

Et an valeat cōsumendo quod uasalli possint alienare feuda sine consensu domini, uers. Quero uinc.

Et quid si uasallus alienet feudum damno- sissime, & tacite, an id sit licitum pro con- sensu, uersiculo. Præterea quero.

VLGAR. § est cōclusio, in materia feudorum, quod uasallus nō potest feudum ipsum alienare sine cōsensu domini, de qua est tex. expressus, in cap. Imperiale, de prohib. alie. feudi p. Frid. & si alienauit alienatio ipsa nihil ualeat, ipse autem alienans priuat feudo, ut ibi.

Sed quero, qd si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus, & inualidus, nunqd habebit locum etiā hoc casu pœna priuationis? Rñ. qd non, & est communis sententia, ut dicit Molin. in consue. Paris. feud. §. 21. n. 32. Nam ex actu nullo, ex quo dominio præ iudicium non inferit, nō debet uasallus pœnā pati, & hæc opi. mihi placet, quādo non esset secuta actualis traditio rei feudalis, sed solummodo ficta traditio, puta per constitutum, nam quando cōtractus est nullus, etiā constitutum in ipso contractu appositum est nullum. Sed si esset secuta actualis, & uera traditio, nō crederem uasallū hoc casu debere excu- sari à priuatione, nam Doctores in hac materia loquentes considerant præiudicium domini, potius in traditiōe ipsius rei feudalis, quā in alienatione, ut statim dicam.

Sed nunqd, ad hoc ut uasallus alie- nans feudo priuet, requiritur ultra alie- nationē, quod etiā subsēcuta sit tradi- tio ipsius rei feudalis? Respon. quod sic, alia autē, non facta traditione, non ca- dit à feudo, ita tenet Andr. de Iser. in d. c. Imperiale. §. callidis uer. Pœna i istis. Nā qui alienat, & tradit, facit quicquid potest, ut feudum in alium trāserat, id eo pœnā nō meret, tanquā de actu pror- sus consummato, secus autem qui alienat, & non tradit. Faciunt que dixi supra hoc eod. lib. §. emphyteusis, q. 13. uers. Sed nunquid.

Sed qd si non interueniat ultra alie- nationem uera, & actualis traditio rei feudalis, sed tantummodo ficta, puta p. clausulam constituti, uel precarij? Respon. qd talis traditio ficta sufficit, ad hoc, ut ipse alienans priuet feudo, ita te-

net

net Paul. de Castro. in l. 1. §. si rē deposti- tam, nu. 2. ff. de positi, & hæc est crebrior sententia, ut dicit Molin. in consue. Paris. feud. §. 13. gl. quinta, nu. 4. Tiraquel. de constituto in 37. limit. nu. 5. & 6. Licet enim constitutum sit, fictus modus tran- ferendę possessionis, tamen per ipsum constitutum transferitur uera possessio. Nihilominus quidquid sit de rigore iu- ris, mihi de egrate magis placeret alia opinio, ut scilicet requiratur uera, & actualis traditio. Nam q. fictie tradit. ue- redici non potest fecisse quidquid po- tuisset.

Itē quero, quid si uasallus in alie- natione feudi protestet, se alienare saluo, & referuato consensu domini, uel saluo iure directi domini, nunqd talis prote- statio illi excusabit, ut non cadat à feudo? Respon. quod talis protestatio eum non releuat, si post talem alienationem, secuta sit traditio, ita dixit notabiliter Bal. in l. vnica, nu. 56. C. de his que pœ- nę nom. & hæc conclusio communiter tenetur, ut dicit Laf. in l. nō solē. §. mor- te, numero 27. ff. de oper. no. nunciā. Et eam dicit esse cōem Dec. col. 44. nu- mero 4. Videtur enim hoc casu factum contrarium protestationi, quod magis attenditur, quā ipsa protestatio.

Bene uerū est, quod si protestetur se alienare saluo consensu domini, & non aliter, nec alio modo, talis protestatio uerbis ita geminatis concepta releuat, ita qd uasallus feudum non perdit, etiā si secuta fuerit traditio, ita singulariter dixit Bal. in c. primo. §. si. post nu. 5. uer- sic. Sed pone, que fue. prima causa bene fic. amit. quem sequuntur communiter ca- no. ut dicit Ripa lib. tertio responsorū, c. 1. nu. 3. Quia illa uerba, & non aliter, nec alio modo, sunt prorsus resolutiua ipsius alienationis, adeo qd nō accedete cōsensu dñi, non possit dici uasallus feu- dum ipsum alienare uoluisset. Vide qd dixi in d. quest. 13. uer. Item quero.

Sed qd si uasallus post alienationem recuperet feudum, nunquid pro terea euitabit pœnam priuationis? Respon. quod non, ita tenet Bart. in l. sequitur, item labeo. in ff. de usufr. cap. & ita cō-

§

muniter cōcluditur, ut dicit Ale. in l. si à me. nu. 3. ff. ad leg. falcid. et dicit Ber- trand. consilio 2. num. 6. lib. 2. in secunda parte, quod ita intelligunt communiter Doctores, et hanc conclusionem dicit esse communē Curt. in d. feud. in quar- ta parte principali, in ultima cā amif- sio. feudi, in prima regula quaest. 15. Cū enim uasallus propter alienationem ca- dat ipso iure à feudo, statim facta alie- natione, & secuta traditione, est ius dñi q- situm, quod deinde sine facto ipsius dñi ab eo auelli non potest, dixi in d. q. 13. uers. Sed quid si emphyteuta.

Sed pone, uasallus habens feudū alie- nauit sine consensu domini solummodo unam partē feudi. Quero, an cadat à to- to feudo, an autem solum ab ipsa parte, quā alienauit? Respon. Bald. in cap. 1. §. si uero, nu. 1. qualiter olim feud. alie. pot. tenuit, qd totum amittat. Sed con- tra Bal. tenent omnes Doctores, ut dicit Molin. in consue. Paris. feud. §. 13. gl. 5. nu. 7. glo. autem in cap. primo. §. calli- dis, in uerbo, & amittat, de prohib. feud. alie. per Frid. tenuit, quod cadit solum à parte alienata, & dicit Corn. consil. 67. in litera K, lib. 2. quod ita tenent commu- niter Doctores. Hanc etiam conclusio- nem dicit esse communem Curt. in d. 4. parte in prima dubitatione posita post tres regulas amissionis. feudi propter alienationem. Quod uidetur satis ratio- nabile, ut quis carens tantum punia- tur quatenus deliquit. Et hanc in hoc p- posito communem rationem appellat Igneus in l. 3. §. si quis tabulas, nu. 8. ff. ad sylle. Et hæc opinio est etiam magis æqua, licet in puncto iuris forte opinio Bald. obtineat.

Uterius quero, qd si feudum esset ac- quisitum pro se, & quibus dederit, nun- quid poterit uasallus sine domini consen- su illud alienare? Respon. quod sic. Est de hoc text. in cap. primo, in princip. de feudo non hab. propr. na. feud. & est com- munis cōclusio, ut dicit Curt. in d. quarta parte, in secunda regula c. 3. Dec. consil. 133. post nu. 5. uers. Non obstat fundamentum. Videtur enim dominus concedendo feudum cum illa clausula, utque

vsque à principio prestiffisse consensum cuiusque alienationi, quam de ipso feo do faceret vasallus.

Successiue quæro, nunqd possit uafallus alienare commoditates ipsius feudi? Respond. q. sic, ita dicit Bald. in c. 1. §. aut si libellario, num. 3. in fi. quib. mod. feud. amittit. & est communis opi. ut attestatur Ruin. consil. 176. nu. 13. libro 1. Quod tamen intellige, ut talis alienatio valeat, durante tantum vita ipsius alienantis, non autē in præiudiciū eius, qui est successurus in feudo, & ita sentire videntur fere omnes Doctores de hac materia loquentes.

In proposito huius materiae quæro, si vasallus alienauit generaliter oia bona, quæ habet in tali loco, nunqd in huiusmodi generali alienatione veniant et bona feudalia? Respond. q. nō, text. est in cap. 1. de cap. q. curiam uend. & ita dicunt communiter Doctores, ut ait Cur. Iun. de feud. in d. quarta parte in ultima causa priuationis feudi in tertia regula, col. 6. vers. Restat. Et. Ex quo enim uafallus, alienando bona feudalia, incidere in pœnā, succedit iuris conclusio vulgata q. nemo censet facere actum, pp. quē incurreret in pœnam. Aduerte tamen, si casus de factio contingeret, quia aliud esset querere, an bona feudalia uenirent in huiusmodi generali alienatione quantum ad hoc ut vasallus caderet in pœnā, aliud autem esset querere, an uenirent quantum ad hoc, ne emptor remaneret deceptus, q. scilicet putasset se et illa acquirere, ignorans ea esse feudalia. hoc enim casu considerata qualitate scij, & ualore bonorū deberet Iudex cogere venditorē ad restitutionem precij, quod uerisimiliter emptor crederet erogare in acquisitionem illorū bonorū, quæ reperta sunt esse feudalia, ne q. s. cū aliena iactura locupletetur.

Pone, vasallus reperit in aliqua magna necessitate constitutus, Quæro, nunquid poterit eo casu feudū alienare sine domini consensu propter illam magnā necessitatem, præsertim si esset fame oppressus? Respond. quōd non, ita tenet Bald. in cap. 1. nu. 2. qualiter olim feud.

pote. alien. & est communis conclusio, ut dicit Curt. Iun. de feud. in 4. parte prin. in vltima causa amiffiois feudi in prima regula, q. 16. Quæ licet prima facie videat nimis rigorosa, tñ esset seruanda, cum enim supremum dominium rei feudalis sit apud dominum, non delectere aliquo casu vasallo, de ipsa re feudali disponere, sine eius consensu. Bene credo, q. si eo casu, quo scilicet vasallus fame periret, dñs ab eo requisitus nollet, vel ipse acgrere utile dominū, uel eius alienationi consentire, posset p. superiorē ad id cogi.

Quæro nūc, an valeat consuetudo, q. vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorū? Respond. q. sic, ita dicit Ioan Raynal. in cap. Imperialem. §. habito, col. 24. de phib. feud. alie. p. Frid. Et hæc videtur esse magis cōis snia, ut dicit Curt. Iun. consil. 158. nu. 8. Sicut et videmus, q. in ceteris omnibus, q. respiciunt feuda, consuetudo vincit legē, & ipsa pro lege habetur.

Præterea quæro, dictū est, quōd vasallus non potest sine consensu domini feudum alienare, modo contingit, q. uafallus alienat feudum, domino ipso sciente & tacente, nunqd hoc sufficit pro consensu? Respond. q. sic, ita tenet gl. in cap. 1. in uerbo, ipsorum permiffu, de phib. alie. feud. p. Lothar. quam sequuntur communiter Doctores, ut ait Hiero. Scurf. consil. 134. num. 3. inter consilia feudalia Bruni, Aluarot. in cap. 1. §. præterea. nu. 4. quib. mod. feud. an iitt. quem refert Jacob. in uerbo, Et cum pacto de non alie. nu. 20. Et dicit Dec. consil. 144. in primis uerbis, q. illa gl. est communiter approbata. Hanc etiam conclusionem dicit esse communē Curt. Iun. de feud. in quarta parte, in vltima causa priuationis feudi, in secunda regula principali, col. 1. Hanc eandem opi. tenuit gl. in d. §. Præterea. in uerbo regressum, quam pariter dicit esse communiter approbatā Claud. in l. quæ dotis, numero 35. ff. soluto matrim. Nam ubique quis potest contradicendo actum impedire, præsentia cum taciturnitate operatur consensum, quam tamen ego intelligo ut pro-

procedat, quando dominus sciens, per notabile tempus tacuit, puta per annū, aliās secus.

QVAEST. XXXII.

S V M M A R I V M.

Vasallus potest sine consensu domini alium subinfundare de feudo, quod ipse hñt.

Et quid si sit feudum ecclesiasticum, uers.
Et hæc quidem.

Et quid si sit feudum decimarum, uers.
Sed quid.

Et que requirantur, ad hoc ut talis subinfundatio ualeat, uers. Scias tamen.

Et an talis subinfundatio fieri possit i præiudiciū agnatorum, uers. Sed circa.

Et an si secundus uafallus uelit tale feudū alienare, requiratur consensus prioris, uel immo diati domini, uers. In proposito.

Quæro, nunquid possit uafallus sine domini consensu alium subinfundare de feudo quod ipse habet? Respond. quōd sic, ita tenet gl. in causa in ecclesiasticum, in uerbo, Alienandi feudum. de consil. quam dicit esse communiter approbatam Gozad. consil. 62. nu. 5. & est communis conclusio, ut attestatur Cur. Iun. de fea. in 4. parte principalis, i vltima causa priuationis feudi, in prima q. prima regula, Et hoc uetus, & nostris moribus receptū est, ut dicit Zas. de feud. in 9. parte, vers. I. fallit. Non tamē potui hactenus reperire apud Doct. aliquam bonam rationē, cur sit generalis phibitione alienationis feudi, sit permiffa subinfundatio, cū tamen nulla uideatur subesse causa specialitatis satis concludens.

Et hæc quidē conclusio de plano procedit in feudo seculari, sed quid in ecclesiastico? Respond. Bald. in cap. 1. §. præterea, de cap. Conrad. loquendo per ver-

bum forte, tenet, quōd non possit subinfundari, Contrariam autem opiū. q. imō possit subinfundari, tenuit Iacob. de Reluis. in c. 1. in prin. qui feud. dare poss. & hæc opi. est magis communis, ut dicit Socin. consil. 66. post nu. 3. libro 3. Zas. de feud. in 4. parte, vers. I. fallit. Licet enim ecclesia in multis sit privilegiata, in hoc tamē non videtur posse allegari, probabilis ratio diuersitatis inter ecclesiam, & priuatam, merito eodem iure ceteri debet.

Sed quid si sit feudum decimarū, nunquid laicus canonicē inuictus ab ecclesia de aliquibus decimis, poterit alii laicum de ipsis decimis subinfundare? Respō. quōd non, etiam si accederet auctoritas, & consensus Episcopi, ita tenet Inno. in c. prohibemus, de decimis, & ita sentiunt communiter Doctores, ut ait Abbas, in eod. cap. prohibemus, nu. 4. quem refert Iacob. in uerbo, In feudum, post nu. 40. Ratio autem differentia inter feuda decimarum, & alia feuda ecclesiastica est, quia laici non possunt decimas retinere sine periculo animarum suarum, ideo ecclesia omni studio conatur eas ex eorū manibus extirpare, quæ causa non militat in alijs feudis, quæ licet etiam a laicis retineri possint. In contrarium tamen facere videtur ea, quæ dixi supra quæst. 13. vers. Sed quæro.

Scias tamē, quōd ad hoc ut huiusmodi subinfundatio, quæ fit per primū uafallum ualeat, tria requiruntur. Primū, q. uafallus hoc faciat bona fide, & sine fraude. Secundū, quōd ille cui subinfundatur, sit eiusdem conditionis, & qualitatis, cuius est ipse uafallus. Tertiū, quōd subinfundet cum eisdē pactis, & conditionibus, cum quibus ipse tale feudū tenebat. ita dicit gl. in d. c. 1. §. præterea, in gl. magna, circa fin. quæ in hoc est communiter approbata, ut attestatur Iacob. in uerbo, & cum pacto de non alien. post nu. 3. & in uerbo, ita etiam ipsi, post nu. 3. & dicit Molin. in consue. Paris. l. u. §. 35. nu. 18. quōd omnes Doct. res illam sequuntur.

Sed circa huiusmodi subinfundationē est aduertendum, q. principaliter con-

cernere potest, & præiudiciū domini, & etiam præiudiciū agnatorū, puta si vafallus non habens filios, inuestiat alium habentem filios, quo casu, cum per eius mortem esset aperiendum feudū domini, vel agnatis, iuxta qualitatem feudi, nulli dubiū est, quin talis subinfestatō resulset in eorum omnium præiudiciū, & ideo aliqui dicebant, quod feudū subinfestatū non debet remanere penes secundum vafallum, & eius descendentes, plusquam remansisset penes primū vafallum, & eius descendentes, & hoc siue feudum esset aperiendum domino, siue agnatis. Alij dicebant, quod quatenus tractaretur de præiudicio domini, feudum deberet remanere penes istum secundum vafallum, etiam post finitam lineam primi. secus autem quatenus cōcerneret præiudiciū agnatorum. & pro hac opin. videtur text. expressus, quem ad hoc ponderat Cur. Iun. in loco supra allegato, in ca. r. §. j. quali. olim feud. potest. alien. Vbi dicitur, quod quomodocumque primus vafallus esset feudo priuandus, non potest feudum adimi secundum vafallo, si sit paraus illud ab ipso domino recognoscere, & illi seruire, in practica tū credo, quod non potest sustineri. Quātum uero sit ad præiudiciū agnatorum, omnes ferè conueniunt, quod quando feudum est antiquum, siue pagenum, non durat apud secundum vafallum, nisi donec viuit vafallus, qui subinfestatū, uel eius descendentes. Eo autē mortuo, resoluitur subinfestatō, venitq. proximior agnatus ad feudū, ita dicit Spec. de feud. §. quoniam, vers. 39. & est communis opi. vt dicit Alex. col. 15. num. 9. lib. 5. quem refert Ruin. consi. 37. num. 18. lib. 1. & consi. 213. post nume. 2. eo. vol. Cum enim feudum istis agnatis debeatur ex pacto, & prouidentia primi concedentis, merito non potest vafallus aliquo modo eis præiudicare per huiusmodi subinfestatōne. & ita volunt cōmuniter Doctores, ut dicit Berouis q. 95. numero 6.

In proposito huius conclusionis quero, Pone, quod iste secundus vafallus, cui feudū fuit subinfestatū, velit illud alie-

nare, nunquid requiratur cōsensus prioris, & supremi domini, an autem cōsensus domini immediati, qui subinfestatū uic? Resp. q. requiritur cōsensus prioris, & supremi domini, nō autem domini immediati. ita dicit gl. in c. Imperialem. §. illud, in verbo, Nisi requisitus, & prohib. feud. alien. per Frid. & est magis cōmunis opi. vt attestatur Iacob. in verbo, Et cum pacto de non alien. nu. 21. & seq. Cagnol. in l. cōsiliij. §. socij mei, nu. 9. ff. de reg. iuris. Zas. de feud. in 9. parte vers. Sed occurrit. Nā apud primū vafallum, post factam subinfestatōnem, non remanet neque directum, neque utile dominium, sed solummodo quædam reliquia utilis domini, quæ tãquam modici momenti, non attendunt, sed attenduntur prima, & potior causa, quæ est dominium directum remanens apud primū dominum. Quod nota, quia cum hæc quæstio semel cōtigit de facto, aliqui, qui prædicta non uiderant, responderent contrarium.

QVAEST. XXXIII.

SVM MARIVM.

Vafallus an possit sine consensu domini feudum alteri locare.

Et an dare ad libellum. versic. Pariter etiam.

Et an concedere in emphyteosim. versic. Idem etiam.

Et quid de consuetudine. versic. Scias tamen.

Quero, an vafallus possit sine consensu dñi feudū alteri locare?

Resp. de locatione ad modicum tps, res omni caret difficultate. Sed de locatione ad longum tempus, dicendum est, quod non potest vafallus id facere, sine domini consensu. Et ad hoc allegatur Bal. in cap. primo. §. aut si libellario, quib. mod. feud. amit. quem omnes sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Et cum pacto de non alien. nume. 12. & est communis conclusio, ut dicit Cur. Iun. de feud.

feud. in quarta parte, in ultima cā zmifonis feudi in prima regula, q. tertia. Bertrand. consilio secundo numero 4. libro 2. in secunda parte. Est enim talis locatio specics alienatioois, ut dixi infra §. Locatio.

Pariter etiam, nō potest vafallus sine domini consensu rem feudalem dare alteri ad libellum, text est clarus in ca. Imperialem. in prin. de prohib. feud. alien. per Frid. & ita expresse determinant Doctores, ut dicit Iacob. in uerbo, Ita etiā, quod ipsi, num. 9.

Idem etiam dicendum est in emphyteusi, ea dem ratione, ut scilicet non possit vafallus sine domini consensu rem feudalem dare alteri in emphyteusim, ita tenet gl. in c. Imperiale. in prin. in uerbo, seu alienare, circa fin. Et est magis communis opinio. ut dicit Cur. Iun. in dicitur quarta parte, in secunda quæstione primæ regulæ.

Scias tamen, q. quidquid sit in puncto iuris, hodie ex generali cōsuetudine vafalli pascua, terras incultas, & eremos feudales in emphyteusim concedunt, & de hac consuetudine attestatur Petrus Ia. & post eum Io. Raynal. in d. ca. Imperiale. §. primo. Io. Fabr. §. adeo, inst. de locato. quem refert Cur. Iun. in d. 2. q. Quod nota, q. hæc consuetudo, ita tolerata, excusaret vafallum à pœna priuationis, quam de iure incurrisset, propter talem concessionem emphyteuticā factam de re feudali.

QVAEST. XXXIII.

SVM MARIVM.

Vafallus an possit renunciare feudum in manibus domini ipso inuito.

Et an post talem renunciationem possit offerre dominum. vers. Sed posito.

Et an possit talem renunciationem facere in præiudiciū agnatorum. versic. Et hæc quidem.



QVAERO, an vafallus possit renunciare feudū in manibus dñi, ipso domino inuito? Rfd. q. si per hoc articulo variaz sunt Doctorem opinioes. Aliqui enim tenent, q. vafallus possit et inuito dño, feudum renūciare, dummodo id ipsius dñi non interlit. & uidetur tex. in c. primo, de uafallo q. contra const. Lothar. Et dicit Abb. in cap. quæ in ecclesiariū, numero 19. de const. q. ita tenent communiter doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Cur. Iun. de feud. i quarta parte in ultima cā amissio. feud. in 31. quæst. primæ regulæ.

Quia cum principaliter feudum concedatur fauore inuestiti, merito videtur ei licere debere fauori suo renūciare. Contrariam autem opinio. scilicet, q. imò non possit, tenet Barto. in l. is cum quo, circa principium, ff. de aqua plu. arc. & dicit Alexan. in l. si quis vi. §. si. num. 14. in ff. de acqui. possit. quod ita magis communiter tenetur, licet super isto articulo multa scribatur, & hæc opinio mihi magis placet. Cum enim feudū sit contractus nominatus, & ultro citroque obligatorius, non debet esse in facilitate unius, alio inuito, ab eo recedere. Est tamen forte tutius tenere distinctionem, quam sensu gloss. in cap. 1. in glo. fin. de cap. qui cur. vend. ut scilicet dicamus, q. quando pro feudo præstatur certum seruitium, eo casu nō possit vafallus inuito domino ipsi feudo renūciare. Si uero feudum sit cōcessum simpliciter ad seruitiū incertum, tunc possit renūciare, & illā gloss. in hoc esse communiter approbatam attestatur Iacob. in uerbo, Qui quidem inuestiti. nu. 29. & in uerbo, et unus ex dñis, nu. 1. Ita etiam communiter tenent astringat Alber. in l. cū fructuaris, ff. de usufructu. Felin. in d. c. quæ in ecclesiariū, nu. 78. & seq. Dicit etiam Molin. in cōsuet. Paris. feud. §. 1. gl. 5. nu. 3. q. ita distinguunt communiter Doct. idē dicit Zas. de feud. in 10. parte in prin. 2. particula, qui etiam in 12. particula, vers. secunda conclusio, dicit hæc esse commun.

Iulij Clari sententiarum

opin. Et ideo, licet vafallus derelinquat rem feudalem, non tamē propterea liberabitur à prestatione feruitutis, qđ pro ipsa re prestare tenebatur, & ita esse cōmunem opi. attestatur Alber. in l. sed an ul. tro. §. is autem. ver. Item allegatur. ff. de neg. gestis.

Sed postea, quod possit renunciare, Quid non quid poterit vafallus post tale renunciationem offendere dominū? Respond. quod nullo modo debet eum offendere, propter reliquias precedentis vafallagij, & amicitie, & si secus faciat debet puniri. ita dicunt omnes Doctores, ut dicit Iacob. in verbo, Et unus ex dictis, num. 1. in fin.

Et hęc quidem omnia pcedunt, quatenus ipsa renunciatio poterit cōcernere interesse ipsius dñi directi, vel prejudicium ipsius vafalli renunciantis. Sed nūquid talis renunciatio iudicabit agnatis ipsius vafalli, qđ scilicet feudum est antiquum, seu paternum? Rnd. qđ non prejudicat. ita tenet Bal. in c. 1. in prin. nu. 3. de alien. feud. pater. quem omnes sequuntur, ut dicit Iacob. in verbo, Et unus ex dictis, post nu. 8. ver. Adde inquantum. Non enim poterit vafallus tollere agnatis ius illis questum ex tempore primę inuestiturę proveniens ex pacto, & providentia primi acquirentis, ut sepius dixi. Et ideo, dato etiam, qđ huiusmodi renunciatio feudi valeret, non tamen amplius durat in prejudicium agnatorum, quam ea non facta feudum remansisset penes ipsum renunciantem. & in hoc omnes concordāt, ut dicit Cuman. consilio 167. num. 2. Et sic eueniente casu, feudum nihilominus aperitur agnatis, quā si per illum vafallum aliqua renunciatio facta non fuisset.

QVAEST. XXXV.

SVMMARIVM.

Vafallus an possit rem feudalem, sine consensu domini, pignotare, vel hypothecare?



Verò, nūquid vafallus possit rem feudalem alteri pignotare, vel hypothecare sine consensu dñi? Resp. qđ no. tex. est clarus in c. Imperialium, de prohib. feud. alien. per Frider. & licet alias licita esset pignoriatio feudi usque ad diuisionem, ut habetur in c. 1. in prin. de alien. feudi pater. hodie tā indistincte, & in totum est prohibita. & in hac sententia resident communiter Doctores, ut dicit Aluarot. l. d. c. 1. in prin. nu. 2. de alien. feudi pater. Intellige tamen, qđ propter simplicem pignorationem, seu hypothecā feudi, non incidit vafallus in caducitatem, nisi etiam procedat ad traditionem, ut etiam dicitur in alienatione, supra q. 31. versic. Sed nunquid.

QVAEST. XXXVI.

SVMMARIVM.

Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini.



Verò, nūquid feudum possit dari in dotem sine consensu dñi? Resp. hęc qđstio potest dupliciter contingere. primo, quā vafallus habens filiam, vult ipsi filię, vel potius genero, dare in dotem ipsum feudū. & de hoc est tex. expressus i. c. 1. §. donare, quali. olim feud. alie. pot. qđ nō potest illud dare in dotem, & hęc est cōs. Doctorum sententia, ut dicit Zas. de feud. in 9 parte, nu. 40. quem refert Io. Ia. de Leon. inter cōsilia feudali. Bruni cons. 114. nu. 86. Si dñs non est pmissum vafallo alienare feudum pp propriam necessitatem, etiam famis, ut dixi supra q. 31. ver. Pone vafallus, multo minus debet ei licere illud in alium transferre pro filia sua dotanda. Secundo modo potest questio contingere, si ipsa mulier, quę est utilis dña feudi, vel se ipsam de feudo dotare. & de hoc pariter videtur tex. in c. 1. de inuest. qua Titius accepit, &c. qđ possit se ipsam dota-

re de feudo, & hęc est communis conclusio, modo duo concurrant. primo, quod dicitur feudum in dotem inuestimatum, secundo quod non apponat pactum de lucrando, & ita esse communem conclusionem attestatur Curt. Iun. de feu. in quarta parte principali, in prima regula q. quarta. Reuera, vbi etiam hęc duo concurrerent in donatione filię faciendā per patrem, difficile esset allegare concludentem rationem diuinitatis, tamē in practica sequenda esset communis opinio. Pro qua forte posset dici in hoc differre patrem à filia, quia filia dans in dotem, non videtur alienare feudum, sed tantum commoditate ipsius feudi, quarum alienatio est vafallo permissa, vt dixi supra q. 31. versic. Successive, quibus tamē etiam ipsa fruatur, ex quo deseruiunt oneribus matrimonij. Pręterea licet proprie possessio rei dotalis dicatur esse apud maritum, tamen etiam mulier dicitur quodammodo possidere fundum dotalem, secus autem est in parte. Sed quidquid sit, tutius esset in vtroque casu requirere domini consensum, prout fieri debere consiluit Aluarot. in d. §. donare, quem refert Curt. Iun. in loco præallegato.

QVAEST. XXXVII.

SVMMARIVM.

Vafallus an possit sine consensu domini constituiturē feruitutem in re feudali. Et an possit constituiturē usufructum, ver. Sed nunquid.

Verò, nūquid possit vafallus sine consensu domini constituiturē in re feudali feruitutē, vel aliquid aliud onus imponere? Respond. aut loquimur quantum ad prejudicium ipsius constitutis, & res non habet difficultatem. Potest enim proculdubio vafallus ad sui iudicium constituiturē feruitutem reale in re feudali, sine consensu domini, vt est text. expressus in ca. 1. §. quid ergo de inuest. de realia facta. Et est communis conclusio vt attestatur Curt. Iun. de feud. in

quarta parte in vltima causa amiff. feud. quest. 14. & sequen. Quo vero ad prejudicium domini, nō potest vafallus feruitutem, vel aliquod onus feudo imponere, & ideo eueniente casu quo feudum domino aperitur, extinguitur omne onus illi impostum per vafallum. Idem etiā dicendum est quantum ad prejudicium agnatorū, qđ sunt successuri in feudo, non enim potest vafallus aliquam feruitutē, vel onus constituiturē super feudo, in prejudicium eorum, qui succedere debent in feudo ex prouidentia primi acquirētis, & ad hoc per Doctores allegatur glo. quā tamen ego in libro meo non reperio, in cap. primo, in verbo, Alienationes. de ca. Contra. & illam glo. dicit esse communiter approbatam Alexand. consil. 18. post num. 5. libro 5. quem refert Picus in repet. 6. Titia, post num. 99. Paris. consilio 88. numero 4. libr. 2. Et hanc opinio. dicitur esse magis communem Berouis q. 95. numero 1.

Sed nunquid poterit vafallus sine domini consensu constituiturē aliter vsum fructum in re feudali? Respond. quod non. Et ad hoc pariter allegatur illa gl. quam ego non inuenio, vt supra dixi, & ita est communis conclusio, vt attestatur Curt. Iun. i. d. quarta parte q. 15. Est enim vsum fructus pars domini, merito cum vafallus prohibitus sit alienare vtile dominium, neque etiam posse debet alienare eius partem.

QVAEST. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Vafallus an possit sine consensu domini de feudo transfirere.

Verò an vafallus possit sine domini consensu de feudo transfirere? Resp. quod aut vafallus transfirere deo transfert feudum in alium, & hoc facere non potest sine licentia domini, aut retinet feudum penes se, & tunc potest transfirere, ita distinguit Bald. in cap. primo. num.

nu. 16. de controuer. inger vafalli. & alii. & in hanc sententiam inclinat communis mens Dozorum, vrait Curt. un. de feu. in quarta parte, in vltima causa amiffi. ud. q. feptima. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Paris. confilio primo, numero 134. lib. primo. Donec enim vafallus retinet feudum penes fe, non dicitur inferre domino aliquod præiudicium.

QVAEST. XXXIX.

SUMMARIUM.

Vafallus an poffit facere compromiffum de re feudali fine confenfu domini.



SUCCESSIVE quæro, nūquid poffit vafallus de re feudali facere compromiffum fine domini confenfu? Rñ. refpectu compromiffi faciendi in arbitratorum oēs conueniunt, q̄ vafallus id facere non poffit, procedit enim arbitrator nullo iuris ordine feruato, merito non debet vafallus, cui interdita est omnis feudi alienatio, poffe facere actum, ex quo resultare poffet alienatio. Hæc autem ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur fequi iura. Et ideo multi tenuerunt, q̄ in arbitros poffit vafallus de feudo cõpromiffum facere, q̄ etiam exprefse concedere videtur tex. in c. 1. §. 1. inter, de lege Conradi. Et licet per difpofitionem c. Imperialem. de prohib. feud. alie. per Frid. videatur prohibita omnis alienatio feudi, tñ ex quo in fpecie non fit in eo tex. mentio de compromiffio, non videbatur dicendum, q̄ text. in d. §. 1. inter, cum fimil. efferet correctus, & ita q̄ per d. c. Imperiale non fuit correctio in hoc iura antiqua, dicit videri cõmementem feuditarum. Curt. lun. de feud. in quarta parte in materia alienationis feudi. q. 8. fubdens, q̄ ita fententiã cõter fribentes in materia iurisdictionis feudalis. Dicit tñ Curt. ibi in fi. q̄ hæc decifio est multum dubia, &

periculofa, & bene dicit, quia reuera contraria opin. q̄ fcilicet vafallus non poffit etiam in arbitros facere compromiffum de re feudali est iudicio meo tutior, & etiam magis communis, prout at testatur Soci. Iun. confli. 77. nu. 16. & feq. lib. 1. Pro qua facit, quia regulariter de qua renon poffet quis libere difponere, neque etiam poffet de ea facere compromiffum. Poffet tamen, & forte nõ imperitiner, ad hanc quæftionem accommodari diftinçio facta in præcedenti quæftione, ut fcilicet poffit vafallus de feudo compromiffum facere, modo ex tali cõpromiffio, vel arbitramento fuperinde ferendo, non poffit fequi, q̄ feudum in aliu transferatur, ut dictum est de tranfatione, cui etiam iuxta communes iuris regulas æquiparatur compromiffum, fiue arbitramentum.

QVAEST. XL.

SUMMARIUM.

Vafallus an poffit in fuo teftamento de feudo difponere.

Et quid in feudo fimpliciter hereditarie, verfi. Sed quia.

Et quid in feudo nouo, verfi. Sed quæro.

Et an poffit illud legare pro anima, verfi. Ex hac conclufione.

Et an poffit plus assignare uni ex filijs fuis quam alteri, de ipfo feudo, verfi. Secundo infertur.

Et quid in feudo nouo, verfi. Quæ omnia.

QUERO, nunquid poffit vafallus in fuo teftamento de feudo difponere? Refpon. q̄ difpofitio teftatoris de feudo, nullo modo valet. tex. est in c. 1. de fuccel. feudi. ibi. nulla ordinatione defuncti in feudo mauente, vel ualente, & hæc est communis regula, ut dicit Socin. Iun. confli. 72. post nu. 40. lib. 1. Curt. lun. de feud. in quarta parte principali, in prima regula, in penult. quæft. Cum enim vafallus non fit dominus feudi, nisi donec uixerit, merito non debet poffe

poffe de eo difponere, in præiudicium eorum, quibus ex prouidentia primi acquirantis, poffit eius mortem feudum debetur.

Sed quia hæc materia a doctõribus aliquatulum confufe tractatur, ideo diftinguendi funt aliqui cafus pro eius intelligentia. Aut enim loquitur in feudo fimpliciter, & abfolute hereditario, & tunc dicendum est, q̄ poffit teftator de eo difponere ad fui libitum, & illud relinquere cui voluerit, ex quo enim tale feudum est alienabile, & tranfitorium ad quofcunque hæredes, etiam extraneos, nihil prohibet, quo minus etiam de eo in fpecie poffit vafallus in teftamento fuo difponere. Vide quæ dixi §. q. 9. verfi. Hoc premiffio, & §. q. 31. verfi. Vltorius quæro. Aut vero, & fecondo loquimur in feudo mixto, q̄ fcilicet est hereditarium, & est etia ex pacto, & prouidentia, prout est feudum receptum pro fe, & filijs, & hæredibus, & hoc cafu dicunt aliqui, q̄ ex quo filius non poffet habere feudum, nisi etiam fit hæres, vt dixi in eadem q. 9. verfi. Quandoq; & tertio, hæres autem non poffet contrauenire factõ defuncti, propterea difpofitio teftatoris de ipfo feudo valebit, quia per ipfum hæredem infringi non poterit. Sed hic est aduertendum, quia hæc conclufio, dato q̄ efferet vera, procederet folummodo, vbi ageretur de præiudicio filiorum vel agnatorum, fed quò ad præiudicium iptus domini directi, non habetur in confideratione, an feudũ fit fimpliciter ex pacto, & prouidentia, an mixtum, vel an fit nouum, vel antiquum, & ideo modo feudum nõ fit fimpliciter, & abfolute hereditariũ, tene, q̄ omnis difpofitio de feudo facta per vafallum teftantem, quò ad præiudicium domini est nullius valoris, & momenti. Præterea hæc conclufio, etiam quò ad præiudicium filij, vel agnati, nõ videtur vera, fãltim quando filius vel agnatus adiuiffent hæreditatem vafalli, de feudo teftantis cum beneficio inuentarij, nam talis confectio inuentarij conferuat filio vel agnato hæredi iura fua, vt poffit, non obftante additione, alienationem de feudo factam per defunctum

reuocare, etiam, q̄ ita e feudum effer hæreditarium, fecondum vnam opin. quam ego tenui infra q. 42. verfi. Succiffio. Tertio etiam hæc conclufio non fatifacit, nam folummodo habet locum in filio vafalli, qui omnino cogitur acceptare hæreditatem patris, fi vult feudum retinere, de quo tamen dixi infra quæft. 76. fecus autem in agnato. fufficit enim, quòd agnatus fit hæres primi recipientis, neque requiritur, quòd fit hæres vafalli vltimo loco defuncti, vt dixi in fupra allegata q. 9. verfi. Sed quæro, & fic in eo ceffat fundamentum conclufionis. Facienda est ergo generalis regula, quòd fiue feudum fit fimpliciter ex pacto, & prouidentia, fiue mixtum, non poffit vafallus in præiudicium agnatorum de feudo teftari. Bene verum est, q̄ fi filius vel agnatus adirent hæreditate vafalli, qui de feudo teftatus est, fiue beneficio inuentarij, non poffent talem alienationem in teftamento factam reuocare, quia eo cafu non poffent factõ defuncti contrauenire, & hoc, non quia alienatio per additionem cõualidetur, fed quia ifte aduendo fibi præiudicaffer. Et nota, quia hoc est maximi effectus. nam cum ifta additio non præiudicet nisi aduenti, poffet filius, vel agnatus aduentis, ad quem feudum fpectaret virtute inueftituræ, ipfa additione non obftante, alienatione ipsam reuocare.

Sed quæro, nunquid hæc conclufio ita declarata, quæ habet, q̄ vafallus non poffet de feudo teftari, habeat locum generaliter in omni feudo, fcilicet fiue fit antiquum, fiue fit nouum, id est acquifitũ ab ipfo vafallo teftante? Refpon. q̄ quantum ad præiudicium domini, vt fupra dixi, non habetur in confideratione, an feudum fit antiquum, vel nouum, quia vtroque cafu non poffet per vafallũ alienari fine confenfu iptus domini, fed quõntum ad præiudicium filiorum, vel agnatorũ multum intereft, nam fi est feudum antiquum vel paternum, non poterit vafallus de eo teftari in præiudicium eorum, qui funt vocati ex tenore inueftituræ, fi vero fit nouum, vti que poterit de eo teftari, interueniente confenfu domini, Traç. Iul. Clar. P. clt

est enim generalis regula, quod potest a
falsus de feudo nouo ad libitum sui dis-
ponere, sub quocunque tenore receptum
sit, etiā in praeiudicium filij, vñ agnati,
qui ex tenore inuestituræ successurus fu-
it in feudo, vt dixi in iura quaest. 41. vers.
Et hæc quidem.

Ex hac conclusione, qd vasallus nō po-
test de feudo testari, Primò infertur, qd
non poterit testator illud legare, etiā
pro anima; tex. est in c. 1. §. donare qua-
liter olim feud. alie. po. Sed quægro, an le-
gato feudo, debeat talem affirmatio,
prout debetur quādo legatur res aliena?
Respond. qd non debetur neque res, ne-
que affirmatio, ita tenet Bald. in d. §. Do-
nare, num. 3. & est communis opin. vt di-
cit Socin. lun. conf. 72. num. 60. libro 1. &
conf. 74. num. 20. & seq. eod. vol. Quando
enim aliquis habens ius in re, quod est
morte periculum, illam legat alteri, ceterum
legatæ solummodo illud ius quod ha-
bebat, neque debet aliqua affirmatio, vt
dixi supra lib. proximo. §. Legatum.

Secundò infertur, qd non poterit pater
habes plures filios, plus assignare in feo-
do vni ex filijs, quam alteri. & ita est cō-
munis opi. vt dicit Zaf. de feud. in oīa-
ua parte, in tertia particula, ver. Et hanc
partem. Est enim ex prouidentia legis cō-
stitutū, vt omnes filij aequaliter in feudis
succeedant. Multo minus ergo poterit to-
tum ipsum feudū prelegare vni ex filijs
suis. Dicit Alex. in l. apud Iulianum, qui
legit cum l. cū seruus §. si quis alicui, nu.
4. in fin. ff. de lega. 1. qd magis communis
opin. videtur inclinare in hanc partem. Et
hanc opi. tenere communiter Doctores
attestatur Io. Ray. in cap. imperialem. §.
Habitio, col. 7. de phib. feu. alie. per Frid.
quem refert Aco. in verbo, & cum pacto
quod de ipso feudo, nume. 2. in fin. Hanc
etiā dicit esse communem Ruin. confi.
25. n. um. 13. lib. 1.

Quæ omnia de plano procedunt in
feudo antiquo, & paterno, illud enim pro-
culdubio non potest pater vni ex filijs suis
prelegare, & ita est communem opinio.
dicit Ruin. conf. 91. in fi. lib. 1. & hoc pro
indubitato præsupponit Soci. lun. confi.
160. numer. 44. lib. 2. Cum enim tale feu-

dū virtute inuestituræ debeat ad omnes
eius filios aequaliter pertinere ex prou-
dentia concedentis, merito non potest va-
sallus per suū dispositionem alterare na-
turam feudi, in praeiudicium aliorum, &
sic illud relinquere vni ex filijs suis, etiā
si sit ex comprehensis in inuestitura, & ita
soler communiter concludi, vt dicit Soc.
lun. in d. consil. 72. nume. 33. Sed quid in
feudo nouo, id est acquisito per ipsummet
vasallum testantem pro se, & filijs, vel p-
se & liberis? Et in hoc variæ sunt Docto-
rū opiniones, quas late refert Curt. lun.
de feud. in quarta parte, in vltima causā
amissionis feudi, q. 30. versic. Ex praedicta
regula. Aliqui enim dicunt, quod etiam
feudum nouum non potest pater vni ex
filijs prelegare, & hanc opin. dicit videri
magis communem Socin. lun. in d. consil.
72. num. 35. & consilio 160. num. 44. lib. 2.
Alii vero dicunt, quod potest, & hanc di-
citur videri communē Barb. inter consilia
A lex. conf. 55. colum. pen. vers. Et si quis
piam. li. 4. quæ etiam mihi magis placet.
Est enim valde rationale, vt quod iure
meo quaesui, etiam arbitrio meo alienare
possim. Et certe mirum est, qd Doctores in
hoc articulo adeo inter se repugnent, nā
ante loquimur quo ad praeiudicium semi-
ni, & certum est, quod quando prelega-
tur vni ex comprehensis in inuestitura,
non dicitur agi de aliquo praeiudicio ip-
sius domini, aut loquimur quantum ad
praeiudicium aliorum, & pariter nō vide-
tur agi de aliquo eorum praeiudicio. Si
enim vera est decisio And. de hier. quem
retulit in d. q. 41. versic. i. t. hæc quidem,
quod scilicet vasallus de feudo nouo pos-
sit cum consensu domini ad sui libitum
disponere, nescio videre qua ratione, si
vasallus possit tale feudum alienare,
etiā in extraneum, non possit etiam il-
lud vni ex filijs suis prelegare. Et ita,

si casus contingeret, consulere,
& iudicarem. Vide tamen in
hoc proposito ea qua di-
xi supra hoc eodem
libro, §. Em-
phyteu-
sis.
quaest. 16.

Quæst.

QVÆST. XLI.
SVMMARIVM.

Vasallus an possit cum consensu domini alie-
nare feudum in praeiudicium agnato-
rum.
Et quid si feudum sit antiquum, versic.
Et hæc quidem.
Et quid si sit hereditarium, versic. Sunt
autem.



IXI supra q. 31. in princ.
qd non potest vasallus feu-
dum alienare sine consen-
su domini, Quæro nunc,
an possit vasallus cum cō-
sensu domini feudum alienare in praei-
udicium agnatorum? Respond. qd non, & est
communis conclusio, vt attestatur Cur.
lun. de feud. in quarta parte, in vltima
particula, in prima regula, columna 3.
versic. Stat ergo ex præmissis.

Et hæc quidem regula de plano proce-
dit in feudo antiquo, seu paterno, nam
tale feudum proculdubio non potest per
vasallum alienari in praeiudicium agna-
torum, et cum domini consensu. & hæc
est communis opi. vt attestatur Aluarot.
in c. 1. post nu. 4. versic. 1. Oppono ab extra,
quemad. feud. ad fem. perti. Et clarius
positum collegium Bonon. inter consilia
Carrij Senior. consilio 50. nn. 21. re-
fert, & sequitur Paris. consil. 17. num. 16.
lib. 1. Cum enim sit ius quaesitum descen-
dentibus ex tenore primæ inuestituræ,
merito non potest tolli per aliquem ex
successoribus primi inuestiti. & hæc est
cōsis omnium conclusio, vt dicit Curt.
lun. confi. 171. nu. 5. Et est valde rationa-
bile, vt in huiusmodi feudis, quæ à maio-
ribus suis proueniunt, nō possit vasallus
aliquo modo filijs suis praeiudicare, qui
ad feuda ipsa veniunt, nō ex factio ipsius
patris, sed ex antiquorum suorum prou-
isione, ita dicit And. de Iser. in cap. 1. §.
Quid ergo, de inuestit. de re alie. facta. Et
hæc est verissima cōsis, & ab omnibus ap-
probata conclusio, vt dicit Soc. lun. con-

sil. 112. numero 1. libro 2. subdens, qd hoc
est apud Doctores nostros indubitatum.
Sed in feudo nouo secus est, nam seu dū
nouum sub quocunque tenore receptum
sit, nisi fuisset expresse receptum contem-
platione alicuius filij, specialiter & pro-
prio nomine in ipsa inuestitura nomina-
ti, semper potest ad libitum alienari per
feudatarium cum consensu domini, nec
requiritur consensu filij primogeniti,
vel alterius agnati, qui successurus esset
in feudo. Et hæc est decisio And. de Iser.
in c. 1. nu. 3. de alie. feud. pater. quā-
m dicit esse, per omnes approbatam. Sigisimū.
confi. feud. 52. nu. 1. vbi etiam subdit, qd
omnes eam sequuntur nemine discrepa-
te. Quia id, qd ego acquiri, possum pro
mea voluntate alienare. & hæc decisio
semper mihi placuit, licet Doctores su-
per hoc articulo varie scripserint.

Sunt autem nonnulli, qui non ita pas-
sim admittunt hanc conclusionem, qd va-
sallus non possit de feudo antiquo, seu pa-
terno disponere in praeiudicium agnato-
rum, sed putant distinguendum esse in-
ter feudum hereditarium, & feudum non
hereditarium dicentes, qd in feudo non
hereditario bene procedit supradicta cō-
clusio, & ideo si feudum sit receptum pro
se, & descendentibus masculis, qd non po-
terit vasallus de eo disponere in praeiudicium
descendentium masculinorū. & hanc
dicit esse communem omnium conclu-
sionem Curt. lun. in dicto consil. 171. nu.
6. Sed in feudo hereditario, etiam si sit
antiquum, tenent, qd possit vasallus pre-
iudicare agnatis, & sic, quod in feudo re-
cepto pro se, & hereditibus, facium vnus
ascendentis tempore quo feudum est apud
ipsum, praeiudicare non solum sibi, sed et
posteris suis hereditibus, cum censeatur
quid hereditarium, Et dicit Alex. con-
silio 13. numero 11. libro 5. quod hæc est
communis conclusio Doctorem vbiq;
quam etiam post eum dicit esse commu-
nem. Paris. confi. 16. numero 44. libro 1.
Iason consilio 56. colum. fin. versic. Secun-
do responderetur libro tertio. Tu vero hic
aduerte, nam si loquimur in feudo sim-
pliciter, & absolute hereditario, pu-
ta recepto pro se, & hereditibus quibus-
cunque,

P

cunque,uel pro se,& quibus dederit,uera est conclusio, q̄ potest alienari etiam in extraneum sine consensu domini, & sine consensu agnatorum, quia tale feudum æquiparatur bonis alio dicitur, & trahit ad quoscunque heredes, ut Ipius dixi. Et in tali feudo non consideratur utrum sit antiquum,uel nouum. Si nero loquimur in hereditario mixto, puta recepto pro se, filiis, & hæredibus, non est hæc conclusio absolute uera, per ea que dixi supra q. 40. uersicil. Sed quia que hoc loco non repeto, quia optime possunt accommodari ad hanc conclusionem.

QVAEST. XLII. SVMMARIVM.

Alienatio feudi facta per uasallum in præiudicium agnatorum an sit ipso iure nulla, uel detur agnati, reuocatio.

Et quid in feudo mere hereditario, uersicil. Sed quia.

Et quando feudum dicitur alienare iure permittente, uersicil. Est etiam.

Et quid si alienatio fiat in agnatum proximorem, & qui omnino erat in feudo successurus, uersicil. Hoc præmissio.

Et quid si fiat in remotiorem, uersicil. Aliquando, & secundo.

Et nunquid agnatus proximior possit reuocare etiam uiuo alienante, uersicil. Sed nunquid.

Et an eo casu teneatur precium emptori restituere, uersicil. Sed an in præmissis.

Et quid si uasallus alienans habeat filios, uersicil. Sed pone.

Et quid si alienatio facta sit in penitus extraneum, uersicil. Aliquando & tertio.

Et infra quatuordecim annos possit hoc casu fieri reuocatio, uersicil. Scias tamen.

Et an pendente hoc termino ad reuocandū, fiat etiam in pendente tempore potest inuestiri a domino, uersicil. Quæ autem.

Et quid si agnatus proximior consentiat alienationi, an talis consensus præiudicabit eius filiis, uersicil. Dixi quod.

Et an præiudicet agnatis in sequenti gradus, uersicil. Sed maior.

Et an filius, uel agnatus ipsius uasalli admittatur ad huiusmodi reuocationē, & si sint heredes ipsius uasalli alienantis, uersicil. Successus uero.



DIXI supra q. prima, quod non potest uasallus alienare feudum antiquum in præiudicium proximioris agnati, sine ipsius consensu, Quæro modo nunquid sit illud alienare, talis alienatio sit ipso iure nulla? Respond. quod quatenus alienatio rei feudalis est in præiudicium domini facta sine eius consensu, nulla est difficilis, quin sit ipso iure nulla. text. est in capitulo Impericalem, de prohib. feud. alien. per Frider. Sed quatenus respicit præiudicium agnatorum, non est ipso iure nulla, sed bene potest per filios uel agnatos alienantis reuocari, & in hac materia habemus text. notab. in cap. primo, §. Titius filios, si de feudo defuncto. contentio fuerit, quod filius uasalli potest alienationē feudi per patrem factam reuocare, etiam ipso patre uiuo, sed tenetur eo casu restituere precium emptori. Agnatus autem non tenetur precium restituere, sed sine precio reuocat, mortuo tamen prius alienante, ut ibi.

Sed quia hæc materia habet plura capita, ideo distinguendum est, aut enim loquimur in feudo mere hereditario; & non datur aliquo modo reuocatio, quia ut supra dixi, tale feudum est alienabile ad instar bonorum alioquin. Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto, & prouidentia, uel etiam mixto, & tunc, aut feudum est nouum, & non datur reuocatio, quia licite potest per uasallum in quemcunque alienari, ut dixi supra q. proxima, uersiculo, Et hæc quidem aut est feudum antiquum, seu paternum, & hoc casu potest per agnatos alienantis reuocari, & sic habes pro absoluto in hac materia præsupponere, quod nunquam admittitur agnatus, uel filius, ad reuocationem alienationis feudi, nisi hæc duæ qualitates concurrant, scilicet,

scilicet, quod feudum sit ex pacto, & prouidentia, uel absolute, uel mixtum, & q̄ sit feudum antiquum.

Est etiam pro intelligentia præmittendum, q̄ feudum aliquando dicitur alienari iure permittente, aliquando uero dicitur alienari iure non permittente. Iure permittente alienatur feudum, puta, si interueniat consensus domini, nã hoc casu ualet alienatio ipsius feudi. Item alienatur iure permittente quando uasallus illud alteri in feudum cõcedit, quod qui dem facere potest etiam sine domini consensu, ut dixi supra q. 32. tem quando uasalla nubens dat feudum in dote, quod pariter ei permittitur est, ut dixi supra q. 36. Iure autem non permittente dicitur feudum alienari, quãdo alienatur sine domini cõsensu, in casibus à iure, uel consuetudine feudorum non permittis.

Hoc præmissio, explicandi sunt plures casus, prout pluribus modis potest hæc questio contingere. Aliquando enim uasallus alienat feudum in agnatum proximiorē, & qui omnino post mortem alienantis esset in feudo successurus, & tunc alijs agnatis non datur reuocatio, quia eorum nihil interest, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat peruenturum in illi. ita dicit Iacob. de Beluis. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. & hanc conclusionem firmant doctores, ut dicit Iacobi, de feud. in uerbo, Et cum pacto de nõ alienando. nume. 33.

Aliquando, & secundo, uasallus alienat feudum in agnatum remotiorem, & tunc distinguendum est, nam, aut iste uasallus alienans habeat filios, & possunt ipsi talem alienationem reuocare, sed si uolunt eam reuocare uiuo patre, tenentur precium emptori restituere. Mortuo autem patre, possunt etiam sine precio feudo recuperare, dicto §. Titius filios. Si uero uasallus non habeat filios, potest agnatus proximior reuocare talem alienationem, ut ibi.

Sed nunquid poterit agnatus proximior huiusmodi alienationem reuocare, etiam uiuo agnato, qui alienauit?

Respond. quod si alienatio est facta iure permittente, non potest illam reuocare, nisi post mortem ipsius alienantis. Si uero sit facta iure non permittente, poterit agnatus eam reuocare etiam ante eius mortem, ut in d. §. Titius filios, quando autem dicatur facta alienatio iure permittente, uel non, dixi supra, uersicil. Est etiam, & hæc conclusio procedit sine difficultate, tenendo illam opi. quod feudum antiquum propter alienationem non aperitur domino, sed agnatis, quam ego tenui tantum ueritorem infra q. 66. uer. Sed quid si uasallus.

Sed an in præmissis casibus tenebitur iste agnatus proximior precii emptori restituere? Respond. quod non, d. §. Titius filios. Ex quo enim in omnem casum feudum ad ipsum agnatum deuo luebatur ex prouidentia ipse inuestiti, nõ uideretur æquum, ut ipse teneretur rem suam precio redimere.

Sed pone, quod iste uasallus, alienans feudum in remotiorem agnatum, habeat filios, Quæro quis erit præferendus in huiusmodi reuocatione, an filius ipsius alienantis, an uero alius agnatus proximior? Respond. quod si alienatio facta fuit iure permittente, tunc filius præferatur agnato. si uero facta fuit iure refragante, agnatus præferatur filio, & ista conclusio approbatur à doctores, ut dicit Iacob. in dicto uerbo, Et cum pacto de non alienando, numero 35. & dicit Cur. Jun. de feud. in quarta parte, in tertia regula, uersicil. Quarto circa præmissa, quod, ita intelligunt, & declarant committere feudum. Et sic uides, q̄ quãdo alienatio est facta iure permittente, melior est conditio filij, quã agnati, nam (ut dixi) filius potest, etiam uiuo patre, eam reuocare restituo precio. agnatus autem nõ potest nisi secuta morte alienantis. Pconuerso autem, quando alienatio est facta iure non permittente, melior est conditio agnati, quã filij, quia agnatus in reuocatione præferatur filio, ut supra dictum est, & harum decisionum difficile est iudicio meo assignare aliquam conclusionem rationem, nisi quia ita ueritatem feudorum moribus receptum est, licet doctores

in hoc multum laborent.

Aliquādo, & terro, alienatio fit in penitus extraneum, & tunc dicitur est, quod pariter admittuntur filij, & etiam agnati ad reuocandā huiusmodi alienationem, prout quando facta est in agnato remotiorem, & in hoc proposito intellige extraneum, eum qui non sit ex comprehensio in inuestitura, dato, quod aliā esset agnatus ipsius alienantis.

Scias tñ, quod in uno differet hic casus ab illo, quia quā alienatio fit in agnatum remotiorem, tunc si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo, sed si alienatio facta sit in extraneū, tunc ad hoc, ut proximior agnatus excludatur, requiritur cursum saltē triginta annorum ita tenet gl. in d. §. Titius filios, in uerbo, per annū, quod in hoc est communiter approbata, ut dicit Alex. consil. 15. num. 10. lib. 5. Dec. consil. 395. in fin. Jac. in uerbo, Et cum pacto, de non alie. num. 18. Balb. de præcri. in 4. parte prin. q. 12. nu. 19. in fi. Et dicit Dec. consil. 323. nu. 4. quod Doct. illam communiter sequuntur. Dicit etiam Aluaro. in d. §. Titius filios, post nu. 4. uerfi. Oppo. cum gl. fin. quod ita tenetur per Doct. cōter. idem dicit Præpos. in d. §. Titius filios, col. 3. uerfi. Oppo. cum gl. Facilius enim præsumitur consensus inter coniuuētos, quam inter extraneos.

Quæ autem sit ratio, cur sit præfixum tēpus anni, agnato proximiori ad reuocandum alienationē feudi factam in remotiorem, & non maius, uel minus tempus, multa dici possent. Sed forte melior ratio est, uel saltem magis colorata, quia intra illud tēpus anni, teneatur uasallus petere à domino inuestiturā, ut dixi infra q. 49. unde ex quo intra illud tēpus nō reuocat, neque petit inuestiturā, merito excludit à feudo. Sed quero an pendente hoc tempore ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus ad petendam inuestituram à domino? Rñ. q. non. Sed omnino debet petere inuestituram à domino intra annū à die alienationis, si ias cadit à feudo, ita sentire uidet Bal. in d. §. Titius filios, in fi. uerbis. Et hanc opi. dicit esse cōm. Goad. consil. 71. num. 3.

Quæ tamen mihi semper uisa fuit dura, tito magis quia regulariter ipis anni ad petendam inuestituram, nō currit nisi post petenti, ut dixi infra, q. 49. uerfi. Itē quid si forte uasallus, & forte etiam intentio Bald. non fuit hæc, ad quam allegatur, sed pro nunc nihil determino.

Dixi, quod si agnatus proximior taceat per annum, uel per triginta annos quando alienatio est facta in extraneū, excluditur per hanc taciturnitatē ex qua resolare uidet tacitus consensus. Certe multo magis, si agnatus expresse alienationi consenserit, censetur à feudo excludi, neque poterit illi alienationē reuocare, & hoc parū habet difficultatis, & idē causa est, quod uasallus uolēs feudū alienare, faciat, quod agnati consensiat alienationi.

Sed quero, pone, quod agnatus proximior consenserit alienationi feudi factæ per uasallum, nō quid talis consensus præiudicabit filio ipsius cōsentienti, quominus possit ipsum feudum recuperare? Respon. An iste filius est hæres patris, qui consensit, uel est aliqd habiturus ex eius hereditate, & hoc casu cū non possit retrahere factū defuncti, nō poterit talē alienationem reuocare, si uero non est hæres patris, neque aliquid est habiturus ex eius hereditate, utique poterit, non obstante consensu per patrem præstito, feudum alienatum recuperare, ita solēt feudistæ communiter distinguere, ut dicit Curt. in in d. 4. parte, in ultima cā amissionis feudi, in 3. reg. uerfi. Secunda cadit, quod tamen intellige, ut dicam infra, in uerfi. Succesiuæ.

Sed maior uidetur dubitatio, si extēt agnati proximiores, remotiores, & medij gradus ipsius alienantis, & agnatus proximior consensiat, quod feudum alienetur in remotiorem, an talis consensus præiudicet agnatis medij gradus, quominus possint ipsi talem alienationem reuocare. Est ardua questio, in qua aliā inter se contrarium consulerunt collegium Mediolan. & collegium Bononiens. sed tenenda est opin. quod talis consensus eis non præiudicet, cū enim eis sit ius questum ex tenore primæ inuestituræ, non debet posse illis auferri

fine

sine eorum culpa, aut factō, & hæc est etiam magis communis, ut dicit Curt. in in d. 4. parte, in ultima causa amissionis feudi circa prin. tertij regulæ, subdens quod iudicio suo non habet multum dubitationis.

Succesiuè quero, nunquid filius, uel agnatus ipsius uel uasalli alienantis, admittantur ad huiusmodi reuocationem etiam si sint heredes ipsius uasalli? Respond. quod si adiuic hereditatem sine beneficio inuentarij, non poterit talem alienationem reuocare. tunc enim proprie repræsentat psonā defuncti, & ideo non potest eius factō contrariare, sed si fecit inuentariū, bene poterit reuocare, ita tenet communiter feudistæ, ut dicit Curt. in in d. 4. tertia regula, col. tertia, uer. Limitate prædictā. quem refert Paris. consil. 10. nu. 8. lib. 1. Nam beneficiū inuentarij cōseruat heredi omnia iura sua, & actiones, pinde ac si non adiuisset hereditatem. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quādo feudū non est hereditarium, nam eo casu pculdubio potest filius uel agnatus hæres, factō inuentario, reuocare huiusmodi alienationem. Et ita concludunt omnes, ut dicit Dec. consilio 185. numero 1. circa fin. nam hoc casu uasallus habet feudum ex simplici prouidentia primi inuestiti, nō autem tanquam hæres. Sed quid si sit hereditarium, quo casu non potest habere feudum, nisi tanquam hæres? Respond. quod in hoc doctores sunt uarij, nam aliqui tenent, quod inuentarium nihil prodest, ad hoc ut possit alienationē ipsam reuocare. Et hanc opin. tanquam communē sequitur Gratus consil. 9. nu. 18. lib. primo, ubi etiā refert Curt. in in consilio 138. col. sexta, attestantem illā esse magis communem, Sed ego non reperio Curt. in allegato consil. 9. nu. 16. ubi loquitur in hoc proposito, attestantem de communi. Aliqui uero tenent, quod imō etiam in tali feudo hereditario, possit filius, uel agnatus heredes uasalli cū beneficio inuentarij, reuocare alienationem feudi per eum factā, & hanc opi. uidetur admittere tanquam ueriores, & magis communiter appro-

bata, Socin. in in consilio 112. num. 13. lib. secundo. Reuera si loquimur in feudo mere hereditario, credo, quod confessio inuentarij nihil prodest ad reuocandā: quia (ut supra dixi) in tali feudo non datur reuocatio, ex quo de eo iudicatur, ut de alia quacunque re hereditaria, sed si loquamur in feudo, quod est partim hereditarium, & partim etiam est ex pacto, & prouidentia, mihi magis placet secunda opinio, quod scilicet confessio inuentarij conferuet ius reuocandi alienationem. Vocatur enim eo casu agnatus ad feudum, non simpliciter tanquā hæres uasalli, qui alienauit, sed etiam ex facto, & prouidentia primi inuestiti. Quæ opinio multo magis tenenda esset, ubi iste agnatus, qui uult feudum alienatū reuocare, posset dicere se heredem primi acquirentis, aliter quam mediante psona istius uasalli, qui alienauit, quod sufficeret secundū opi. quam tenui supra, quæ nona uerfi. Sed quero, nunc enim ex quo posset habere feudum alia uia, & sic non tanquam hæres istius alienantis, crederem omnino confessionem inuentarij ei prodest debere.

Q V A E S T. XLIII. S V M M A R I V M.

Filius, penes quem est feudum paternum uel emphyteusis, an teneatur creditori bus paternis satisfacere de ipso feudo, uel emphyteusi.

Et quid si adiit paternam hereditatē, uerfi. Sed quid si adiit.

Quero, nunquid filius, penes quem est feudum paternū, uel emphyteusis, teneatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo uel emphyteusi? Respon. quod si quidē filius paternam hereditatē non adiit, non teneatur illis satisfacere, & hoc est iudicio meo indubitatum.

Sed quid si adiit? Respon. quod hoc casu distinguendum est inter feudū uel

P 4 em phy-

emphyteusim, q̄ sint hereditaria, & inter non hereditaria. Nam filius accipiēs feudum aut emphyteusim non hereditariam, & simul etiam hereditatē patris adiens cum beneficio tamen inuentarii, non tenet vltra vires hereditatis patris nec creditoribus satisfacere ex ipso feudo uel emphyteusi, q̄a habet feudū ex pacto, & prudentia primi acquirentis, nō autem tanquam hāres. Nec aditio hereditatis debet ei obesse, ex quo confessio inuentarii omnia iura sua integra cōseruat, ut dixi in quaest. scedenti uers. Successiue. Secus autem si feudum, aut emphyteusim sit hereditaria, nā eo casu, ex quo illā habet tanquam hāres, merito etiam si solemniter inuentarium con fecerit, tenetur ipsis creditoribus ex ipso feudo, uel emphyteusi satisfacere. & ita cōi omnium consensu receptum esse attestatur Didacus lib. 2. resolutionum ca. 17. post num. 4. ver. Octauo inferitur. Et hęc quidem cōclusio si intelligatur, ut procedat in feudo simpliciter, & absolute hereditario, mihi satis placet, nā cum tale feudum sit ad instar aliorum bonorum hereditariorum allodialium certum est, quōd in bonis hereditariis confessio inuentarii nihil prodest heredi. Sed si effectus feudum non absolute hereditarium, sed etiam ex pacto, & prudentia primi acquirentis, teneo, q̄ confessio inuentarii prodest heredi, put etiam tenni in quaest. precedenti in allegato uers. Successiue.

QVAEST. XXXIII.

SUMMARIUM.

*Fienda an possint diuidi,
Et quid de consuetudine obseruetur. uersicul.
Scias tamen.*

Quero, nunquid feudum possit diuidi? Respond. quōd feuda maiorā, prout est feudum ducatus marchie, uel comitatus, quōd dignitatem annexam, non possunt diuidi, etiā consentientibus consortibus, & ita

se habet communis opi. ut attestat Socin. conf. 97. post nu. 25. uers. Tertio, con firmatur. lib. 1. quod est duplicatum in conf. 165. lib. 2. idem etiā dicit Soc. con fi. 278. nu. 1. lib. 2. Et dicit Curt. Iun. de feud. in quarta parte principali in ultima causa priuationis feudi, quaest. 30. in prin. quōd ita concludunt omnes, in hoc absque dispensatione, Et uidetur tex. in ca. primo. §. propterea ducatus, de prohib. feudi alien. per Frider. Inferiora autem feuda, quae non habent dignitatem annexā, utique diuidi possunt, ut est text. in d. §. propterea ducatus. & hoc et, si huiusmodi feuda inferiora sint feuda iurisdictionis, ita tenet Spe. de feud. §. quoniam, uersiculo 34. & est communis opinio. ut dicit Socin. in allegato cō fi. 67. post nu. 45. uers. Septimo dato. Et hoc uidetur in d. §. in sanorem, & honorem Imperii, ne scilicet feuda maiorā quorum dignitatis titulus prouenit ab Imperatore, diminuantur, & ad destructionem deducantur, quae ratio non militat in feudis inferioribus non habentibus dignitatem annexam.

Scias tamen, q̄ quod quid sit de iure, cōmuniter in Italia, & in certis partibus Alemantiae, & certarum prouinciarum, oīa feuda, etiam dignitatum, p̄ter regales diuiduntur, de qua consuetudine attestat Ioan. Andr. in additio. ad spe. de feud. super Rubr. col. pen. uers. Nō omit tā, quem refert Grat. conf. 4. nu. 29. libr. 1. Et hęc cōsuetudo seruanda cōtinetur in illis tamen feudis, quae solita essent diuidi, non autem in aliis.

QVAEST. XLV.

SUMMARIUM.

Fendum an praescribi possit.

Et an contra dominum, uersicul. Si autem.

Et quid inter priuatos, uersicul. Sed quid inter.

Et quid si sit alienatum sine consensu domini, uers. Ut uides.

Quero,

Quero, an feudum praescribi possit? Hęc est in re quae est, propterea procedendo per singulos casus, Dic, Aut queritur de praescribendo directo dominio, uel per priuatum dominum contra alium, uel per priuatum contra dominum, & in hoc remitto te ad ea, quae dixi 7. lib. 7. §. praescriptio. Aut queritur de praescribenda concessione feudali, per priuatum contra dominum, & dico, quōd si quis diuturno tempore, id est per decennium, possedit aliquam rem ut feudale, praesumitur per talean cursum decennij praescripsisse solum concessio feudalis, ut dixi supra quaest. 19. uersiculo. Sed pone. Aut uero queritur de praescribendo titulo uasallagij, per dominum contra priuatum, & non sufficit cursus decennij, sed requiritur tempus 30. aa. ut dixi in allegata quaest. 19. in princ.

Si autem queritur, de praescribendo uti li dominio contra dominum, puta quia uasallus habet feudum, aliud alienauit, & ille in quem feudum fuit alienatum, illud possedit, nunquid si postea dominus uel recuperare feudum, tanquam sibi apertum propter alienationem sine suo consensu factam, poterit iste uasallus possessor feudi opponere decursam esse praescriptionem? Respon. q̄ alienatio est adeo nulla, q̄ non potest feudum etiam longissimo tempore praescribi ita colligitur ex tex. in c. Imperialem, ibi nullius temporis praescriptione, de prohib. feudi alie. per Frider. ubi hoc expresse tenet Andr. de Iser. quem sequuntur communiter Doctores, ut ait Curt. Iunior de feudis, in quarta parte, in ultima causa amissionis feudi, col. 1. uers. Prima ergo, & in l. 1. in fine. uerbis. C. de ser. fugit. & licet glo. in c. 1. §. praeterea, in uerbo. Praescriptio, de capit. Contra. tenuerit, q̄ illa uerba, nulla praescriptione obstant, non comprehendat praescriptionem 40. ann. tamen illa glo. communiter reprobatur, ut dicit Afil. ibi, nume. 24. & seq. & sic teneo, q̄ possessor rei feudalis alienata irrequirit domino, non potest illam praescribere contra dominum, nisi concurrat tempus centum annorum, & ra-

tio est, quia possidens, cui ius commune restitit, nō est audiendus, etiam si alleget praescriptionem, nisi de legitimo titulo constet.

Sed quid inter priuatos, nunquid poterit unus priuatus contra alium praescribere utile dominium ipsius feudi? Rnd. q̄ sic, modo concurrant tempus 30. ann. & bona fides praescribentis, & ad hoc praeriter allegatur gl. in d. §. praeterea, in uerbo, Praescriptione. Et dicit Paris. conf. 15. nu. 13. lib. 1. q̄ in hoc omnes scribentes illam sequuntur. Quam etiam opi. at restatur esse communē idem Paris. conf. 27. num. 97. lib. 1. & conf. 1. num. 123. eo. uol. ubi dicit, q̄ ita communiter concluditur, & refert Balb. de praescrip. praeriter attestantem hanc esse communem opin. ut ibi per eum.

Ut uides, Doctores in hoc articulo uariē loquuntur. aliqui enim intelligunt illam gl. loqui inter dominum, & priuatum, aliqui inter duos priuatos, cum tñ appareat eam loqui, quando priuatus opponit praescriptionem contra dominum, alii autem nō possent applicari ad illum tex. qui loquitur de reuocatione alienationis facienda per dominos. Quidquid sit, mihi placet hęc resolutio, quam etiā credo esse magis communem, q̄ scilicet contra dominum non possit utile dominium alienatum praescribi spacio 30. nec 40. an. sed solummodo per cursum centū annorum, sed inter priuatos, q̄ currat praescriptio feudi interueniente bona fide cum spacio 30. annorum, cum alijs requisitis in c. 1. §. si quis per triginta, si de feudo defuncti, & c. Quae conclusio non multū uidei habere difficultatis, ubi feudū peruenerit in istū uasallum, cum consensu domini. Secus autē si sine domini consensu, nam cum eo casu prohibita sit omnis alienatio, & praescriptio rei feudalis, non uidetur audiendus allegans praescriptionem, siue agatur inter dominū, & priuatum, siue inter priuatos. & ita uidetur iudicasse consilium Neapol. ut per Afflic. decisio. 254. Ego tamen prima facie sentio contrarium, nam illa constitutio annullat omnem alienationem, & praescriptionem rei feudalis sine consensu domini,

domini, fuit facta in fauore domini, non autem in fauorem priuatorum, & id eo uidemus, quod alienatio feudi sine consensu domini, licet sit nulla quo ad preiudicium ipsius domini, ualeat tamen in preiudicium agnatorum, nisi intra debitum tempus illam renouauerint, ut dixi supra q. 42. Merito omni casu crederem teneri posse quod inter priuatos utile dominium feudi de possessione pacio 30. annorum prescribi, ut supra dixi.

QVAEST. XLVI. SUMMARIVM.

Feudum an imputari debeat filio in legitimum.

Et quid si sit ex pacto, & prudentia, uersic. Quae quidem conclusio.

QVAEROR, nunquid feudum imputetur filio in legitimam? Respon. Hec quae estio potest dupliciter considerari, primo, an filius cui feudum deservit, puta quia ex tenore inuestiturae feudum spectet primogenito, teneatur illud imputare in legitimam, siue portionem sibi contingentem ex hereditate, seu bonis paternis. Secundo, an feudum sit computandum in bonis defuncti, quando tractatur de assignanda legitima, siue eius supplemento, alicui ex filiis, cui non debeatur pars feudi, an autem sic detrahendum, prout etiam detrahitur ex alicuius, quod habebat defunctus. Dicunt ergo Doctores, quod si feudum est paternum, siue acquisitum ab ipso patre, de cuius hereditate agitur, tenetur filius illud in legitimam imputare. Si uero feudum prouenit ab auctore, tunc ex quo censetur quid aduentitium, non debet imputari. & hanc conclusionem dicit esse communem Rotae in repe. l. in quartam. post nu. 17. uersic. Prima conclusio. ff. ad leg. falc.

Quae quidem conclusio de plano procedit, ubi feudum fuit concessum patri simpliciter, pro se, & heredibus, quo casu dicitur feudum hereditarium, & pro-

culdubio est in legitimam imputandum, & ita sentit Bart. in l. 1. §. nec castrense, num. 6. ff. de colla. honorum. & dicit esse eodem sensum, Ripa in d. l. in quartam. nu. 173. & seq. Sed quid si fuerit concessum pro se, & liberis, quo casu dicitur absolute ex pacto, & prudentia? Respon. quod nihilominus, si est questum a patre, debet in legitimam imputari, & de eo debetur legitima, secundum magis communem opinionem, ut attestatur Alex. consi. 29. post nu. 4. lib. 5. dicens, quod ita etiam est de mente Bar. in d. §. nec castrense, si bene aduertatur. & ratio est, nam cum feudum esset acquisitum a patre, dicebatur feudum nostrum, & sic de eo pater libere disponere poterat, etiam in extraneum, siue esset questum pro se, & heredibus, siue pro se, & filiis, ut dixi supra q. 41. uer. Et haec quidem merito filij illud habere dicuntur beneficio paterno, & sic debent illud in legitimam imputare. Quae ratio et dicendum est, quod si esset feudum simpliciter, & absolute hereditarium, puta quia esset questum pro se, & heredibus quibuscumque, uel pro se, & quibus dedit, esset proculdubio imputandum in legitimam, & de eo detrahenda legitima, quia de huiusmodi feudo iudicatur, ut de ceteris rebus hereditariis, & allodialibus, ut sepius dixi, & hoc siue esset questum a patre, siue ab auctore, uel etiam superiori ascendente, quia in utroque casu militat eadem ratio.

QVAEST. XLVII. SUMMARIVM.

Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali.

QUERO, nunquid uasallus possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali? Respon. quod non, ita tenet Bart. in lege diuorcio. §. si fundum, in final. uerbis. ff. solu. matrim. Et eum Bartol. tenent omnes antiqui, &

& moderni, ut dicit Iaf. in d. §. feudum, post nu. 3. uersic. Circa secundam. Licet enim uasallus sit dominus utilis rei feudalis, non tamen est absolute, & irrenocabiliter dominus, quia post mortem tenetur feudum restituere successori, qui ex tenore inuestiturae uocatus est ad feudum. & hinc infero quod in casu, in quo uasallus possit absolute de feudo disponere, puta, quia feudum esset absolute, & simpliciter hereditarium, uel quia esset feudum nostrum, possit etiam incidere arbores fructiferas, nam cui licet quod est plus, multo magis licere debet quod est minus. Et haec omnia intellige, quantum ad preiudicium filiorum, uel agnatorum, qui successuri essent in feudo. Sed quo ad preiudicium domini directi, caueat uasallus, ne ualeat ueretur in re feudali, quia ex ea causa poterit feudo priuari, ut dixi infra quaest. 56.

QVAEST. XLVIII. SUMMARIVM.

Vasallus committens adulterium cum uxore domini priuatur feudo.

Et quid si post mortem damnicum ipsa uidua suprum committat. ibid.

TVALEIS, quod uasallus committens adulterium cum uxore domini directi, priuatur feudo, text. est expressus in ca. j. §. j. quibus mod. feud. amitta. Quaro, quid si post mortem domini committat suprum cum eius uxore uidua, an pariter sit feudo priuandus? Respon. quod sic, ita tenet And. de Her. in dicto §. primo, & est magis communis opinio, ut dicit Ioan. Garo. in l. prima. C. de secun. nupt. in textua. num. 61. Videtur enim ipsa adhuc esse in primo matrimonio. Propterea dicunt Doctores, quod si transierit ad secunda uxor, & uasallus cum ea coiret, non caderet a feudo, cessat enim eo casu ratio reuertentis, quam uasallus domino praestare tenetur.

QVAEST. XLIX. SUMMARIVM.

Vasallus tenetur infra annum, & diem a morte domini, petere renouationem inuestiturae.

Et quid in multis uasallis, uersic. Intellige tamen.

Et an hoc tempus currat a die sententiae, uersic. Scias etiam.

Et an errat impuberis, uersic. Item scias.

Et an minor aduersus lapsum huius termini possit petere restitutionem in integrum, uersic. Sed quaro.

Et an requiratur sententia declaratoria, uersic. Item quaro.

Et quid si dominus inuestituram concedere noluerit, uer. Sed quid si uasallus.

Et quid si uasallus eo tempore non possidebat feudum, uersic. Item quid si forte.

Et an uasallus possit purgare mortem, uersic. Sed nunquid.

Et quid si dominus post annum, & mensem recepit uasallum ad solam seruitutem, an censetur illi remississe, uersic. Sed pone.

Et quid si dominus reliquerit plures heredes an teneatur uasallus ad omnibus petere inuestituram, uersic. Quaro nunc.

Et an ille qui prius habebit partem feudi, si aliam acquirat, teneatur pro ea nouam inuestituram petere, uersic. Praeterea quaro.

Et an iuramentum fidelitatis possit praestari per procuratorem, uersic. Successiuus quaro.

MORTUO domino tenet uasallus intra annum, & diem a morte ipsius domini, petere ab eius successore renouationem inuestiturae, & debitum fidelitatis iuramentum exhibere, alias priuatur feudo, Idem, si domino superstiti uasallus moriatur, tenetur eius filius intra dictum tempus idem facere, alius

alijs cadit à feudo, text. est expressus in c. primo, in prin. q̄ fue. pri. causa bene. am. & est communis conclusio, ut dicit Cur. Jun. de feud. in quarta parte, in 23. causa amiff. feud. Que tamen non seruat in hoc Ducatu Mediolani, vt ibi. Ratio autem huius conclusionis est, secundum cōmunitē scribētes, ut dicit Cur. ibi, quia petere inuestituram est signum deuotionis, & reueretię, quam uasallus domino debet. Ego uero alia ratione dicebam illud fuisse introductū, quia scilicet virtus iuramenti non trahit ad heredes, neque creditur personam iuratis, ideo hæc renouatio iuramenti, & recognitionis fuit necessaria, ad hoc ut specialius, & magis efficaciter ex proprio iuramento silius dno obligaretur, nā licet uasallus mortuus inuasseret fidelitatem pro se, & successoribus suis, adhuc est necessaria renouatio iuramenti fidelitatis, & ita tenent communiter cano. ut dicit Cur. Jun. in d. quarta parte, in 24. causa priuationis, vers. Secundo extende. sic etiam respectu successoris in directo cōminio, nisi specialiter præstetur iuramentum domino, & eius successoribus, non obligatur uasallus successoribus, nisi renouetur iuramentum. Bene verum est, q̄ si iuramentum fuisset præstitum domino, & successoribus, non esset necessaria renouatio iuramenti, sed bene esset renouanda inuestitura in signum recognitionis, ut scilicet uasallus agnoscat illū in dominum, & iste illū in uasallum. Ratio autem cur præfixum sit tēpus anni, & diei, nō autem maius nec minus tempus, nulla potest iudicio meo melior assignari, quā, quia ita moribus receptum est.

Intelliget tamen illud, quod dictū est de termino anni, & diei, quia locum habet solummodo in priuatis uasallis. Milites autem uasalli habent annum, & men sem. text. est expressus in ca. 1. quo tempore miles. & ita concludunt omnes scribentes, ut dicit Cur. in d. 23. causa vers. Tertio limitanda. Et dicit Aluarot. in d. c. 1. post num. 7. vers. Oppo. cum glo. quarta, quod ita tenent Doctores communiter omnes.

Scias etiam, quod hoc tempus non incipit currere, nisi à die scientiæ probabilis, ita tenet gl. in d. cap. primo, in gloss. secunda, quo tempore miles, quam omnes sequuntur, ut dicit Molin. in consue. Paris. feud. §. primo. glo. septima, numero quarto, & sic iste annus à principio est utilis, & post scientiā continuus. Adde etiam Molin. quod non currit nisi à die hereditatis aditę. sed hoc gl. illa non dicit, neque credo, q̄ sit verum, licet multi hoc teneant, maxime si essent in feudo quod agnatus, uel etiam filius possit habere, etiā si non esset hæres uasalli vitimo loco defuncti. Propterea ego dicere, hunc annum, & diem esse computandum, à die quo uasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter sciuit, uel scire potuit ipsam rem esse feudale, & nisi hæc duo concurrerent, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam inuestituram.

Item scias, quod hoc tempus non currit impuberi. text. est in cisi minori, secundum communem intellectum, si de feudo defuncti, &c. & sic requiritur, q̄ uasallus sit maior 14. ann. Sed qd in feminā, nūquid hoc tempus illi currere incipiet, statim post pubertatem, & sic post 12. ann. Respond. quod non, sed solum post 14. an. sicut in masculo, ita dicit Bal. in c. Imperialem §. præterea si quis, nu. 2. de prohib. feud. alie. per Frider. cuius opi. sequitur ceteri scribentes, ut ait Jacob. de feud. in uerbo, Qui quidem inuestiti, nu. 43. Debet enim latior fieri interpretatio, ubi cuncte agitur de euitanda pœna priuationis.

Sed quero, pone, q̄ uasallus minor 25. anno. non petierit huiusmodi renouationem inuestiturae intra tēpus debitum, nunquid poterit petere restitutionem in integrū, aduersus lapsum huius termini à lege præfixi? Respond. quod sic, ita tenet gl. in d. §. præterea si quis, in uerbo, Annis. & est communis opin. ut attestatur Brunus consi. feudali. 100. numero 1. & dicit Molin. in consue. Paris. feuda. §. 1. glo. septima, nu. 2. quod ita tenent omnes.

Item

Item quero, an ex hac causa non petere renouationis inuestiturę, uasallus cadat ipso iure à feudo, an autem requiratur sententia declaratoria? Respon. q̄ requiritur sententia, ita tenet Paul. de Castro, consil. 84. nu. 3. lib. 2. Et dicit Curt. Jun. consil. 242. nu. 11. q̄ ita tenent communiter feudistę. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem, Socin. Jun. consil. 115. num. 22. libro 2. Guido Papæ consil. 38. nu. 14. in fin. Vide quę dixi infra quęst. 62.

Sed quid si uasallus intra debitū tempus petierit à domino renouationem inuestiturę, dominus aut illam facere noluerit, nunquid hoc obicit uasallo? Respon. q̄ non, & ita tenet gl. in c. 1. in glo. in fin. ver. Quid ergo, per quos fiat inuestitura, ubi plura dicit, q̄ forte dominus propter hoc priuatur proprietate feudi. Et hanc opi. q̄ dominus hoc casu priuatur feudi proprietate, omnes sequuntur, ut dicit Guido Papæ de cif. 168. nu. 2. Dicit etiam Jacob. de feud. in uerbo, Qui quidem inuestiti, post nu. 40. q̄ hæc est communis conclusio, quæ tamen mihi uidetur nimis rigorosa, tanto magis cum pœna priuationis, secundum communes regulas, non debeat imponi, nisi in casibus à iure expressis.

Item qd, si forte uasallus intra dictū tempus anni, & diei non possidebat feudum, an si non petierit inuestiturā, erit nihilominus feudo priuandus? Respon. q̄ non, ita determinat Guliel. de Arimi. in l. solennibus. C. de rei vend. quem sequuntur communiter scribentes, ut ait Curt. Jun. in d. 23. causa, vers. Septimo limitanda. Et pro hac opin. uidetur face re text. in ca. 1. per quos fiat inuestit. qui expresse loquitur in possidente. Vide tamen quę dixi supra quęst. 82. vers. Quę autem.

Sed nunquid uasallus, qui per annū, & diem fuit negligens in petenda renouatione inuestiturę, poterit breui tempore purgare moram, ad exemplum emphyteutę? Respon. q̄ non, ita tenet Bal. in d. cap. primo, in prin. numero tertio, quo tempore miles. cuius opin. ceteri sequuntur, ut dicit Jacob. in dicto uerbo,

Qui quidem inuestiti, num. 37. Ego tamen, si casu contingeret, facile inclinarem in contrariā partē, quæ est quior, & ex quacunque causa excusationis admitterem uasallum, ad purgandam hęc moram intra breue tempus, non obstantibus argumentis quibus Bal. mouetur, ad quę facilius poterit responderi, tãro magis præsupposito, q̄ pœna priuationis hoc casu non incurratur ipso iure, sed requiratur sententia, ut dixi supra, vers. Item quero.

Sed pone, q̄ dominus post annum, & mensē, recepit uasallum ad solita seruicia, & scdm usum consuetum, nunquid censetur illi remissis hanc quasi ingratitudinem? Respond. q̄ sic, ita tenet gl. in d. c. primo, in uerbo, Et mensē, & in gl. fin. quo tempore miles, & ita tenent communiter Doctores ut attestatur Aluarot. in eodem cap. 1. columna 4. quem refert Curt. Jun. in d. 23. causa ver. Sexto limitatur, & in dicto consilio 142. nu. 14. Hanc etiam gl. dicit esse communiter approbatam Alexi. consilio 14. p. 2. num. 10. vers. Ergo quęstionem. lib. 2. Socin. consil. 67. post num. 19. vers. Sexto ista. lib. 3. Et hanc opi. dicit esse communem Socin. Jun. in d. consil. 115. nu. 12. lib. 2. Videtur enim dominus, illum recipiendo uti uasallum, tacite iuri suo renunciaisse.

Quero nunc in proposito huius materię, Pone dominus feudi decessit relicto pluribus hæredibus, nunquid teneatur uasallus ab omnibus petere inuestiturā, & omnibus præstare iuramentum fidelitatis? Respon. in hoc articulo uarię fuerunt opinionēs, nam glo. in l. si cuius §. primo, q̄ in libro meo nō est. §. sed lex, incipiens, si usus fructus, in uerbo, Q̄ oportere. ff. de usufructu. tenet, q̄ omnibus hæredibus domini faciendum sit iuramentum fidelitatis, & hęc opinio. dicit esse communem Zasius de feud. in septima parte, vers. Ceterum si dominus, dicens, quod illam cum Pyleo tenet glo. in cap. 1. §. omnes filij, si de feudo defuncti, &c. Sed in hoc iudicio meo fallitur, quia imo glo. in d. §. omnes, in fi. relidet in alia opinio, quod scilicet non teneatur

facere

facere fidelitatem nisi vni, quā dicit esse
cōmūnem a lber. in d. l. si cuius, in prin.
verlic. vltimo, & hanc sententiam, q̄ nō
teneatur nisi uni iurare, & q̄ sit in ele-
ctioe uasalli cui iuret, dicit Arc. in l. 2.
§. ex his, in secundo notab. ff. de verb. ob-
lig. q̄ sequeremur in practica, quia est
communis, quem refert, & dicit esse ma-
gnū verbum lat. in l. de pupillo. §. si
plurium, nu. 6. ff. de oper. no. nunc. dicit
etiam Iacobi. in verbo, Qui quidem iu-
uēstici, nu. 28. q̄ hęc sententia, q̄ uni tan-
tum ex pluribus h̄reditibus sit prestā-
dum iuramentum fidelitatis, tanquam
magis communis seruatur in practica.
Hanc etiam dicit esse cōmūne. A post.
ad Dec. in l. ea q̄ in partes. ff. de reg. iu.
Et dicit Molin. in consue. feud. §. 2. gl. 4.
numero 53, in fin. q̄ ita obseruamus. Et
ita etiam seruari in specie apud Germa-
nos attestat Zasius in loco supra alleg.
Ego semper vidi seruari, q̄ vasallus unū
tantum habet dominum, neque plures
habere cogi potest, ut dicit tex. in c. Im-
perialz. §. Pręterea ducatus, de prohib.
feu. alien. per Frid. quia ut plurimū isti
domini supremi, uel unum ex plurib. si-
lijs relinquunt heredem in eorū titū-
lo supremo, & iure superioritatis, uel si
plures relinquūt, adiudicāt singulis, suas
prouincias, uel ciuitates, cū iure superio-
ritatis eis spectante, occasione illius pro-
uincie, uel ciuitatis, ita q̄ quilibet eorū
uasallus, habitatus est suū certū
dñm, & nunquam vidi plures heredes
possidere tale ius superioritatis pro in-
diuiso, si tamen casus contingeret, cre-
do, q̄ possit vasallus ab eis petere, q̄
vnius tantum ex ipsis sibi assignaret in
dominium, & si id non faceret, possit de
inde ipse quem mallet ex eis sibi in do-
minum eligere, & ei iurare, iuxta cōmū-
opinio. de qua supra, sed q̄ ipse, nulla
precedente requisitione, possit unum
ex pluribus, quem ipse mallet eligere, nō
credo esse in iure verum, neq̄ seruari in
practica, saltē in istis regionibus, tamen
ubi ita seruaretur, non esset recedendū a
cōmūni obseruantia.

Pręterea quęro, pone, q̄ vnus agna-
tus transiret partem suam feudi anti-

qui in alium agnatū habentem partem
eiusdem feudi, nunquid iste tenebitur a
domino petere inuestituram pro ea par-
te, quam d. no. 10. acquisiuit? Respond.
aut iste agnatus accipit portionem alte-
rius agnati per ius accrescendi, puta, q̄
agnatus nōdam agnata sua portioe feu-
di decessit, uel ob non petiti intra debi-
tū tempus inuestiturā, illam amisit, &
hoc casu nō tenetur pro ista portioe sa-
cere se inuestiri. ex quo enim est potius
augmentum, quā noua portio, idem iu-
dicari debet de augmento, q̄ de principi-
ali. Aut vero isti dño agnati iam rece-
perant a domino inuestituram de eorū
portionibus, & prestiterant dño iura-
mentum fidelitatis, & hoc casu accipens
partem conlocij, tenetur infra annū, &
diem pro ea petere nouam inuestiturā
est enim noua portio, & ideo pro illa et
est prestādum iuramentū fidelitatis, &
hęc distinctio traditur cōiter per scri-
bentes, ut dicit Curt. iun. in dicta quar-
ta parte, in ultima cā amissionis feudi,
in tertia regula, colum. 3. ver. Circa hęc
tertiam. Quę quidem mihi placeat, quan-
tum ad hoc, ut uasallus post factū excu-
saretur, sed ante factum consulerem, q̄
uasallus, qui pro parte tantum fuisset a
dño recognitus, & pro ea iurasset, qua-
modocunq̄ ei noua portio deferretur,
pro ea procuraret tempore debito reco-
gnitū, & inuestiri, & offerret nouum fi-
delitatis iuramentum pro ea domino
prestare.

Succesius quęro, an iuramentum fi-
delitatis possit prestari dño a vasallo p̄
procuratorem? Respond. quōd sic, ita te-
net Bald. in cap. primo. §. primo, neme-
ro sexto, quo tempore mil. & est magis
cōmūnis opin. ut dicit Iacobi. in ver-
bo, Qui quidem inuestiti, numero deci-
mo. Quam ego etiam sequor, dummodo
iste procurator habeat ad hoc speciale
mandatum ab ipso uasallo, p̄ out est de
mente omnium scribentium in hac ma-
teria, & prout etiam dicit esse magis cō-
mūnem opinionem Iacobi. in dicto ver-
bo, Qui quidem inuestiti, numero vige-
simosecundo in fine, & ita ubique obser-
uatur.

Quęst.

Q V A E S T. L.

S V M M A R I V M.

Vasallus alienans feudum sine consensu domi-
ni, an priuatur feudo. *Remissio.*

3. causa. **Q**uero, an vasallus alie-
nans feudum sine domi-
ni cōsentu priuatur feu-
do? Respond. sic, dixi lare, supra q. 31.

Q V A E S T. L I.

S V M M A R I V M.

Vasallus cessans per triennium a solatione
pensionis an cadat a feudo.

4. causa.



Quero, aliquis habet
feudum, pro quo ten-
etur prestare certā
pensionem, nunquid
si cessauerit per bien-

nium, vel triennium a prestatione huius
canonis, vel pensionis, cadet a feudo ad
exemplum emphyteute? Respond. quōd
non, ita tenet §. de locato. §. nunc ali-
qua, verlic. 85. Et est cōmūnis opin. vt
dicit Alexan. cons. 9. num. 3. lib. 3. quem
refert Marf. singul. 446. magna prolecid.
& Cassador. decis. 2. de iureiur. num. 6. li-
cet in libro meo ambo illū corrupte sub
alio num. allegent. Hanc etiam dicit esse
cōmūnem, Dec. in aucten. qui rem. nu.
7. c. de sacros. eccles. & cons. 138. num. 5.
Curt. iun. de feud. in 4. parte, in 23. cau-
sa priuationis feudi in 4. limitatione.
lat. in preiudicij feudorum, num. 57. &
sen. Hęc enim causa priuationis, non est
a iure posita in vasallo, cum ergo ita non
sit iure cautum, neque nos id dice-
re debemus, est enim feudum de
sui natura concessio gratio-
sa, & specis benefi-
cij, quod his ca-
ducitatis
regu
lis recipientem non
adstringit.

Q V A E S T. L I I.

S V M M A R I V M.

Vasallus non alens dominum, an priuatur
feudo. *Remissio.*

5. causa. **Q**uero, nunquid vasallus
non prestans alimenta
domino egeno, vel eum
in carceribus, vel capti-
uitate existentem liberare non curans,
priuatur feudo, dixi supra q. 23. & 24.

Q V A E S T. L I I I.

S V M M A R I V M.

Vasallus faciens contra iuramentum fide-
litatis priuatur feudo.
Et quid si habeat feudum a pluribus, &
delinquat tantum contra unum, ibid.

6. causa.



Vfciis, q̄ vasallus qui
delinquendo facit cō-
tra contenta in iura-
mento fidelitatis, po-
test feudo priuari, ita dicit glo. cap. 1. §.
similiter, in verbo, Sciens, quib. mod.
feud amittit. quę est cōmūniter appro-
bata, vt dicit Alexan. cons. 18. num. 16.
libro 6. Modo vnus vasallus habens rem
in feudum a pluribus, delinquit contra
vnum ex dominis, Quęro, an cadat in to-
tum a feudo, an autem pro parte tantum?
Respond. quōd cadit pro parte tantum,
ita colligitur ex text. in capit. primo de
vas. qui contra constitutionem Lothar.
& c. & ita cōmūniter dicitur, vt ait
Alexan. in l. cōmūnis, numero 10. ff. de
in ius vocan. Videtur enim solum pro
parte deliquisse, ex quo enim tantum of-
fendit, quem pro parte duntaxat in do-
minum recognoscit, & ideo vbi teneret
feudum a pluribus insolidum, res non
transiret sine difficultate.

Quęst.

QVAEST. LIIII.

SVMMARIVM.

Vasallus an possit feudo priuari propter amicitiam contra factam cum inimicis domini.

7. Causa. **Q** Væro, an vasallus possit feudo priuari propter amicitiam contra factam cum inimicis domini? Respon. q̄ sic. ita dicit glo. in c. r. in verbo, Concubuerit, quib. mod. feud. amitt. & in l. 1. §. cum patronus in verbo, Cum inimicis. ff. de off. prefec. vrb. quas glonas sequuntur communiter Doctores, vt ait Gratus consilio 1. num. 81. lib. 1. Non enim videtur domino fidelis, qui cum eius inimicis amicitiam contrahit. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, q̄n talis amicitia fuit per vasallum contracta in perniciem domini, alias autem propter solam amicitiam contractam cum inimico dñi ad alium effectum, nõ esset vasallus feudo priuandus. Ita dicit glo. in c. r. §. porro, in verbo, Assisterit, quæ fuer. prima cauta benef. amitt. & in c. r. in verbo, Scienter, hic potest esse tit. quib. mod. feud. amitt. quam sequuntur communiter feudisti, vt dicit Cur. l. un. de feud. in quarta parte in 15. causa priuationis feudi.

QVAEST. LIV.

SVMMARIVM.

Vasallus relinquens dominum in prelio, an priuetur feudo.

8. Causa. **Q** Væro, an vasallus relinquens dñm in in prelio, priuetur feudo? Rñ, q̄ sic, si dñs non sit mortuus, nec ad mortem vulneratus, tex. est in c. r. in princ. quibus mod. feud. amitt. tenetur enim vasallus dominum adiuuare, dixi supra questio. 21.

QVAEST. LVI.

SVMMARIVM.

Vasallus deteriorans rem feudalem, an possit feudo priuari.

9. Causa. **Q** Væro, si vasallus notabiliter abutatur re feudali, illam deteriorando, nunquid erit sufficiens cā, vt possit feudo priuari? Rñ, q̄ sic, & ita tenent oēs, vt dicit Molin. in cōsue. Paris. feu. §. 80. nu. 166. moti exemplo emphyteuta, qui q̄ deterioracionem potest à re emphyteutica expelli. Hæc tñ conclusio nunquam mihi placuit, quia argū de emphyteuta ad vasallum non procedit ad intelligendam penam priuationis, vt dicunt omnes L. o. s. per me allegati supra in q. 51. ideo nisi vasallus dissipater, vel dilapidaret maiorem, vel meliorem partem rei feudalis, tenerem, q̄ non posset feudo priuari. Est enim feudum quasi donatio, saltem respectu vtilis domini, merito non debet esse in consideratione etiam notabile detrimentum, q̄ vasallus faciat in re feudali citra tamen præiudicium ipsius directi domini.

QVAEST. LVII.

SVMMARIVM.

Vasallus sciens immere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat à feudo.

Et quid si non potuit illum certiorare, versic. Hæc tamen.

Et quid si potuit obuiare periculo domini, & non fecit, versic. Sed quid.

12. Causa. **Q** Væro, nõquid vasallus sciens imminere periculo domino, siue circa personam, siue circa grauem iacturam bonorum, si dominum non certiorauit, possit feudo priuari? Respon. q̄ sic, & de hoc est tex. expressus in c. r. §. præterea, quæ fuerit prima causa bene. amitt. Hæc

QVAEST. LIX.

SVMMARIVM.

Vasallus an possit priuari feudo sine causa. Vasallus negas tenere feudum a domino, illud amittit, versic. Adde quod. Et quid si negat tantum partem, an cadat a toto, versic. Sed quid si vasallus. Et quid si simpliciter negauit narrata prout narratur, versic. Sed quarto.

Q VÆRO, an vasallus possit feudo priuari sine causa? Respon. quod non etiam de plenitudine potestatis, & ista est communis resolutio Doctorum, vt dicit Cranetta de antiq. tem. in prima parte sectione prima, num. 17. Cum enim vasallus sit utilis dominus feudi, non potest princeps, etiam Imperator, illud dominium sine causa ei auferre, tanto magis, cum feudum sit contractus, & seruandū communes regulas, princeps ex contractu obligatur, sicut priuatus.

12. Causa. Vndecim autem causas propter quas potest vasallus feudo priuari, vidisti supra in proximo cōsue. & de q̄ vasallus negans tenere feudum à domino amittit feudum, tex. est in c. r. §. vasallus si feudum, si de feud. defun. conten.

Sed quid si vasallus neget tantum partem feudi, vel certa prædia, nõquid cadet à toto feudo, an autem tantum à parte negata? Respon. q̄ cadat tantum à parte, vel re negata, ita tenet gl. id. §. vasallus si feudum, in uerbo, Scientia. Et licet Pet. de Ceruo. tenuerit contrarium, q̄, scadat à toto feudo, tamen eius sententia ab omnibus feudistis reicitur, ut dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. num. 5.

Sed quarto, pone, vasallum non negauit in specie feudum, sed licet contestando, negauit narrata prout narratur, & c. ut solet fieri nõquid diceretur negasse feudum, ita q̄ incidat in penam priuationis? Respon. q̄ non, argumento eius quod dicit Bart. in l. 1. dubitetur. §. ita demum. in fin. ff. de fideiussor. & ita tenet Jacob. de

Tract. Inl. Clar. Q feud.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando vasallus potuit dominum certiorare, & non fecit, alias autem si non potuit dominum certiorare non est puniendus, ita colligitur expressè, ex verbis illius text. dum dicit quàm citius potest. Et ita concludit gloss. ibi in verbo, Certiorare, quam dicit esse communiter approbatam Cur. l. un. de feud. in d. quarta parte in 26. causa, versicu. Secundo limita. Valde enim iniquum esset, vt pro eo quod quis abique culpa facere omisit, puniretur.

Sed quid si tunc quidem cum sciuit, nõ potuit certiorare, postea vero potuit facere resistentiam, & obuiare huiusmodi periculo, aut damno domini, & non fecit? Respon. q̄ hoc casu non est excusandus à priuatione feudi. ita dicit gl. in d. §. præterea, in verbo, Certiorare; & ita sublimitant communiter scribentes, vt dicit Cur. l. un. in dicta 26. causa, in fi. Videtur enim quodammodo consentire delicto, qui cum posse delinquere volenti resistere, non resistit, & licet regulariter quis non tenetur obuiare delicto, tamen quando id commodè facere potest, & sine tui periculo, utique tenetur, ut dixi infra l. 5. §. fin. quæ est, 87. versic. Dicitur est, & in proposito, huius conclusionis uidentia sunt quæ dixi in ea. q. 87. circa principi.

QVAEST. LVIII.

SVMMARIVM.

Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo.

11. Causa. **Q** Væro, nõquid vasallus occidens seipsum, priuetur feudo? Resp. q̄ nõ. ita determinat Bal. in c. r. quib. mo. feu. amitt. prout illum refert Jacob. de feud. in uerbo, Dicitur, vasalli promiserunt, et primo. nu. 19. ubi dicit, q̄ ceteri Doctores eum sequuntur. Est enim hoc delictum vasalli nullo modo concernens offensionem domini, merito propter illud non debet vasallus, neque eius hæredes feudo priuari.

feud. in uerbo, Dicit uasalli, el primo, num. 35. & ita practatur, ut dicit Molin. in d. §. 30. num. 8.

QVAEST. LX. SVMMARIVM.

Quot testes requirantur ad probandum ingratitudinem sine feloniam contra uasallum.

Quero, quot tests requirantur ad probandum ingratitudinem, siue feloniam contra uasallum? Respond. de hoc habemus text. expressum in capitu. 1. quot testes sint necess. ad proban. & c. quod requiruntur quinque, qui sint omni exceptione maiores. Sed punctus est, quia Molin. post nonnullos alios dicit, quod ille text. non est authenticus, q non seruatur. Tu dic, quod imo est authenticus, & est lex, & pro lege seruari debet, & ita tenent omnes scribentes, ut dicit Iacob. in uerbo, Dicit uasalli, el primo, num. 55. Et dicit Bertrand. conf. 115. num. 31. lib. 2. in 2. parte, quod ita tenent communiter Doctores.

QVAESTIO LXI. SVMMARIVM.

Uasallus qui coactus aliquid fecit contra dominum, an debeat feudo primari. Et quid si illud fecit per metum, uer. Sed quid si illud.

Quero uasallus fecit aliquid, propter quod est feudo priuandus, nunquid si illud fecit coactus, debet nihilominus feudum amittere? Resp. quod non, ita dicit gl. in ca. 1. §. porro, in uerbo, Perdit, que sue. prima causa bene. amit. quam sequuntur communiter scribentes, ut dicit Gratius consil. 5. numero 23. lib. 1. Non enim dicitur delinque-

re, qui aliquid coactus facit.

Sed quid si illud fecerit per metum? Respond. quod pariter excusabitur, ita sentit gl. in ca. 1. §. similiter in uerbo, Priuabitur, de consuetud. recti feud. quam sequuntur communiter Doctores, ut ait Grammat. consil. 13. num. 30. Quod tamen intelligo, ut procedat in iusto metu, & qui cadit in constantem uirum. Dico etiam, quod si cessaret nis, aut causa metus, & uasallus nihilominus perseveraret in offensione domini, tunc reputaretur uoluntarie delinquere, & ideo non esset excusandus priuatione feudi.

QVAEST. LXII. SVMMARIVM.

Uasallus propter ingratitudinem, uel aliam causam priuationis, an cadat ipso iure a feudo, uel sit per sententiam priuandus.

Quero, an in casibus, in quibus uasallus incurrat poenam priuationis feudi, priuetur feudo ipso iure, an autem requiratur sententia? Resp. quod regulariter non priuatur feudo ipso iure, sed post conuictam culpam, & sic secuta sententia, ita tenet gl. in cap. 1. in uerbo, Iure feudi, quibusmod. feud. amit. quae in hoc est communiter approbata, ut dicit Alex. consil. 124. num. 1. lib. 1. Et est communis opin. ut ait Curt. lun. de feu. in quarta parte i. ultima particula in prima dubitatione. Zas. de feud. in decima parte in fin. primae particulae. Et dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. num. 23. hanc esse communem, & ueram omnium sententiam, quod propter quamcumque causam amittendi feudum, siue propter negationem, siue propter non petitam in uestituram infra tempus debitum, siue et propter feloniam, nunquam amittitur feudum ipso iure, sed tantum post sententiam, excepto solo casu alienationis, & traditionis factae domino irrequisto, quo casu feudum amittitur, & ad dominum reuertitur ipso iure.

Quest.

QVAEST. LXIII.

SVMMARIVM.

Dominus recipiens seruitia a uasallo, an censetur illi remittere caducitatem, quam prius incurrerat.

Quero, nunquid dñs, qui post in gratitudinem uasalli recepit ab eo seruitium, censetur illi remittere ingratitudinem, & poenam? Rñ. q si ignorabat uasallum a feudo cecidisse, non censetur illi remittere caducitatem, & hoc approbant cõiter Doctores, ut ait Gratius consil. 2. num. 75. lib. 1. nani ignorantis nulla est uoluntas. Si uero sciebat eum cecidisse, tunc, q censetur remisisse, nisi in receptione seruitij fuerit protestatus, se id recipere saluo iure caducitatis. Vide in hoc proposito que dixi supra quaest. 49. uerfi. Sed pone.

QVAEST. LXIII. SVMMARIVM.

Ius priuandi uasallum feudo, an transeat ad heredes domini. Et quid si culpa erat talis, propter quam uasallus ipso iure cecidisset a feudo, uerfic. Sed quid si culpa.

PONE, uasallus commisit causam, propter quam poterat feudo priuari, dominus autem priuquam querelaret, decessit: Quæro nunquid ius priuandi uasallum transeat ad heredes ipsius domini? Respond. quod si dominus in uita non querelauit, tale ius non transit ad heredes. ita dicit gl. in cap. 1. §. 1. in uerbo, Concubuerit, qd mod. feud. amit. & est communis doctorum sententia, ut dicit Curt. lun. de feud. in quarta parte in ultima particula, in secunda dubitatione. Hanc etiam sententiam dicit esse cõmuniter receptam Ripa in l. fin. nu. 237. C.

de reuo. dona. Que tamen intelligenda est, ut procedat qñ dominus censuit culpam uasalli, & de ea conquestus non est, secus autem si non sciuisset, nam eo casu utriusq transit ad heredes, & hæc sunt doct. Iacobi de Beluif. in d. §. 1. qui omnes Doctores sequuntur, ut ait Iacob. in uerbo, Dicit uasalli, el primo, numero 51. faciunt quæ dixi supra questio. precedenti.

Sed qd si culpa erat talis, pro qua uasallus esset ipso iure priuatus feudo? Respond. q idem dicendum est. adhuc enim si dominus sciens querelam nõ fecerit, sed tauerit, non transmittit ad heredem ius reuocandi feudum, & ita tenent omnes scribentes, ut dicit Molin. in consue. Paris. feud. §. 30. nu. 127. in fin. Nam conclusio Doctorum solummodo fundit in coniecturata mente domini, qui, ex quo non querelauit, uideatur remisisse, que ratio pariter militat, siue ipso iure, siue per sententiam priuetur feudo. Et ideo ubique apparet de uoluntate domini in contrarium, puta, quia reuocasset iniuria ad animum, uel huiusmodi, tendendum esset, quod transmitteret ius priuationis ad heredes.

QVAEST. LXV.

SVMMARIVM.

Ius priuandi uasallum feudo, an transeat contra heredes uasalli.

Quero nunc quid econuerso? Pone, uasallus commisit feloniam, uel aliquid aliud, propter quod ceciderat a feudo, sed tñ prius q dñs querelam contra eum institueret, decessit, nunquid poterit dominus huiusmodi querelam proponere cõtra heredem ipsius uasalli, & eũ feudo priuare? Respond. q non, nisi effemus in casibus, in quibus uasallus priuatur feudo ipso iure, uel ex dispositione iuris, uel ex forma patii applicati in uestitura, sic enim bene possit querela proponi cõtra

Q ii hare-

heredem, ita dicit Bal. in c. Imperiali. §. Insuper, nu. 7. de prohib. feud. alie. per Frider. quem oēs sequuntur, ut dicit Jacob. de feu. in uerbo, Dicitur, uasalli el. j. nu. 53. circa fi. Quam opi. ego sequerer, ubi delictum esset adeo notorium, & inexcusabile, q̄ nullo pacto negari, aut de feudi possit. Sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunq̄ placuit, q̄ f. u. d. u. possit hoc casu ab herede uasalli reuocari, et e. n. ualde iniquum, ut de delicto mortui, q̄ se defendere non pot̄, agatur ad p̄iudiciam heredis, qui non deliquit, & cum semel iste casus in facto cōtingeret, ita cōsiliū dicebam etiam, q̄ licet ille esset casus in quo uasallus erat ipso iure priuatus feudo, neque requirebatur sua, tñ ex quo agebatur contra heredem, vel agnatum, qui erat uocatus ex tōre inuictur, non poterat ab eo auferri feudum, nisi p̄cedente sententia, & processu, ex quo iste esset tanquam tertius possessor, & tandem post longam litem res fuit composita, feudo remanente apud filium ipsius uasalli, qui deliquerat.

QVAEST. LXVI. SUMMARIUM.

Feudum priuato uasallo, an aperiatur domino, uel agnatis.
Et quid in feudo nouo, uersicu. Et hęc quidem.
Et quid si sit antiquum, uersicu. Sed si feudum.
Et quid in agnatis collater alibus ipsius uasalli delinquentis, ibid.
Et quid si feudum sit concessum pluribus agne principaliter, uer. Sed in oēm.
Et quid si uasallus priuatur feudo, ex aliquo delicto non concernente aerefo personam domini, uers. Aut uero.
Et an aperiatur omnibus agnatis indistincte, uers. Sed quaro.
Et quid si priuatur propter alienationē ipsius feudi domino irrequisito facta, uers. Sed quid si uasallus.

Et quid si priuatur ex eo q̄ fuerit contentum in affectione Imperatoris Romā proficiscentis ad seseipendiam coronam imperij, uers. Non ouitio.



Varo, q̄ nō uasallus priuatur feudo, cui aperiatur ipsum feudū, scilicet an dño, uel agnatis? Resp. Debes scire, q̄ quatuor modis principaliter feuda finiunt, scilicet morte uasalli, siue sine linea, Renūciatione, Delicto, & Alienatione. Si feudū finitur morte uasalli, quia scilicet eius linea, seu p̄rogenies in ipso delictat, nullū dubium est, q̄ aperiatur dño. An aut agnatis proximiores uasalli delicti possint petere se de ipso feudo inuestiri, dixi infra q. 87. Si finitur renūciatione uasalli, cui eo casu feudum aperiatur, dixi supra q. 34. Relat ergo, ut uideamus, q̄ feudum finitur delicto, uel alienatione cui applicetur, & hoc casu, scdm̄ doctores, Distinguendum est inter species delicti scilicet si culpa, aut delictū p̄ quod uasallus priuatur feudo, est tale quod de directo offendat dñm, tunc feudum reuertitur ad ipsum dominum, exclusis filijs uel agnatis ipsius uasalli delinquentis.

Et hęc qdem conclusio de plano procedit, quando feudum est nouum, nam hoc casu proculdubio aperiatur dño exclusis agnatis, & descendensibus ipsius uasalli, & in hoc contentiūt omnes doctores, ut dicit Aluarot. in ca. primo, §. denique, post nu. 8. uersic. Et prima conclusio, quæ facit prima causa bene amittit. Et dicit Iac. de feud. in uerbo, Dicitur uasalli, el primo, nu. 58. q̄ hanc conclusionem sequuntur communiter Doctores. Dicit etiam Curt. Iun. de feud. in quinta parte, in prima conclusione, quod in feudo nouo hęc conclusio est per omnes indifferenter approbata, quem refert Paris. consilio primo, numero 17. libro primo.

Sed si feudum sit antiquū, tunc si queatur de filijs, aut descendensibus ipsius uasalli delinquentis, ferē omnes in hoc conueniūt, p̄ eis exclusis feudum reuertatur

tatur ad dominum, & est magis communis opin., ut attestatur Alex. conf. 30. nu. 4. lib. 6. quod est duplicatum consil. 60. lib. 3. Sed in agnatis collaterilib. uasalli delinquentis, Doctores sunt uarij, nam multi tenuerunt, q̄ hoc casu feudū nō aperiatur domino, sed agnatis, & ita tenuit And. de Her. in d. §. denique. Multi uero p̄tulerunt contrarium, q̄ scilicet etiam huiusmodi feudum, hoc casu aperiatur domino, non agnatis, & hęc est communis conclusio, ut attestatur Curt. Iun. in d. prima cōclusiono, quem refert Gratius conf. 2. nu. 15. lib. 1. Hanc etiam esse communem, & ueram doctrinam affirmat Iou. de Anan. consil. 32. num. 5. Dec. conf. 544. num. 30. Gōzad. consil. 84. num. 7. Hęc tamen opi. mihi nunquam placuit, uider enim iniquū, q̄ uasallus possit delinquentem excludere agnatos a feudo eis debito iuritate primę iustitue re, absq̄; aliquo eorum facto, aut culpa. Nihilominus in practica, forte propter auctoritatem Doctorum, illa obtineret.

Sed in dñm casum ista conclusio nō haberet locum, q̄ tale feudum esset ita concessum, Titio & eius heredibus, de uno ad alterum reuertendo, uel Titio, & Sejo, & Caio omnib. principaliter, uel in solidum, uel attentijs meritis singularum, nam in his casib. ex quo uniusquique de per se principaliter considerat, uetus culpa alij nō nocet, ita scribit Bal. in d. §. deniq., post nu. 1. quem omnes sequuntur, ut ait Iacob. in d. uerbo, Dicitur uasalli, post nu. 58. uersic. Quarto limitabitur. Et post eum dicit Zas. de feud. in decima parte, in secunda particula, cōclusiono quarta, uersic. Tertio fallit, quod hanc doctrinam tenent communiter Doctores.

Aut uero uasallus priuatur feudo ex alio delicto, uel culpa non concernente directō personam domini, & hoc casu si feudum est nouū, applicatur domino, & in hoc nemo discrepat, ut dicit Curt. Ianior in d. 5. parte, in secunda cōclusiono. Ac si uero est antiquum, reuertit ad agnatos, non autem ad dominum, ita tenet And. de Her. in d. §. Denique. Et ista conclusio est p̄ omnes approbata, ut di-

cit Curt. Iun. in dicta quinta parte, in tertia cōclusiono. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexand. in l. fi. finita. §. si de uersigalibus, col. 15. ff. de damno infecto, prout illum refert Dec. consilio 253. post nume. 6. licet ego non reperiam Alexand. ibi hoc attestantem. Ita etiam dicit communiter teneri, P̄positus in d. capit. primo, §. penul. quem refert Zas. de feu. in dicta decima parte, in secunda particula, in quinta cōclusiono.

Sed quero, an hoc casu aperiatur omnibus agnatis indistincte? Respon. quod non, sed excluduntur filij, & descendentes omnes, item etiam transuersales agnati in tra quartum gradum, ita tenet Iac. de Beluis. in ca. primo. S. si uasallus culpā. si de feudo fue. contro. Et est communis opin. ut dicit Ruin. consilio 23. num. 32. libro quinto. Quę opi. semper mihi uita fuit dura, ut dixi supra uer. Sed si feudum. Tamen p̄supposito, q̄ sit uer. recipit unā singularem limitationem, ut scilicet non p̄cedat, nisi in feudo simpliciter recepto, quod aliqui appellat in forme, puta, cōcedo tibi hoc caltrum in feudum. Secus autem si feudū fuisset receptum à patre, uel aucto ipius delinquentis ex parte, pro se, & liberis, uel p̄ se, & filijs, uel huiusmodi, nam eo casu admittuntur indistincte omnes agnati, & filij ipsius delinquentis, ita tenet Cyn. in l. secunda, C. de lib. & eorum liber. quem in hoc ceteri scribentes sequuntur, ut dicit Alex. in d. §. si de uersigalibus, numero 29.

Sed quid si uasallus cadat à feudo, eod̄ quia ipsum feudum irrequisito domino alienauerit, nunq̄d hoc casu feudum de uelutur ad dominum, an autē ad agnatos? Respon. in hoc articulo uarię fuerunt Doctorum opi. nam aliqui simpliciter dicunt, q̄ defertur domino, non autem filijs, uel agnatis, & hanc opi. dic. it esse magis communem Alex. consil. 14. post num. 11. uersic. Venio ad securum, quem refert Socin. Iun. consilio 77. numero 139. libro primo. Alij uero distinguunt inter filios, & agnatos, & dicunt, q̄ factum uasalli alienantis irrequisite

QVAEST. LXXI.

SUMMARIUM.

*Dominus alienans vasallos multos in aliu, an priuatur proprietate feudi. Respon-
sive.*

Quero, an dñs alienans uasallos multos in aliu, priuatur proprietate feudi? dixi §. q. 28. uerfic. Sed quero.

QVAEST. LXXII.

SUMMARIUM.

Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur.

Quero, quando dominus propter aliquam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui illa applicetur, an uasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini? Respon. quòd in hoc variè fuerunt opin. Doctorum, sed gl. in cap. 1. in gl. 1. qua. li. do. feu. prop. priuè. tenet, quòd directum dominium consolidetur cù utili, & sic, quòd applicetur uasallo. Et dicit Syl. de feudi cogn. q. 32. qñc uidetur receptor opin. Ego credo, qñ hoc opin. non sit uera, & forte etiam non sit communis, neque obseruet in practica, & ideo semper tenui, quòd si ille dñs habeat alium dominum superiorem, applicetur illi domino superiori, nisi adessent agnati ipsius domini inferioris, qñ essent uocati ad ipsum feudum ex tenore inuestiturae, nam eo casu crederem feudū ad ipsos deuolui. Si uero non adessent neq; agnati, neq; dominus superior, bene posset procedere illa opi. quòd scilicet consolidaretur directum cù utili, & superioribus annis cū quidam Marchio fuisse priuatus feudo propter iniusticiā erga subditos, consuluerunt multi Doctores, quòd feudum erat aplicandum agnatis, qui erant uocati ex tenore inuestiturae, & non autem Calari, & ita credo

fuisse indicatum per consilium Celsarum.

QVAEST. LXXIII.

SUMMARIUM.

Fœmina an succedat in feudo. Et quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iurisdictionem, uer. Sed quero.

Et quid si expresse sint uocata fœmina in inuestitura, uer. Item quero.

Et quid inter sit, an inuestitura concepta sit per uerba masculina, & fœminina, uel masculina cum fœminina, uer. Et in hoc proposito.

Et quid si feudum fuerit a principio concessum fœminis, uer. Præterea quero.

Et quid in feudo empto, uer. Sed quid in feudo.

Et quid in feudo pro quo nullum seruitium præstatur, uer. Vltius quero.

Et quid si seruitium ita possit præstari per fœminam, sicut per masculum, uer. Item quid si feudum.

Et quid si statuto, uel consuetudine introductum fuerit, ut fœmina in feudo succedat, uer. Sed quid si adit.

Quero, an fœmina succedat in feudo? Respond. qñ regulariter non succedit, tex. est in c. 1. §. hoc autem, de his qui feudi. dare poss. & est communis regula, ut ait Dec. cōf. 1. 39. ver. Sed tñ, & ita moribus feudorū receptum est, ut ait Zal. de feud. in 8. parte, uer. Sup. scilicet da partic. Ratio autem quare fœmina reputatur inhabilis ad feudū, est, quia non potest dominum iurare, nec pugnam facere, ita dicit gl. in d. §. hoc autem, in uerbo, à successione feudi, quæ in hoc est communiter approbata, ut ait Ale. cōf. 10. post num. 6. lib. 5. cōf. 1. 98. num. 9. lib. 6. Ruin. cōf. 1. 8. num. 1. 3. lib. 1. Quæ tamen ratio mihi plenè non satisfacit, prout et non satisfacit ipsi gl. quæ ppterca subdit, quòd fuit prolatione uoluntas.

Sed

sed quero, qñ si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatē, & administrationem cum mero, & mixto imperio, nunquid fœmina erit eorū capax? Respon. quòd non, ita tenet Bart. in l. circa med. ff. de reg. iur. & est cōmunis opi. ut dicit Socin. l. un. cōf. 68. num. 26. lib. 1. Ruin. cōf. 99. post nu. 15. ver. Solum igitur, lib. 1. Sed tamen quid quod sit de iure, uideamus de cōsuetudine contrariū obtineri, quia mulieres quod iudicē succedūt in comitatibus, & aliis dignitatibus, & etiam in regnis.

Itē quero, qñ si fœminæ expresse sint uocatae in inuestitura, qñ scilicet feudū concessum sit pro masculis, & fœminis? Respon. qñ hoc casu, deficientibus masculis, fœminæ admittuntur, & ita omnes communiter concludunt, ut dicit Paris. cōf. 12. nu. 33. lib. 1. & hoc modicā hēt difficultatem.

Et in hoc proposito aduerte ad unū, sup quo proximis diebus cōsului, quòd plurimum interet, an inuestitura sit concepta, pro masculis & fœminis, aut pro masculis cum fœminis, quia si feudū concessum sit pro masculis cū fœminis, uenient ad successione feudi masculi & fœminæ, simul, & semel. Si uero sit concessum pro masculis, & fœminis, uenient ordine successiuo, scilicet prius masculi, deinde masculis deficientibus, fœminæ, ita dixit notabiliter Bal. in l. quoties, nu. 5. c. de suis & legi. & dicit Taf. in l. Gallus, §. qñ dā recte, nu. 32. ff. de lib. & posth. qñ ita tenēt omnes. Et hęc opin. dicit esse cōm Paris. in d. cōf. 1. 12. nu. 17. & seq. lib. 1.

Præterea quero, quid si feudum sit maternū, siue fœmineum, scilicet à principio concessum uni fœminæ, nunquid post ea ad tale feudū etiam alia fœminæ admittent? Respon. qñ sic, ita probat text. in c. 1. de nat. success. feud. Sed hoc intellege ut procedat, ubi masculi nō extarēt, & ita procedat tex. qñ uidetur aperte contrariū, in cap. 1. de benef. fœmin. secundum communem intellectum, ut dicit Curt. l. un. de feud. in tertia parte principali, in prima regula, uer. Secundo singulariter limitate, & Zal. de feud. in octa

ua parte, in secunda particula, uerfic. Super predicta conclusio, subdens, qñ ita tenet communiter Doctores. Et ratio est, quia ex quo tale feudum in fœminis originē habuit, non est inconueniens, quòd successiue etiam fœminæ ad illud admittantur.

Sed qñ in feudo empto, nunquid fœmina succedit? Respon. quòd in hoc iur. opi. inter Doctores, nam And. de Isern. in d. c. primo. §. hoc autem, tenet, quòd etiam in feudo empto fœminæ non succedant, & hanc esse cōmunē opi. attestatur Brun. cōf. feudali. 18. numero. 9. Contrariam autē sententiam, qñ imò a successione huiusmodi feudi fœminæ nō excludat, tenet Odofred. in summa, qñ possunt succedere in feud. & hęc dicit esse cōmunem, Dec. cōf. 350. num. 7. Paris. cōf. 4. nu. 39. libro 1. referens Curt. l. un. ita attestari in dicta prima regula, uerficul. Sexto limitate. Et hęc opinio Odofredi mihi magis placet, quam etiam credo esse magis cōmunem, & ueriores, quia reuera tale feudum emptum non habet propriam naturam feudi, ut dixi supra q. 16. uerfic. Sed quero. Quam tamen intelligo ut procedat, nisi ex iure sit ut ipsius tenore essent expresse uocati masculi, non autē fœminæ, nam eo casu crederem fœminas esse excludendas etiā si masculi non extarent, principaliter enim in successione feudorū attēdimus tenorem inuestiturae, in qua si solum essent nominati masculi, appareret de mente concedentis, qñ fœminæ nō admittentur. Addunt alii, qñ ad hoc ut fœminæ possint in feudo empto succedere, duo requirunt. Primum, quòd feudū fuerit iusto precio emptum. Secundum, quòd pro ipso feudo nullum seruitium sit præstandum, & hanc dicit esse cōmunem opi. Socin. l. un. cōf. 65. post num. 16. ver. Vel tertio, libro 1. Sed hęc declaratio in secundo requisito mihi nō placet, quia eam tenendo, additur omnino superflua, & manīs prædicta conclusio, nam fœminæ semper esse capax feudi, quando pro eo nullum seruitium præstatur, siue sit emptum, siue non, ut statim dicam,

Vltius

Vltcrius q̄ro, an mulier sit capax feudī, pro quo nullū prestatur seruitium? Respond. quōd sic, ita tenet Bal. in c. 1. §. & q̄a, nu. 19. qui feud. dare poss. & hāc opi. dicit esse communem Curt. Iun. in dicta prima regula, uer. quinto limitate. prout illum refert Paris. consi. 4. nu. 19. lib. 1. & consi. 12. nu. 27. eod. volum. & consi. 23. num. 30. eod. uolum. nisi tamen uerba inuestiturę repugnant.

Item qd si feudum concessum sit pro certo seruitio, quod ita potest prestari p̄ feminā sicut pro masculū, nunquid ad tale feudum feminā admittet? Respon. quōd sic, ita tenet Iacob. de Beluis. in c. 1. §. quin erit, in titulo, episcopus, uel abbatē, quē sequuntur omnes feudistę, ut dicit Cozad. consi. 56. nu. 18. Et est cōmuni limitatio, ut dicit Curt. Iun. in dicta prima regula, uer. Nono fallit. Et licet hęc duę conclusiones forte in puncto iuris paterentur aliquam difficultatē, ex quo non sola p̄fatio seruitii est causa excludendi feminas a successione feudorū, tamen in p̄actica non esset ab eis recedendum, nisi (ut dixi) uerba inuestiturę repugnant, uel consuetudo cōtrariam interpretationem recepisset, à qua p̄fertim in causis feudalibus, nullo modo est recedendum, ut statim dicā.

Sed quid si adit cōsuetudo in aliqua p̄uincia, uel statuti disponens, quōd feminę possint in feudis succedere, nūquid in ipsa p̄uincia feminę erūt ad successiōnē feudorū admittendę? Respon. quōd sic, & ita communiter cōcluditur, ut ait Paris. consilio 21. num. 13. lib. primo. Nam in successione feudorū potissime attendimus consuetudinem, cum enim feuda ipsa à principio introducta fuerint pro consuetudinem, merito debent etiam ab ipsa consuetudine regulari. Sed pone, quōd princeps, uel Imperator uelit dispensare, quōd feminā possit in feudo succedere, quēro an possit hoc facere in iudicium agnatorum, qui successuri essent in feudo? Respond. quōd non, & ita communiter cōcludūt doctores, ut dicit Socin. Iun. cōsilio 76. num. 18. lib. 1. nō enim potest princeps auferre ius alteri quęstum, sed dato,

quōd possit, saltem non deberet hoc princeps facere.

QVAEST. LXXIII SVMMARIVM.

Filius exheredatus, an succedat in feudo.

Quero, an filius exheredatus possit in feudo succedere? Respon. secundū Iacob. Ardizo. in summa de successio. feudi sub Rubricā. an filius exhered. succe. in feudo, q̄ si filius fuit iniuste exheredatus, pot̄ in feudo succedere, rumpendo testamentum per querelā inofficiōsi. si uero sit iuste exheredatus, non succedit in feudo, & hanc opi. dicit esse communem Curt. Iun. de feud. in tertia parte principali. in materia successio. descendenti, q. 3. quem refert Paris. consi. 1. nu. 7. lib. 1. & in proposito facere uidetur quod dicit Zas. de feud. in octaua parte, uer. De exheredato, q̄ est consequentia in feudis recepta, ex quibus causis filius potest exheredari ex eisdē potest etiā feudo priuari. c. 1. §. p̄dictis modis, q̄ fuit prima causa bene amitt. Resolutio huius quęstionis pendet ab illa, nunquid filius possit feudum retinere sine hereditate paterna, p̄pterea dic. Aut exheredatio est nulla & non est in consideratione. Aut est ualida, & tunc aut sumus in casibus in quibus filius potest habere feudum, etiā si nō sit hęc patris, & pariter exhereditatio non est in consideratione quo ad successiōnem feudi, aut sumus in casibus in quibus requiritur, quōd sit etiā hęc ipsius patris, & tūc iste filius iuste exheredatus nō potest in feudo succedere. Neque. §. p̄dictis modis, facit in p̄posito quia aliud est dicere, quōd dominus potest uasallū feudo priuare, ex omnibus causis ex quibus pater potest filium exheredare, ut ibi, aliud est dicere, quod pater potest exheredando priuare filiū feudo, quia si esset feudum ex pacto, & p̄uidencia maiorum suorum acquiritum,

tum, nō potest uasallus de eo aliquo modo in testamento disponere, ut dixi supra quart. 40.

QVAEST. LXXV. SVMMARIVM.

Filij fratrum in feudis, an succedant in stirpes, uel in capita.

Et quid si uocentur sine patris, uerben. Difficultas est.

Quero, uasallus ultimo moriens reliquit nepotes ex multis eius fratribus p̄defunctis, nunquid isti filij fratrum succedēt in capita, an autē in stirpes? Hęc q̄ in alijs successiōnibus ab intestato multū inter doctores controuertit dixi supra lib. 3. §. 1. ubi tenui magis cōm opi. esse, q̄ succedant in stirpes, & non in capita. Sed quid dicemus in feudis? R̄s. q̄ si isti filij fratrum ueniāt ad successiōnem feudi simul cū patre, si autē uasalli defuncti, ueniunt in stirpes, & non in capita, idemq̄. si ueniāt ad successiōnē aut simul cum patre, & hoc est indubitandū secundum oēs, ut ait Auarot. in c. 1. in prin. nu. 2. de succ. feud.

Difficultas est quando uocantur sine patris, & hoc casu sunt opi. inter doctores, nā Iaco. Ardiz. in summa, tenuit, q̄ succedant in capita, & dicit Bal. in autē. cessante, post nu. 2. uer. Sed hęc ratio. C. de legi. hęc. q̄ ita communiter determinatur, quem refert Iaco. de feudis in uerbo, p̄sentes, & recipientes, nu. 13. Hęc etiam cōclusionem, q̄ in feudis diuisio fiat in capita, dicit communiter teneri Raph. comē. in auc. eum fratres. la 2. C. de legi. hęc. & post eum Corn. ibi. in fi. uerbis. Contrariam autē opi. f. q̄ immo succedant in stirpes, tenuit Bal. in c. j. §. his uero, nu. 2. de success. frat. uel de gra. success. in feud. & hanc opi. dicit esse cōmunem P̄pof. in c. 1. §. & quia, de his q̄ feud. dare poss. prout illum refert Ruin. consi. 8. in fi. uerbis lib. 1. Sed ego non re-

perio P̄pof. ibi, maxime post num. 73. ubi tractat hunc articulum attestari in specie de cōi opi. in materia feudali, licet ipse teneat hanc opi. & referat etiā aliquos attestantes de cōmni opin. in successiōnibus allodialibus. Tamen uerua ego credo, q̄ Bal. in d. auc. cessante, errauerit, de cōmni determinari in feudis, q̄ succedant in capita, & ita cum deridet Barb. in cons. suo posito inter cōsilia Alex. in 4. vol. consi. 55. nu. 28. ubi dicit, q̄ scire libenter, quis spiritus reuelauerit Bal. q̄ Doct. ita cōiter tenent, &c. Ego dico, q̄ si feudū esset hęc ditarium, procederet de plano secunda opi. f. q̄ succederent in stirpes, quam in hoc casu uidetur attestari esse magis cōmunem Ruin. consi. 25. nu. 23. lib. 1. & intelligo simpliciter hęc ditarium, nā tale feudū reputatur pars hereditatis, & de eo iudicandum est, ut de reliquo hęc ditatis. Sed si esset feudū ex pacto, & p̄uidencia, uel absolute, uel mixtum, forte esset uerior opi. Iaco. Ardizo. quia ad illud ueniunt nepotes, non iure hereditario, sed uirtute inuestiturę, & sic cessat fundamentum tenentiam contrarium, Hoc tamen absolute pro nunc non affirmo, quia eget pleniori discussione.

QVAEST. LXXVI. SVMMARIVM.

Filius, uel agnatus, an possit repudiare hęc ditatem, & retinere feudum.

Et quid in feudo simplici et recepto, uer. Aut est feudum.

Et quid in feudo mixto, uer. Aut uer.

PONE, aliquis uasallus decedit relicto feudo, & etiam relictis alijs bonis allodialibus, quęro nunquid poterit eius filius, uel agnatus retinere feudum, & repudiare hereditatem, quę forte esset onerata gre-

alieno?

alieno. Respond. quod in hoc est differentia inter filium, & agnatum, nā agnatus potest repudiare hereditatē vassalli, & retinere feudum. Filius autem cogitur, vel acceptare vtrūq; scilicet hereditatem, & feudum, vel vtrūq; repudiare, & de hoc est text. expressus in ca. j. an agnatus vel filius. Et sic in hoc sunt deterioris conditionis filij, q̄ agnati. Doctores multum laborant circa intellectum illius c. Sed breuiter, tu scis, q̄ varia sunt genera feudorum, Aut ergo, feudum de quo agitur, est feudum nouum, & tene, quod siue sit agnatus, siue sit filius, nunquā poterit repudiare hereditatē, & retinere feudum, quia cū vassallus de huiusmodi feudo possit libere disponere, vt supra multoties dixi, maxime in q. 41. vers. Et hac quidē, successor dicit habere feudū ex mero beneficio ipsius vassalli acquirere, & hoc siue huiusmodi feudum ex tenore inuestiturae sit hereditariū, siue ex facto, & prouidentia, merito non potest repudiare eius hereditatem, & feudum retinere. Aut est feudū antiquū, sed mere, & simpliciter hereditariū, & pariter dicendum est, q̄ non poterit neq; filius, neq; agnatus hereditatem repudiare, & retinere feudum, quia de huiusmodi feudo idem iudicatur, q̄ de ceteris bonis allodialibus vassalli, vt s. Lepius dixi. Aut est feudum antiquum informe, scilicet receptum simpliciter, nulla facta mentione filiorum neq; heredum, & hoc casu dicendum est, q̄ habeat locum distinctio dicit c. vt scilicet filius non possit retinere tale feudum, & repudiare hereditatem; agnatus autem possit. Et ita ab omnibus receptum esse accetatur Didacus lib. 2. resolut. c. 18. post num. 4. vers. Primum simpliciter, & intellecti alius in Senatu conclusum fuisse, dispositionem illius c. non habere locum nisi in huiusmodi feudo informi, & ita tenendo cessarent ferē omnes difficultates in hoc articulo p̄ Doctores excitatae. Aut vero feudum antiquū est mixtum, scilicet hereditarium, & ex pacto, & prouidentia, puta quia est concessum pro se, & heredibus, vel pro se, & filijs, & heredib. Et hoc casu videt, q̄ non possit habere locū

dispositio dicit ca. nam huiusmodi feudum, siue sit filius, siue sit agnatus, non potest habere, nisi etiam sit haeres, nam vtraque qualitas requiritur, vt dixi s. in dicta q. 9. vers. Quandoque, & tertio. Et propterea And. de iur. in dicto c. primo, tenuit, quod dispositio illius text. procedat etiam in feudo nouo hereditario, & sic absolute ex pacto, & prouidentia, vt scilicet filius non possit illud retinere repudiata hereditate patris. & hanc opin. dicit esse communem, Curt. Iun. consil. 138. nu. 29. Brun. consil. 24. in prin. Didacus libro secundo resolut. cap. 19. post nu. 4. vbi etiam ver. secundo, subdit, quod Salyc. & Imola, in locis, de quibus paulo post mentionem faciam, falso testantur communem opin. esse in contrarium. Bald. autem in d. cap. primo, numero octauo tenet contrarium scilicet, quod imō dispositio illius capit. solummodo locum habeat in feudo hereditario, vel simpliciter recepto, non autem in feudo absolute ex pacto, & prouidentia. Et dicit Salyc. in l. secunda, numero quinquiesimo. in fin. c. de liber. & eorum liber. q̄ ita se habet communis opin. Idem dicit Imola in cap. ex parte, numero 2. de feud. quem refert, & sequitur Iacob. de feu. in verbo, ita quod ipsi inuestiti, numero secundo. Et hanc ego sequor, tantquam veriorē. Neq; obstat fundamentum tenentium contrarium, quia scilicet (vt ipsi dicunt) aliter intelligendo, dispositio illius ca. est et aliora, ex quo in feudo hereditario, siue sit filius, siue sit agnatus, semper requiritur, q̄ sit haeres, ad hoc vt possit habere feudum, & scilicet verum sit, quod in tali feudo requiratur, quod volens succedere sit etiam haeres, non tamen est verum, quod requiratur volentem in tali feudo succedere, esse heredem vassalli vltimo loco defuncti, sed sufficit, quod sit haeres primi acquirētis, vt dixi in d. q. 9. vers. Sed quero, & sic dispositio illius capit. operabitur, q̄ in tali feudo pro se, & filijs, & heredibus recepto, quod est hereditarium, & ex pacto, & prouidentia, filius non poterit repudiare hereditatem paternā, & retinere feudum. Agnatus

tus autem poterit retinere feudum, & repudiare hereditatem vassalli vltimo loco defuncti, modo alius possit ex aliqua parte esse haeres primi acquirētis, Et haec nota in practica, quia ista est notabilis, & quotidiana questio.

QVAEST. LXXVII.

SVM MARIVM.

Ius accrescendi, an habeat locum in feudis.
Et an in feudis concessis ab Imperatore.
versio. Scias tamen.
Et quid si concessa sint pluribus insoluitis.
versio. Sed certe.
Et quid in feudis concessis ab alijs principibus.
versio. Et hoc quidem.
Et quid in feudis antiquis.
versio. Secundum principalem.
Et quid si in diuisionibus totum feudū obtinuit unus ex fratribus, qui deinde decesserit sine liberis, an accrescat alteri fratri.
versio. Sed pone.

Q Vero, an in successione feudorū locum habeat ius accrescendi? Haec est quotidiana questio, & valde utilis, Pro cuius resolutione fac regulā, q̄ in successione feudorum non habet locum ius accrescendi, ita probat text. in c. 1. §. & quia vidimus, vers. Sin autē vnus, de his qui feud. dare poss. & haec est communis conclusio, ut attestatur Curt. Iun. de feu. in secunda parte principalis, circa fi. i. tertia dubitatione principalis circa materiam acquisitionis feudi. Nam feudum est contractus, ut dixi supra q. 6. in contrariis autem non est locus iuri accrescendi, ut dixi supra lib. 3. §. ius accrescendi.

Scias tamen in primis, quod secundum aliquos, haec conclusio non habet locum in feudo concessio ab Imperatore, nam in eo multi tenent, q̄ habeat locum ius accrescendi, & haec limitatio per eos colligi videtur ex text. in l. unica, c. si liberali. imper. locutus, lib. 10. vbi imperator

generaliter statuit, q̄ si quis ex his, quibus communiter aliquid ab eo donatum est, nullo h. grede relicto decesserit, ad cōsortem potius quam ad personam aliam, pars decedentis perueniat, de quo text. dixi in dicto §. ius accrescendi. Sed punctus est videre, an dispositio d. l. unica, q̄ simpliciter loquitur in donationibus Imperatoris, habeat locum etiam in feudis, quae communiter a principe aliquibus concessa sunt, & in hoc varie sunt opin. doctorum, nam Bald. in l. unica, numero 17. c. de cadu. tollen. tenet, q̄ sic, & hanc opin. dicit esse communem, saf. in l. si mihi, & Titio, numero 6. ff. de ver. obli. & consilio 117. colum. 6. versiculo, Et tenendo, lib. quarto, & consilio 136. numero 40. volum. Curt. Iun. in d. tertia dubitat. Gratus consil. 4. numero 14. li. primo. Socin. Iun. consilio 73. numero 22. & seq. libro primo. Contrarium tamen sententiam, quod scilicet etiam in feudo a principe pluribus simul concessio, non habeat locum ius accrescendi, tenuit Cin. l. unica, circa finem. C. quando non peten. par. quem multi sequuntur, quos recentiter Molin. in apoth. ad Ale. consil. 30. sub num. 8. lib. 1. affirmans, q̄ immo quod dixerit alij, haec est crebrior opin.

Sed certe credo, q̄ prima opin. sit magis cōs, & etiam verior, q̄ i. in feudis a principe simul concessis habeat locum ius accrescendi, Cum enim in alijs concessionibus principum, ita reperiat cautum de iure communi, illi standum est etiā in feudis, ex quo expresse non reperit iure feudorum dispositum in contrarium. Quia tamen questio non est sine difficultate, ad euitandas opt. aliquando consilij, q̄ in inuestitura apponendo illa verba, & cuiuslibet eorum insoluitum. Vbi cūq; enim inuestitura concessa est duobus, & unicuique, uel cuiuslibet eorum, eo casu, p̄culdubio uno deficiente alter habebit totum, ita dicit Bald. in c. 1. §. si. nu. 4. de success. feud. & est communis conclusio, quae non habet contradicentē, ut ait Curt. senior, consil. 49. numero 54. quem refert Bello. consil. 20. num. 3. Et dicit Sigismund. consil. 15. feudali, num. 4. quod

quod ita præcedens conclusio ab omnibus doctoribus limitatur.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur, in feudo concessio ab Imperatore, de quo loquitur text. in d. l. vnica C. si liberali. imper. vs. scilicet. in eo loci hæat ius accrescendi. Sed qd si fuerit cõcessum ab alijs principibus? Rñ. qd idem dicendũ est et in feudo concessio à Regibus, secundum Bal. in ca. r. nu. 2. de duob. fratr. à capitano. iust. & et ab alijs principibus non recognoscantibus. superiorem, & qd dispositio d. l. uni. pcedat in quocunq; principe, qui su perior non recognoscat, dicit esse communem suam Curt. Sen. in d. conf. 49. num. 50. vers. Modo sic, & ita etiam communiter teneri attestatur doc. lun. in d. conf. 73. num. 7. & hæc opi. mihi placet, Quia quilibet princeps non recognoscens superiorem, habet in suo dominio idem ius, quod hæc Imperator in toto orbe, ut dixi supra libro secundo, §. princeps.

Quando autem quis dicatur sine herede decedere, ad hoc ut in feudo sit locus dispositioni d. l. unica, dixi in d. §. ius accrescendi.

Secundo principaliter scias, qd ista conclusio quæ habet, qd in feudis nõ habet locum ius accrescendi, est intelligenda, ut procedat in feudo nouo, nam in tali feudo verum est, qd non habet locum ius accrescendi, & ita est cõis regula, ut ait Paris. consil. 16. nu. 2. libr. 4. Gratus in d. conf. 4. num. 51. libr. 1. Sed quando feudũ est antiquum, tunc inter descendentes à primo acquirente procedit successio, nõ quidem ex iura accrescendi, sed ex iure inuestituræ paternæ. ita colligitur ex text. in cap. r. ubi gl. in verbo, Patris uel aui, de feud. march. & est cõmunis opin. ut dicit Alex. conf. 21. num. 5. libr. 5.

Sed ponat, duo fratres successerunt in feudo paterno, & in diuisionib; tale feudum obuenerit totum uni ex eis, qd deinde decessit sine liberis, quæro nunquid feudum ipsum accrescet alteri fratri? Rñd. Bal. in l. unica, nume. 33. C. quando non pet. par. tenet, qd non accrescet fratri, ex quo apud eũ nulla portio feudi reperie-

batur. Contrariam tamen opin. tenuit idem Bal. in l. r. post nu. 8. ver. r. queritur. ff. de rer. diuis. & hæc opi. est magis communis, ut attestatur Arca. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. pen. vers. Pro decisione huius qõnis, ff. de verb. oblig. quæ refert, & sequitur Ruin. conf. 8. post nu. r. libr. primo, & conf. r. r. u. 74. eod. volum. Ego credo Bal. in d. l. unica, bene dixisse, qd l. feudum alteri non accrescit, nã in iure accrescendi portio accrescit portioni, non personæ, ut dixi in d. §. ius accrescendi. Sed bene uerũ est, qd frater hoc casu nihilominus succedit in feudo, licet non per ius accrescendi, sed ex tenore inuestituræ, & ita procedit cõcunda opin.

Sed quid si frater in diuisionibus renunciaffet omni iuri, &c. nunquid hoc casu, non obstante renunciatione, poterit uenire ad feudum, si frater sine liberis decesserit? dixi infra hoc eodem libro §. renuuciatio.

QVAEST. LXXXVIII.

SUMMARIVM.

Clericus, uel monachus, an succedat in feudo.

Et an ad hoc ut transeat perpetuo in ecclesiam, vers. Quæ tamen.

Et quid in feudis maioribus, vers. Sed hæc conclusio.

Et quid si præstetur seruitium personale, vers. De clerico.

Et quid in clerico cõstituto in sacris, ur. Et hæc omnia.



QVAERO, an clericus succedat in feudo? Hæc questio à doctoribus satis cõfise tractatur, non distinguendo casus, in quibus possit in practica cõtingere. Potest. n. esse, qd hñs feudum efficiat monachus, aut clericus, uel quod feudum ipsum ad aliquem iã clericũ iure inuestituræ,

fituræ, uel aliter deuoluatur. Dic ergo, qd quando uasallus efficitur monachus, aut seruitium quod præstatur p ipso feudo, est reale, quia scilicet præstatur res, uel pecunia, siue etiã est personale, quod tamen potest à clerico honestè præstari per se, uel per idoneum substitutum, & tunc feudum durat, & transit in monasteriũ, aliàs autem feudum non durat, sed finitur & ad dominum directum reuertitur, & ingressus à sacramento fidelitatis absoluitur. Et hanc distinctionem tenent communiter doctores, ut attestatur Salic. in auth. ingressi, nume. r. r. C. de sacrosan. eccles. quem refert Affl. decif. 320. nu. 2. & 3. & Dec. in c. in præsentia, nu. 74. de p. batio, & Curt. lun. de feud. in secunda parte tertie partis principalis, quæf. 10. & fa. cob. de feud. in uerbo. Et quibusunque hæredibus, nume. 4. Dicit etiam Alexan. consil. 10. num. 8. libr. 5. quod ita tenent omnes, quod consilium est duplicatum in consil. 98. libr. 6.

Quæ tamen opin. intelligenda est, ut procedat, non ad hoc ut feudum ipsum perpetuo remaneat apud monasterium, sed tantum ad hoc, ut monasterium illud habeat durate uita feudatarij, quo ad cõmoditates ipsius feudi, ita dicit Bal. in c. r. nu. 2. de mil. uasall. qui arma bellica, &c. & in hac opin. non datur contradictor, ut ait Capic. decif. 13. num. 10.

Sed hæc cõclusio mihi nunquam placuit, qd scilicet feudum transeat in monasterium, si uasallus efficiatur monachus, quia hoc esset distrahere monachos ab inuestito suæ religionis, quod est seruire Deo, & abstinere à negocijs, & administrationibus secularibus, propterea dicere, qd si superesset alij uocati ex tenore inuestituræ, illi deberet succedere in feudo, perinde ac si uasallus esset naturaliter mortuus, & si isti non superesset, quod feudum reuertetur ad dominum directum; Et licet gloss. in cap. r. §. r. in versic. Postposuerit, de feudo, uel benefic. tam absolute dicat, quod hoc casu feudum ad dominum reuertatur, tamen illa gloss. debet intelligi, ubi agnati non superesset, uel ubi feudum esset nouum, & ita illam intelligunt communiter Doctores,

ut dicit Curt. lun. in dicta decima qst. in fi. Si tamen uellemus tenere cõmmem opin. illa esset iudicio meo, restringenda, ut procedat solummodo in feudis inferioribus, id est non habentibus dignitatẽ annexã. Sed si filius Regis, Ducis, Marchionis, uel Comitum, ediceretur monachus, non crederem, quod Regnum, Ducatus, Marchionatus, uel Comitatus acquireretur monasterio, & ita etiã de facto seruari attestatur Spec. de statu monach. §. primo, numero 15. Saluo tamen semper iudicio sanctæ matris Ecclesiæ, cui in omnibus me subijcio.

De clerico autem non uideretur dubitandum, quin feudum capere possit, sunt enim de hoc text. aperti in cap. verum, & in cap. ex transmissa, de foro compet. & ita cõmuni opin. obtentum est, ut dicit Zas. de feud. in quinta parte, circa fin. dicit etiam Card. in ca. r. §. & quia, post princ. de his qui feud. dare poss. quod multi doctores, & in specie Martinus Laud. ibi, inquit hanc esse cõmmem opin. Quam tamen intellige, ut procedat, modo pro tali feudo præstetur seruitium reale tantum, nam eo casu utique clericus est capax feudi, & ita est de niente omnium, ut ait Ruin. consilio 42. numero 10. libro primo. Sed si præstetur seruitium personale, non modo clericus non succedit in feudo ad eum deuoluto, post clericatum, sed si post deuoluto feudum uasallus efficiatur clericus, mittit feudum et hæc est uerior, & magis cõmuni opin. ut dicit Ruin. in dicto consilio 42. numero 9. sed hoc rursum ego intelligo, ut procedat, quando huiusmodi seruitium personale non possit explicari per substitutum, secundum distinctionem, de qua supra in monacho dictum est, & ita dicit esse cõmmem opinio. Crauetta consil. 303. post num. 10. versic. Secundo, respondeo.

Et hæc omnia de plano procedunt in clerico, qui sit tantum primæ tonsuræ, & non in sacris constitutus, nam talis proculdubio succedat in feudo, ita dicit Bald. in cap. primo, §. qui clericis, numero 7. si de feudo fuer. controuer. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit

dicit Curt. Iun. in dista q. decima, col. pe
nult. vers. Secundo limita. Et hanc opi.
q. clericus in minoribus constitutus no
prius in feudo, dicit teneri in practica
iudicand. & consulendo, Barb. de praes.
Card. in quinta quaest. basilica, prima
partis, num. 5. quem refert Crauetta
in dicto consi. 33. post nume. 7. Ceterum
communiter feruatur, q. Episcopi, & Car
dinales retinent feuda eis deuoluta iure
successionis, ne dignitas potius decreme
tum quam incrementum eis attulisse ui
deatur, & sine controuersa admittuntur
ad praestandum, quodcumque seruitium
per substitutum. Alij autem clerici, uel
in sacris constituti, uel etiam in micori
bus si sunt beneficiarij, non retinent feudum,
pro quo sit praestandum seruitium
personale, si uero sunt in minoribus con
stituti, & non beneficiarij, admittuntur ad
feudum sicut mere laici. Et ita etiam uo
detur esse communis mens Doctorum
in hac materia scribentium, a qua reced
endum non esset in practica.

QVAEST. LXIX.

SVMMARIVM.

*Collaterales, an succedant in feudo,
Et quid in feudo nouo, uersic. Sed
quaro.
Et an succedant usque in infinitum, uersic.
Difficultas.
Et quid si concessum sit sacerdoti pro se, &
haredibus, uersic. Sed hic occurrit*



ABES regulam in materi
feudorum, q. quoadiu sum
descendentes, ipsi in infinitum
succedunt, est tex. in cap. 1. de
successio feud. & haec conclusio est ab om
nibus recepta, ut dicit Zas. de feud. in
octaua parte, vers. Secunda conclusio.
Si uero non extant descendentes, nunc
admittuntur transuersales agnati, pro
geniti primo ascendente. Est communi
s opinio, consuetudine firmata, ut attestat

tur Zasius in dista octaua parte, uersic.
Tertia conclusio.

Sed quae o, an impliciter, & indistin
cte nerum sit, quod collaterales in feudo
succedant? Respon. q. est distinguendum,
tam respectu qualitatis feudi, quam gra
dus agnationis. Aut enim loquimur in
feudo nouo. & non succedunt collatera
les, nisi id expresse actum sit, & ita tenet
gl. in c. si quis miles, in gl. unica. consi.
feud. Ioh. & c. qua gl. tenetur coiter per
scribentes, ut dicit Aluarot. in cod. ca. si
quis miles, numero 2. Et ideo, si duo fra
tres fuerint inuestiti de feudo pro se
silijs, & c. & unus eorum decedat sine libe
ris, superstiti filio alterius fratris praed
functi, portio illius fratris non pertinet,
ad dictum nepotem superstitem, quia ipsi
fratres uidentur pro se uelle sibi titum,
& unusquisque eorum filijs suis, non autem
silijs alterius fratris. & hanc dicit
esse communem conclusionem. Curt. sen.
consi. 49. num. 11. Aut uero loquimur in
feudo antiquo, & tunc bene procedit con
clusio, quod agnati collaterales in feudo
succedant.

Difficultas est, an succedant solummo
do usq; ad septimum gradum, an etiam
usque in infinitum. Nam in hoc articulo
uidentur esse duo tex. contrarij, quia in
c. 1. §. & quia, de his qui feud. dare pos
sunt, expresse uidetur probari, q. agnati
succedat solummodo usq; ad septimum
gradum. text. autem in c. 1. §. de natu.
lucceff. feudi, uidetur probare, q. succedant
etiam in infinitum. Sunt etiam inter
Doctores uaria opin. nam Iacob. de
Beluis. in ca. 1. de feudo March. dicit, q.
ubi agnati sunt descendentes primi in
uestiti, debent in infinitum, succedere in
ipso feudo, ex beneficio prima inuestiti
ra; & hanc opinio. q. inter descendentes
primi ualenti procedat successio etiam
ultra decimum gradum, dicit esse com
muniter receptam Didacus lib. tertio re
sol. c. quinto, post num. 4. uersic. Quinto
hinc. Quidam autem Doctor antiquus
appellatus Ioan. Pasoli tenuit contrarij
opi. quod scilicet non admittantur colla
terales ultra septimum gradum, ad suc
cessionem feudi, & dicit Bal. in d. cap. 1.
num.

num. 4. de feu. March. q. ita communiter
tenetur, quem refert Ias. in l. certu post
num. 3. uersic. Secundo principaliter, C.
vnde legi. & Socin. Iun. consi. 66. num. 73.
li. 1. Hanc etiam opin. dicit esse commu
nem Mart. Laud. inter consi. feud. 3. rui
consi. 119. post num. 8. Paris. consi. 3. nu.
262. lib. 1. Mihi autem placet i. opi. q. si
succedant usque in infinitum, & secundum
illam, si calus contingeret, consuleret, &
iudicaret. Na hoc casu non potest pro
prio dicit, q. agatur de successione collate
ralium sed de successione ascendētis, de
lata uirtute prima inuestitura; & credo,
q. ita et indistincte obseruetur. maxime
i feudis regalib; & in specie de corona
regni franciae attestat ita se habere con
suetudinem Boer. consi. 10. num. 16. vsq;
ad finem consilij.

Sed hic occurrit pulchra quaest. Pone
princeps concedit feudum alicui existen
ti in sacris pro se, & haredibus, certum,
est, q. illud uerbum haredibus, quod in
materia feudali intelligitur de silijs; siue
descendentibus, non potest hoc casu uerifi
cari i silijs, quia talis constitutus in sa
cris, nisi eos suscepisset ante clericatum,
non posset habere filios habiles ad suc
cessionem feudorum. Nunq; ergo hoc ca
su censetur concessum feudum etiam
agnatis collateralibus ipsius inuestiti?
Respon. q. sic, ita dicit Bal. in cap. 1. §.
Naturales, post num. 8. si de feud. siue con
trou. quem sequuntur communiter Do
ctores, ut dicit Curt. Iun. de sen. in tertia
parte, in materia successionis descendē
tium, in 1. regula, q. 17. in fin. Quod nota,
quia de facili quis responderet prima fa
cie contrarium.

QVAEST. LXXX.

SVMMARIVM.

*Femina semel admisa ad feudum, an postea
superueniente masculo excludatur.
Et quid e conuerso, an femina semel exclu
sa per existentiam masculi semper re
maneat exclusa, uersic. Sed quaro.*

PONE, duae sorores nullis
existentibus masculis suc
cesserunt in feudo, intellige
in casu, in quo poterant de
iure succedere, de quo dixi
supra q. 73. per totam q.
Modo vna ipsarū suscepit filium masculu
lum. Quaro, an iste masculus stante in
uestitura, que uelit masculos excludere
feminas, excludat etiam sororem
matris siue, q. semel admisa fuit ad feu
di successionem? Resp. And. de Iser. in
cap. 1. de eo qui sibi, & hered. suis, tenet,
quod illi excludat. Sed communis opi.
est in contrarium, scilicet, quod immo
femina semel admisa ad successionem
feudi propter non existentiam masculo
rum, si postea masculi superueniant, non
excludatur, & ita esse communem opin.
attestatur Aluarot. in d. ca. 1. numero 5.
quem refert Iacob. de feu. in uerbo, Et
feminas, num. 17. Zas. de feud. in octaua
parte, in secunda particula, uer. Sed quae
ras de casu. Curt. Iun. in prima regula,
tertia partis principalis, in 28. quaestio.
Nam lex regulariter non paritur, q. do
minia rerum stent in suspensio, & ad hoc
faciunt quae dixi supra lib. 1. statuto. In
casu statuti excludentis feminas extan
tibus masculis.

Sed quaro, quid e conuerso, an quid
femina semel exclusa propter existentiam
masculi, semper remanebit exclusa, ita q.
etiam mortuo masculo, qui est exclusus,
adhuc admitti non possit? Respon. q. sic,
& adhuc allegatur tex. in cap. 1. §. quin
etiam Episcopus, uel Abb. secundum in
tellectum And. de Iser. quem communi
ter Doctores sequunt, ut ait Curt. Iun.
in dicta prima regula, quaest. 27. Subdēs
hanc esse communem opin. que tamen
mihi semper uisa fuit dura, saltem quan
do agitur inter feminam ipsam, q. sola
superest ex pgenie primi inuestiti, & do
minum. Bene posset procedere tex. in d.
§. Quinetiam, & communis opinio, nam
quando ageretur inter feminam, & al
lium agnatum, in casu in quo masculi, &
feminae essent uocati in inuestitura fe
cundum gradus proximitatem, ut proxi
mis annis corrigi disputari in quodam
Traet. Iul. Clar. R. f. cudo.

teudo in partibus Pedemontium, sed quoad ipsum dominum, crederem abso- lute, quod existente femina, licet per ma- sculum semel exclusa, quæ esset ex voca- tis inuestitura, feudum non aperiret do- mino, Nec facit argumentum, quia etiã statutum sit in successione bonorum alio- dialium, quia longa est ratio differentiæ, nam illa portio à qua femina excluditur, stante statuto, efficitur patrimonium ma- sculi excludetis, & incorporat eius bonis ita quod non dicitur amplius agi de hæ- reditate illius ascendentis, sed successoris, in feudis autem secus est, nam ubi tra- ctatur de vocatis in inuestitura, semper dicimus agi de successione primi inuerti- ti. Cogita.

Sed præsupposita communi opin. pro- vera, Quæro, quid si iste masculus exclu- dens statim moriatur? Resp. quod hoc casu femina est admitenda, & ita prædictam conclusionem limitat gloss. in d. §. quin- etiam, in verbo, Non admititur, & dicit Curt. lun. in d. q. 27. col. 2. vers. Retenta igitur, quod Doctores communiter sequuntur hanc limitationem, Non enim videtur extitisse, qui statim defecit.

QVAEST. LXXXI.

SVMMARIVM.

In feudis dignitatum, an requiratur noua concessio.



VERO, an in feudis digni- tatum, puta Ducatus, Mar- chionatus, vel Comitatus re- quiratur noua concessio ad uoc. & ascendentes inuestiti in istis feu- dis succedant? Respond. quod de iure uti que requireretur noua concessio, ex quo huiusmodi feuda potius electiones quam successione obueniunt, & ita colligi videtur ex text. in capitulo primo, de feudo. March. Sed tamen confucendo contrariũ usurpant, quia hodie in istis feudis sicut in aliis habet locum successio & hæc ex

communis doctrina doctorum, vt dicit Zas. de feud. in 8. parte, versicu. Super 3. princ. hæc etiam dicit esse communem sententiam Iaco. de feud. in verbo, Dux. vers. Quid si rex, num. 2. & seq. Intellige, quando huiusmodi feudum conceditur alicui in proprietatem, alias secus, & in- tellige et. vt transeat ad primogenitum tantum, & non ad alios hæredes, & ita quo- tidie obseruatur, vt dicit Iacob. in loco præallegato.

QVAEST. LXXXII.

SVMMARIVM.

Filius naturalis, an succedat in feudo.

Et quid si sit legitimatus ad feuda, vers. Sed quæro.

Et quid si talis legitimatus sit spiritalis, vers. Et nota.

Et quid si legitimatio facta sit a comite pa- larino, vers. Et hæc quidem.

Et quid in legitimatione per subsequentem ma- trimonium, vers. Item quæro.

Et quid si feudum receptum sit pro se, & filij legitime nati, vers. Sed quid sit feudum.



ILIVS naturalis nõ suc- cedit in feudo, et si sit le- gitimatus, rex. est ex- clusus in c. 1. §. naturales si de feudo defuncti, &c. Sed quæro, quid si princeps sit legitimatus

expressè ad feuda? Rnd. quod talis bene succedit in feudo, & excludit ceteros agnatos remotiores, ita dixit gl. in d. §. na- turales, in verbo, Legitimi quam dicit esse communiter approbatam Paris. col. 1. nu. 76. lib. 2. Ruin. consil. 36. nu. 18. lib. 1. Curt. lun. consil. 136. num. 1. & est magis communis opin. vt attestatur Boerius de cisso. 123. numero 6. Curt. lun. consilio 157. numero 28. illam etiam gloss. dicit esse per omnes approbatam Curt. lun. de feud. in tertia parte in materia successione descendentiũ q. 17. in prin. subdens, quod secundum communiter

Doctores

Doctores sufficit, quod princeps legiti- met in genere, ad successionem feudorũ, licet non exprimat in specie ad talia, & talia feuda.

Et nota, quod licet glo. in dicto §. na- turales, loquatur tantum de naturalibus simpliciter, tamen idem est etiam in spu- riu, & in aliis illegitimis, secundum om- nes, ut dicit Cum. consil. 168. num. 4. ubi etiam subdit, quod ita quocumque de facto seruatur.

Et hæc quidem conclusio de plano præ- cedit, quando talis legitimatio est facta ab ipso Principe, penes quem est plenu- do potestatis, sed quid si facta sit à Co- mite Palatino habente priuilegium legi- timandi? Respond. quod idem est dicen- dum modo talis comes habeat in priuilegio expressam potestatem legitimandi ad feuda, ita tenet Signorol. consil. 220. num. 4. & sequenti, & est communis opi- nio, ut dicit Paris. in d. consil. 1. num. 123. libro 2. Molin. in consil. Paris. feud. §. 8. gl. 1. nu. 38.

Item quæro, quid in eo, qui est legiti- matus per subsequens matrimonium? Re- spond. quod iste utique succedit in feudo ita tenet Andr. de Her. in d. c. naturales, Et ita cõmuniter tenetur, ut dicit Alexã. in l. ex facto, §. si quis rogatus, el primo, num. 18. in fin. ff. ad Treb. quem refert Iason. in l. generaliter. §. cum autẽ, post num. 10. C. de instit. & subtit. Hanc etiam esse communem conclusionẽ attestatur Curt. lun. consil. 136. numero 1. Decius consil. 155. post nume. 3. quem refert Pa- ris. consil. 13. nume. 44. & seq. lib. 2. ubi etiam refert Socin. idem attestari consil. 3. nume. 2. lib. 3. quem tamen ego in libro meo non reperi hoc attestantem, licet in eo consilio nume. 16. uideatur transire cum hac opinio. quam ego etiã sequor, quia huiusmodi legitimati fere in omni- bus reputantur legitimi.

Sed quid si feudum sit receptum pro se, & filiis legitime natis, nunquid talis legi- timatus per subsequens matrimonium succedet in feudo? Respond. quod sic, ita tenet Abb. in ca. tanta, nu. 7. qui filii sint legitimi, ubi etiam dicit, quod ita tenent cõ- muniter Doctores, & est cõmunis opi. ut

dicit Card. Alex. in d. c. tanta. Ripa. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, el primo, post num. 47. quia ut dixi æquiparantur legiti- time natis in omnibus, & per omnia.

QVAEST. LXXXIII.

SVMMARIVM.

Extranei hæredes, an succedant in feudo, Et quid si receptum sit pro se, & hæredib. vers. Sed quid si feudum.



VERO, an in feudo succe- dant extranei hæredes? Resp. Opine feudũ, quod potest alienari sine con- sũ dñi, uel agnatorũ, trã- sit ad extraneos hæredes, quia de tali feudo idẽ iudicatur, quod de aliis bonis alienabilibus, & ideo si feudũ sit nouum, ex quo potest libere per uasal- lum alienari interueniente consensu do- mini, ut dixi supra q. 41. uerl. Et hæc qui- dem, poterunt etiã in eo cum licentia do- mini succedere extranei hæredes. Si uero sit concessum pro se, & hæredib. quibus- cumque, tunc poterunt etiã sine licentia domini in eo succedere extranei. Idemq; si sit concessum pro se, & quib. dederit, po- test n. de eo uasallus libere disponere. Si uero feudum sit simpliciter receptum, nul- la facta mentione filiorum, neq; hæredũ, tunc ex prouidentia legis non uocantur ad feudum: nisi filij, & descendentes ip- sius inuestiti, ut dixi supra q. Nona uerl. Sed quid dicendum, & ideo in ta- i feudo extranei hæredes non succedunt. Aut uero feudum est receptum pro se, & filiis, uel pro se, & liberis, uel pro se, & descen- dentibus, & in hoc non est difficultas, quia extraneus hæres ad illud non admittitur. Aut est receptum pro se, & filiis, & hæredibus, & idem est dicendum sci- licet, quod extraneus hæres non succedat, ad hoc enim, ut quis in tali feudo succedat, requiritur, quod in eo utra- que qualitas concurrat, ut dixi supra, in dicta questio. 9. uerl. Quandoque, & tertio.

Sed quid sit feudum sit concessum simpliciter pro se, & heredibus nunquid in tali feudo admittentur extranei heredes Respon. quod licet in hoc articulo inter Doctores varia fuerint opin. tamen tenendum est, quod extranei heredes in tali feudo non succedant, & ista est communis opin. ut dicit Bald. n. l. etiam, in fine. principij. ff. sol. matr. quem refert Dec. consil. 185. post nu. 3. uers. Vltimus etiam, & consil. 397. num. 7. & Gozad. consilio 9. num. 52. & Soc. lun. consil. 112. nu. 8. lib. 2. & consil. 72. num. 26. lib. 1. Hanc etiam opi. dicit communiter teneri Cald. consilio 17. sub tit. de verb. signi. quem refert Gratus consil. 4. nu. 32. lib. 1. Et dicit Paris. consilio 2. numero 23. lib. 1. quod ita concludunt communiter omnes, & dicit Socin. lun. consilio 103. num. 6. libro 2. q. stud. esse commune dictum. Hanc etiam dicit esse commune opin. Gozad. consil. 26. nume. 30. & ratio est, quia verbum hereditibus in materia feudali recipit a lege hanc interpretationem, ut intelligatur solum de descendentibus, ita est communis opin. ut attestatur Rubens consilio 164. nume. 13. Gratus consilio 29. numero 41. lib. 2. Berous, quaest. 17. nume. 3. & dixi supra sepius.

QVAEST. LXXXIII.

SVMMARIVM.

Si scias an succedat in feudo.



QVaro, an fideus succedat in feudo, & sic an publicatis bonis vasalli consiliet et feudum? Respon. quod non, ita tenet Bar. in l. i. finita. S. si de vengalibus, numero 3. ff. de dam. no. in feudo, & est communis opinio, ut dicit Rom. in dicto S. si de vengalibus, quem refert Apollin. ad Ang. de malef. in verbo, De sententia Caio, post nume. 40. Ale xand. in eod. S. si de vengalibus, nu. 30. Iacob. de feud. in verbo, Utrique vasalli, in primo. num. 61. & seq. Ruin. cōf. 23. num. 32. lib. 5. Curt. lun. consil. 4. num. 20.

Rub. consil. 134. nu. 3. Boer. dec. 264. nu. 7. Ego vero aliquando dicebam, in hoc proposito considerari posse tria genera feudorum. Primum est, de quo vasallus non potest libere disporre sine licentia domini, & sine consensu agnatorum, cuiusmodi est feudum antiquum ex pacto, & providentia, & tale feudum, etiā q. vasallus delinquat, & eius bona fisco applicentur, nunquam venit in confiscatione bonorum, cuiuscunque generis sit delictum, nam, ut dixi supra q. 66. mihi semper visum fuit iniquum, & absurdum, q. vasallus possit delinquendo praeiudicare domino, aut agnatis, quibus non possit praeiudicare alienando, & cum ad huiusmodi feuda non admittatur extraneus heres, ut dixi supra q. prox. ergo nec fideus qui hoc casu habet loco extranei heredis, quae consequentia apud me nullā habet difficultatem. Quis autem hoc casu praeferat in ipso feudo, an dominus directus, an autem filii, vel agnati? dicendum est quod, si quidem delictum est tale, propter quod dominus non possit priuare vasallum feudo, semper praeferunt agnati. Si vero propter illud delictum vasallus possit feudo priuari, tunc ut scias quis praeferatur, vide quae dixi supra in d. q. 66. Secundum autem genus feudorum est, de quo vasallus potest cum consensu domini libere disporre, etiam in extraneum, in praedictum filiorum, uel agnatorum, & huiusmodi est quodcumque feudum nouum, sub quocunque tenore receptum sit, ut dixi supra q. 41. uersicu. Et haec quidem, & hoc casu tenent, q. si vasallus delinquat, nullo modo feudum confiscetur, sed indistincte, & absolute consideratur utile cum directo, & sic applicet domino, neque in hoc filii, aut agnati, q. non poterant ad feudum venire, nisi ex persona ipsius patris delinquentis, poterunt aliquod ius in feudo ipso praetendere, sed dominus iure suo, ex quo feudum est nouum, erit illis praetendus, prout etiam esset, si vasallus sine domini consensu illud alienasset, ut dixi in dicto quaestio. 66. uersicu. Sed quid si vasallus, uel aliter esset feudo priuandus, ut dixi in eadem quaestio. uersic. Et haec quidem,

Aut vero (& hoc est tertium genus feudorum) feudum erat tale, de quo vasallus tam in praedictum domini, quam in praedictum agnatorum, poterat libere disporre, puta, quia erat concessum pro se, & quibuscunque heredibus, vel pro se, & quibus daret, & c. quae omnia feuda possunt sine domini licentia, in quoscunque etiam extraneos transferri, ut supra sepius dixi, & tunc aut fideus, cui reliqua bona vasalli applicant, est idem qui & fideus domini directi, & proculdubio tenendum est, quod etiam feudum vna cum rebus bonis vasalli illi applicatur. Aut vero est alius fideus diuersus a fisco domini directi, & tunc, aut delictum, pro quo bona vasalli confiscantur, est tale propter quod dominus potest vasallum feudo priuare, & hoc casu dominus directus praefertur, & feudum illi applicatur. Aut uero erat tale, propter quod possit feudo priuari, & tunc praefertur alius fideus, qui tanquam heres extraneus, ita in ipso feudo, sicut in alijs nobis vasalli delinquentis succedere potest, & licet haec prima facie videatur noua distinctio, tamen si recte ponderentur rationes, & auctoritates Doctorum in hac materia scribentium, reperies, quod ita est mera ueritas.

QVAEST. LXXXV.

SVMMARIVM.

Fideicommissarius, an succedat in feudo, Et quid in feudo hereditario, uersiculo, Scias tamen. Et quid si fideicommissarius sit ex uocatis in iustis, uersic. Item scias.

QVaro, nunquid fideicommissarius succedat in feudo, & sic an feudum veniat in restitutione fideicommissi? Potest autem casus in facto proponi, puta, quia vasallus habens plures filios, rogauerit unum ex eis, vel plures, ut partem suam restituant vni ex ipsi filijs,

vel alicui extraneo, vel agnato, an talis grauatus fideicommissio teneatur restituere, etiam partem suam feudi illi, cui reliquum hereditatis grauatus est restituere? Respon. quod regulariter feudum non venit in restitutione fideicommissi, ita tenet Bart. in l. i. patroni, in princ. nu. 3. ff. ad trebell. & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Ripa in l. ex factio. S. si q. ita, num. 17. ff. ad Trebell. Et est communis opin. ut dicit Curt. lun. consilio 171. num. 10. Et dicit Laf. in pr. l. d. feud. nu. 46. quod ita communiter concluditur.

Scias tamen in primis, quod haec conclusio intelligenda est, ut procedat in feudo ex pacto, & providentia, secus autem in hereditario, nam illud transit et in fideicommissarium, & ita solet communiter distingui, ut ait Cur. lun. de sen. in quarta parte, in materia alienationis feudi quaest. 38. uersic. Secunda decidi potest, quem refert Paris. consil. secundo, nume. 43. lib. 1. & consil. 3. num. 26. eod. vol. Sed hoc intelligo in feudo simpliciter, & absolute hereditario, quod (ut sepius dixi) transit in extraneos heredes, & potest liberari alienari. Secus autem in hereditario mixto, & ita in proposito attestat esse magis commune opin. Soc. lun. consil. 72. num. 22. lib. 1.

Item scias, quod conclusio non habet locum, quando fideicommissarius esset ex comprehensio in inuestitura, & sic esset habilis ad succedendum ex tenore ipsius inuestiturae, nam eo casu feudum venit in restitutione fideicommissi, & ita limitatio videtur communiter approbata, ut dicit Soc. Iunior. in dicto consil. 72. nume. 6. lib. 1. Quam tamen non ego crederem, nisi quatenus ageretur de praedictio domini, cuius non interest apud quem ex uocatis sit feudum, sed si fideicommissarius esset ex remotioribus agnatis, non uideo cur non possit proximior agnatus talem restitutionem impedire. Propterea, iudicio meo haec quaestio potest ita diffiniri, ut dicamur, q. in casibus, in quibus vasallus potest de feudo testari, in illis potest et de feudo facere fideicommissum. Quando autem possit testari, dixi supra quaest. 40.

Tract. Iul. Clar. R. 3. Quaest.

QVAEST. LXXXVI.

SVMMARIVM.

Institui in re certa, an succedat in feudo.



Verò, vasallus habens plures filios, instituit unū ex eis in re certa, nūquid iste filius institutus in re certa succedat cum alijs vniuersaliter hereditibus institutis? Respond. quòd sic, ita al legatur tenuisse Bar. in l. ut iurisfādi. §. si liberi, nu. 6. ff. de oper. libert. qui tñ loquitur in emphyteusi, & dicit Cur. In. de feud. in secunda parte, primę partis, tertie partis p̄cipalis, q. s. quòd ita de cidunt cōter Doctores. Dicit etiam Didac. lib. 2. resolat. cap. 18. num. 5. quòd in hoc Doctores communiter cōsentiant. Hęc questio iudicio meo pendet ab illa, an vasallus possit de feudo testari de qua dixi supra q. 40.

QVAEST. LXXXVII.

SVMMARIVM.

Finito feudo, approxiores ipsius uasalli sunt inuestiendi.



Verò, fuit concessum feudū Titio, usque in quartam generationē. Modo finita est quarta generatio Titij, nūquid poterit filij, vel p̄ximiores agnati vasalli vltimo loco defuncti, petere sibi confirmari feudum? Resp. q̄ sic, & si nō fiat refertio, sit eis iniuria, & iō p̄nt appellare ad superiorā, ut cogat, quòd reformatio fiat & hęc est famosa doctrina Bart. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quocid. & estua. & est communis opin. vt dicit Ruin. cōf. 12. num. 18. & seq. lib. r. Cur. In. de feu. in 2. parte principali, in r. partic. q. 15. Sed hoc nunquid in feudis sequari in practica, & forte durum esset obtinere, licet in emphyteusi aliquando viderimus dari scdm illam doct̄. Bart. Vide quæ

dixi supra hoc eod. lib. §. Emphyteusis, questio. 43.

QVAEST. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

Finito feudo, cui remanere debeant melioramenta.

Et an sit in electione domini, pati quòd adificium tollatur, vel solvere eius estimationem, ibid.

Et an eo casu estimandus sit valor adificij, vel ipsa materies tantum, versiculo, Quarto.

Et an incrementum contingens in re feudali sit vasalli, vel domini, versiculo, sem quarto.

Et quid de seruitutibus quas vasallus precio acquisit ad beneficium rei feudalis, ver. Sed quid de seruitutibus.

Et an habens casttrum in feudo sine iurisdictione, si acquirat iurisdictionē acve sciat feudo vers. Sed pone.



One, finita est inuestitura feudalis, vel per cursum temporis, vel p̄generationem finita, vel aliter, absque tñ dolo, vel culpa ipsius vasalli: Quæro cui remanere debeant melioramenta facta sup ipsa re feudali? Resp. si ipsa melioramenta sunt facta industria ipsius vasalli, puta, quia domū fabricauit in re feudali, vel huiusmodi, eo casu talia melioramenta spectat ad ipsum vasallum, & hanc conclusionem sequuntur omnes doctores, vt dicit Aluarot. in cap. primo. §. si quis de manso, post numerū quintū de controuer. inuestit. Erit tamen in electione domini, vel solvere vasallo estimationem ipsorum melioramentorum, vel pati, quòd adificium tollatur, de hoc est text. expressus in cap. primo. §. si vasallus in titulo hic, finitur lex.

Sed quæro, nunquid erunt estimanda melioramenta iuxta valorē adificij con.

consistentis, an autem debeant estimari rudera, & materies, quæ ex ipso edificio diruto vendi possent? Respond. Bal. in d. §. si uasallus, nu. 4. in simili q. tenet, quòd debet estimari valor ipsorum melioramentorum, non autē edificio diruti, & subdit, q̄ ita seruat consuetudo. idem etiam dicit Bald. in auctent. excipitur, post nu. 2. C. de bonis que liber. quem refert Molin. in cōf. sicut. Paris. feud. §. j. glo. 5. nume. 98. Repetio tamen Berouium, q. 95. p̄st numerū. 4. ner. Si uero feudum, dicentem, q̄ magis communis opi. est, q̄ estimentur rudera, & edificium dirutum. Sed dubito, quòd in hoc ipse Berouius uerum nō dicat, & in Molin. in d. glo. 5. num. 98. dicit, quòd scribentes sequuntur Bald. cuius opinio, iudicio meo, equior est, & illam ego sequerer in iudicando, si casus contingeret.

Item quæro, an incrementum contingens in re feudali sit ipsius feudatarij, an autem domini directi? Respond. distinguendum esse inter incrementum discretum, & incrementum latens, nam si sit incrementum discretum, puta insula in flumine nata è regione fundi feudalis, hoc acquirit domino directi. Si uero est incrementum latens, puta, id quod per alluionem accedit fundo feudali, hoc pertinet ad uasallum, ita dicit gloss. in d. §. si quis de manso, in uerbo, Reseruauerit, quæ est communiter approbata. ut dicit Ruin. cōf. 7. nu. 12. in fi. lib. r. Hęc tamen resolutio mihi non multum satisfacit, quia cum proprietates feudi sit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accrescere domino, nisi aliter ex tenore ipsius inuestitute appareret, propterea forte quous est dicere quòd omne incrementum accedens feudo absque industria uasalli, respectu proprietatis acquiritur domino directi respectu uero utilitatis domini j acquiritur uasallo. Cogita.

Sed quid de seruitutibus, quas ipse uasallus precio acquisit in beneficium rei feudalis? Respond. quòd seruitutes, & alia iura inleparabilia, accedunt feudo, & rem feudalem sequuntur, & consequenter finitio feudo unā cum illo ad dominum directum pertinent, non autem ad heredes

uasalli, ad quos feudum non transit, & in hoc omnes conueniunt, ut ait Berouius in d. q. 96. nu. 6. Et dicit Aluarot. in d. §. si quis de manso, post nu. 5. quòd hanc conclusionem sequuntur omnes doctores.

Sed pone, princeps habens castrum sine iurisdictione, illud concessit Titio in feudo, postea Titius acquirit iurisdictionem ab alio, nunquid ipsa iurisdictione accrescit feudo? Respon. quòd non; sed finitio feudo erit uasalli, uel eius heredum. ita dicit Bald. in capitu. primo. §. contra r̄io, nume. 4. de inuest. de re alie. facta, & est communis opin. ut ait Ruin. consilio 14. post princ. lib. primo. Est enim iurisdictione quid separatum ab ipso castro, & quod per se subsistere potest, ideo feudo non accrescit.

QVAEST. LXXXIX.

SVMMARIVM.

Qua actio competat pro feudo.



Verò quæ actio competat pro feudo? Respond. quòd pro feudo datur condictio ex lege, uel ex cōsuetudine. & ad hoc allegatur Bart. in l. prima, numero 11. C. de iur. emphyt. qui tamen loquitur in emphyteusi, & ita communiter teneri attestatur Iason in l. iurisdictionem. §. quinimo, numero 17. ff. de pact. Tu dic, quòd si uasallus fuit inductus in actualem possessionem feudi, competit ei utilis rei uendicatio, ne dum contra extraneum. sed etiam contra ipsum dominum directum. si uero illi tantum facta est promissio de inuestiendo, tunc si est uallata stipulatione, competit actio ex stipulatu, si autem non est uallata stipulatione, competit condictio ex morib. & ista est communis opi. ut ait Curti. Juni. de feud. in prima parte principali questio decima.

Quest.

QV AEST. XC.

S V M M A R I V M.

Quis sit index competens in causis feudilibus, inter dominum, & vassallum.
 & quomodo eligantur pares curie, versicu.
 Sed quomodo.
 & an pares curie cogi possint ad iudicandū.
 uer. Sed an isti.
 & an pares curie cognoscunt inter dominū
 laicum, & vassallum clericum, uerfi. Sed
 quid si dominus.
 & quis sit index inter ipsos vassallos super
 feudo litigantes, uer. Si uero.
 Et an iurisdictionis domini inter vassallos sit or-
 dinaria, uel delegata, uerficu. Sed nun-
 quid.
 & quid si alter eorum neget se esse vassallū,
 uer. Sed pone.
 & quid si dominus laicus, & vassalli sint cle-
 rici, uer. Ethæc quidem.
 & quid si inter ipsos agatur tantummodo de
 possessione ipsius feudi, uer. Quæ qui-
 dem.
 & an vassalli litigantes super feudo, possint
 prorogare iurisdictionem alterius, ut sit
 index inter ipsos sine licentia domini, uer.
 Sed quæro.
 & quis cognoscat in causa appellationis, in-
 terposita a sententia inter ipsos lata per
 dominum, uerficula. Succesius quæ-
 ro.

Quæro, quis sit index competens
 in causis feudilibus? Respon-
 dendum si est controversia super
 feudo inter dominum, & vassal-
 lum, eo casu eliguntur pa-
 res curie, qui in causa ipsa iu-
 dicat, text. est in cap. 1. §. præterea si inter,
 de prohib. feud. alien. per Fridar.

Sed quomodo eligantur isti pares curie?
 Respon. q. primo dominus eliget v-
 num, vel plures, quot voluerit, & deinde
 vassallus eliget totidem iuxta numerum a
 domino comprobatum, ita dicit glo. in d.
 §. præterea si inter in verbo, Pares curie,
 & Bald. in cap. 1. in primis verbis, de con-

trouer. feud. apud par. termi. Et ita volun-
 communitèr Doc. ut dicit lac. de feud. in
 verbo, & dicit vassalli, post nu. 1. uerficu.
 Quæro etiam.

Sed an isti pares curie poterit cogi
 ad iudicandum? Respon. quod sic, & ita vol-
 unt omnes Doct. ut ait Jacob. in verbo,
 Et dicit vassalli, nu. 14.

Sed quid si dominus sit laicus, & vassal-
 lus sit clericus, nunquid pares curie pote-
 runt cognoscere, an ipse clericus sit pri-
 uandus feudo occasione felonie, uel delicti?
 Respon. quod sic, ita tenet Innocent.
 in cap. ueram, de foro compet. sequen-
 tur communitèr scribentes, ut dicit
 Alexan. consi. 79. circa princ. libr. 1. Ripa
 in cap. decernimus, post nume. 12. uerficu.
 Intellige, de iudicijs. Nam respectu feudi,
 ut inferius dicam, clericus, & ecclesia
 laicis subiiciuntur.

Si uero sit quæstio inter ipsos vassallos
 super feudo, tunc aut isti vassalli sunt duc-
 ces, comites, aut barones. & sic immedia-
 te subieci Imperatori, & sicut Impera-
 tor inter eos iudicat, text. est in c. 1. apud
 quem, vel quos controuer, feud. &c. Et
 dicit Cur. Iun. de feud. in 7. parte, in 1. re-
 gula, q. omnes feudifite ita determinant.
 Aut uero est contentio inter vassallos infe-
 riores & si quidem controuersia non est si-
 per ipso feudo, uel re feudali, dominus nō
 est index inter ipsos, ita dicunt commu-
 niter Doct. ut ait Cur. Iun. in dicit 7. par-
 te in secunda regula uerfi. Septimo salit,
 uero sit contentio super feudo, tunc do-
 minus directus est index competens inter
 ipsos, text. est in d. capitul. 1. §. præterea si
 inter.

Sed nunquid hoc casu iurisdictione ipsius
 domini inter vassallos dicitur ordinaria,
 uel delegata? Respon. quod respectu cau-
 se concernentis ipsam rem feudalem, do-
 minus habet inter vassallos iurisdictione
 ordinariam, & ista est communis opin. ut
 dicit Cur. Iun. in d. 7. parte, in 2. regula,
 quæst. ostiaua, Cum enim talis iurisdictione
 sit a lege collata, merito dici debet ordi-
 nario.

Sed pone, quod contra dominum uol-
 lentem inter vassallos de feudo cognosce-
 re, unus ex ipsis opponat declinationem
 puta,

puta, quia conuentus neget se esse vassal-
 lum, nunquid ipse dominus poterit cog-
 noscere, an sua sit iurisdictione? Respon.
 quod non, sed super hoc cognosceret iudex
 ordinarius, qui deinde, comperto, q. ille
 conuentus sit vassallus, remittet causam ip-
 si domino decidendam, ita tenet gl. in
 cap. 1. in gl. si de inuestit. in mari. facta.
 & est communis opin. ut dicit Cur. Iun.
 in d. septima parte, in secunda regula, q.
 septima, quæ tamen in puncto iuris non
 transit sine difficultate, & uideamus quod
 de iure communi, uel ex coram quo op-
 ponitur declaratoria, semper cognoscit
 an iurisdictione sit sua, uel ne, tamen pro-
 pter auctoritatem gl. & Doctorum, diffi-
 cile esset in practica obtinere contrarium,
 maxime quia reuera maius est interessē
 domini, quia cognoscere, & iudicare de-
 bet, an aliquis sit suus vassallus, q. iudicis
 ordinarij, qui non tractat nisi de com-
 modo sportularum, Quiddid sit, ubi iste ex-
 ceptions esset in quasi possessione vassalla-
 gi, omnino inclinarem in sententia, q.
 dominus ipse cognosceret, uel saltem pa-
 res curie non autem iudex ordinarij.

Et hæc quidem conclusio, q. scilicet in-
 ter vassallos de feudo litigantes dominus
 sit index ordinarius, de plano procedit,
 quando vassalli sunt laici. Sed quid si uas-
 alli sint clerici, & dominus sit laicus?
 Respon. quod adhuc ipse dominus est
 eorum iudex ordinarius, & ista est com-
 munis opin. ut dicit Marian. in c. extra
 missa in quinta limitat. de foro compet.
 Felin. in ca. verum, post nume. 3. uerfi. Te-
 nent Moderni. de foro compet. Cur. Iun.
 in d. secunda regula, in secunda quæst.
 Iaco. de feud. in verbo, Et dicit vassalli,
 num. 3. Nam, ut dixi, ratione feudi eccle-
 sia & clerici domino laico subiiciuntur,
 prout etiam esse communem opin. atte-
 statur Dec. in c. ceterum, nu. 20. de iudi.
 Et ita de consuetudine seruatur, q. index
 laicus cognoscit de re feudali inter cleri-
 cos, prout de ipsa consuetudine attestat
 Archidiaconus in cap. unico de cleric. conu-
 g. in sexto, ut ita seruat parlamentum del-
 phinale, ut refert Guido Pape, decis. 139.
 numero. 1. in fin. Bene verum est, q. hæc
 opi. aliquando non placuit Doctoribus

Canonistis, quorum multi tenuerunt, q.
 clerici non mutant forum in causa feudali
 & ita hæc esse communem opin. Docto-
 rum Canonist. attestatur Guido Pape in
 allegata decis. 139. in primis uerbis, sed
 hodie alia opi. est magis communis Legi-
 starum, & Canonist. & ideo sequenda sal-
 uo semper iudicio sanctæ Romanæ Ec-
 clesie, & ita seruat Senatus.

Quæ quidem opinio, modicam habet
 difficultatem, quædo inter istos vassallos
 clericos agitur de proprietate ipsius feudi
 & sic de ipso feudo. Sed quid si agatur
 possessorio, & sic solum de possessione ip-
 sius feudi? Respon. Gloss. in d. cap. ceterum,
 in verbo, Quando parati. de iudi. c.
 tenuit, quod eo casu iudicium spectet ad
 iudicem ordinarium ecclesiasticum, sed
 tamen illa gl. in hoc communi inter repro-
 batur, ut dicit Bald. in eo. cap. ceterum,
 quem refert Iacob. in uerbo, Et dicit v-
 assalli, post nu. 5. & ideo tenenda est con-
 traria opinio, quod scilicet utroque casu
 cognitio spectet ad dominum directi,
 quam dicit esse communem Aret. in d.
 cap. ceterum, col. 4. Et post eum Dec. ibi
 post num. 66. uerfic. An autem si agatur.
 Cur. Iun. in d. secunda regula in sexta
 quæst. Regulariter enim ille debet esse iu-
 dex in causa possessionis, qui est iudex cō-
 petens in causa proprietatis.

Sed quæro, nunquid poterunt vassalli
 de feudo litigantes, prorogare iurisdic-
 tionem alterius iudicis sine licentia ipsius
 domini? Respon. quod non, ita tenet
 Bart. in l. 1. num. 2. ff. de iudic. & est com-
 munis opin. ut dicit Alex. in l. 1. §. & post
 operis, num. 21. ff. de no. oper. nuncia.
 Iacob. in verbo, & dicit vassalli, num. 32.
 Cur. Iun. in d. secunda regula, in 5. q.
 Sapia in d. l. prima, num. 23. ff. de iudic.
 Maranta in suo Speculo, in quarta parte
 principali in 12. diuisione, numero 29.
